135. Suum *libri (intercid. J)* quę cum *J.* quicum *Muellerus Pros. p. 683 adn.* moecho est *libri (*mecho *BJ) Post* nunc *unius litt. ras. B* 136.]hostium *J* 137. p̄to *E* donis sit *Salmasius, Guyetus:* sit donis *libri, quod def. Klotzius Nov. ann. t. 51 (a. 1847) p. 242* plurimis *libri (*]rimis *J)* 138.]data *J* quę *E* amphitrioni *BDE* *V. 139—149 interc. J* 139. quod *ex* quot *B.* quot *DE* uult *BDE* 140. amphitrio *BD.* amphytrio *E* huc ueniet Amphitruo *Bothius* abexęrcitu *E* 141. seruus *m.*² *ex* seruos *B* cuius *libri* e. s. eius cuius ego fero imaginem *Gruterus* ego fero hanc *Fleckeisenus, Ritschelius:* ego hanc fero *libri.* hanc ego fero *Bothius ex Argentor. a. 1514.* ego hanc fero hodie *Weisius, quem contra Hermannus Nov. annal. t. 19 (a. 1837) p. 268. Hiatum def. Klotzius l. s. s. p. 243* gero *Lambinus* 142. Hunc . . . uos *Fruterius II 20* inter nosse *BDE* 143. hasce *dubitanter ut in prologo Schmidtius p. 36* habebo usque hic *Fleckeisenus:* habebo usque *libri.* habebo hic usque *Pylades, Hermannus Nov. annal. t. 19 (a. 1837) p. 268.* habebo hodie usque *Muellerus p. 496.* habebo usque, *hiatum excusans, quod* usque *sit idem quod* cusque *Bergkius 'Beitraege' p. 119: atque id ipsum* cusque *restituit Ritschelius Opusc. t. 3 p. 143* impetaso pinulas *D (priore* a *ex* r*).* in petas opinnulas *B (*in *ras. ex* im *et* nn *m.*² *ex* n*).* inpetas opinulas *E:* pinulas *def. Fleckeisenus Ep. crit. p. 11* 144. torrulus *BDE* 145. Suppetaso *BDE* id Amphitruoni signum *Hermannus Nov. annal. t. 19 (a. 1837) p. 268:* id signum amphitrioni *libri (*amphytrioni *EJ).* signum id Amphitruoni *Guyetus, Ritschelius. Ordine librorum servato* quod *vel* nam id *pro* id *Muellerus Pros. p. 683,* petasod *Ritschelius Exc. Pl. nov. p. 72* 146. signa *ex* signū *D* horum intus *Ritschelius:* horum *libri.* horunce *Camerarius, Hermannus Nov. annal. t. 19 (a. 1837) p. 268, contra quos dixit F. Schmidtius p. 50.* horum unquam *Muellerus 'Nachtraege' p. 130. Ritschelius etiam de* nemo homo horum *cogitavit*

Sed Ámphitruonis íllic seruost Sósia,
A pórtu qui nunc cúm lanterna huc áduenit.
Abigám iam ego illunc áduenientem ab aédibus.
Adéste, erit operae prétium: nunc spectábitis
Iouem ét Mercurium fácere hic histrióniam.

148. amphitrionis *BD.* amphytrionis *E* illicst *Luchsius de gen. form. p. 47.* illest *Bothius.* ille *Ussingius* seruost *LG:* est seruus *libri. De* est *falso collocato cogitat etiam Muellerus p. 331* 149. Qui illic a portu nunc, *in fine* huc *om. Ritschelius, Luchsius Hermae t. 6 (a. 1872) p. 275, qui etiam* A portu qui illic qui *LG:* illic *libri* laterna *B* huc *add. Camerarius: om. libri, unde* laternad *Bothius, Ritschelius Exc. Pl. n. p. 62 (idem* portud *scribi posse monet Opusc. t. 3 p. 126:* portu huc *Muellerus p. 339. 527)* 150. Abigam [*J.* Ambigam *D* illunc *Camerarius, Reizius:* illum *libri* iamiam illum ego *Pylades* illum aduenientem hinc ab *Pareus* ędibus *B.* edibus *D* abedibus *E* 151. Adeste: erit *Palmerius Spicil. p. 749:* Adest ferit *libri. (*Ad est. [*J).* Adest. erit *Muretus teste Taubmanno* opere *BDE* p̄tium *BD* nunc spectabitis *LG:* hic spectantibus *libri. Deleto contra usum* pretium *Fleckcisenus* uobis inspectantibus *(cf. v. 998),* inspectantibus *cum Hermanno, qui apud Beckerum de com. Rom. fab. p. 106 sic locum restituit:* fert operae pretium, his inspectantibus. *Muellerus p. 518 ut vid. certe:* hic inspectantibus 152. mer[*J* facere hic *Hermannus l. s. s., ex v. qui praec. supplens:* facere *libri.* facere una *vel* ut faciunt *Muellerus p. 518*

ACTVS I

SOSIA. MERCVRIVS

Sosia

Qui me álter est audácior homo aút qui confidéntior
Iuuentútis mores quí sciam, qui hoc nóctis solus ámbulem?
Quid fáciam, nunc si trés uiri me in cárcerem conpégerint? 155
Inde crás e promptuária cellá depromar ád flagrum
Nec caúsam liceat dícere neque quícquam in ero sit aúxili
Nec quísquam sit quin mé malo omnes ésse dignum députent.

153—155. *Priscianus de metris Terentii II 8 (G. L. III p. 421, 8):* Comici nostri . . . in plerisque prologis et primis scenis trimetris utuntur. Plautus . . . in Amphitrione . . . prima scena: 'qui . . . compegerint'. ecce hic, quamuis prima sit scena, tetrametris est tamen usus. ideo 'in plerisque' diximus 156 sq. *Respexit hunc locum Apuleius Apolog. 54 (p. 64, 20 ed. Kr.):* e cella promptuaria in forum atque in iudicium proferetur

Act. I sc. 1 SOSIA MERCVRIVS *BE.* SOSIA MER [*J: om. spatio relicto D* 153. *Pers. om. BDE* ui *cum spat. init. D* est [*J* audatior *E* 154. Iuuentae *Guyetus* mores qui [*J* 155. nunc [*J* si nunc *Meursius cum interpolata editione Prisciani* incarcerem *BE* cõpegerint *D.* compegerint *B cum Prisciano* 156. *Quae sequuntur usque ad v. 162 cum interrogative exhibuissent editiones antiquiores, primus Camerarius ut supra interpunxit* Cras inde *Guyetus* cras *(s. v.* quasi *m. 2) B.* quasi *Camerarius.* cras quasi *Pareus* e promptuaria *Apuleius, Hermolaus:* e promptaria *BDFZ.* epromtaria *EJ* ad fl[*J.* adflagrum *E* *V. 157—162 tractat L. Spengelius Philol. t. 17 (a. 1861) p. 564* 157. causa *E. del. L. Spengelius l. s. s. malum versum procudens* dicere *Pylades:* dicere mihi *(*michi *E) libri* neque quicquam in ero sit auxili *Lachmannus:* neque in ero *(*inerro *B, ubi prior* r *er.* inero D^1E. inhero D^2. in hero[*J)* quicquam auxilii siet *vitioso exitu libri.* neque in éro quicquam sit mi auxili *Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 56.* mihi neque quicquam auxili siet *Bothius, Brixius (*neque mihi*) progr. Liegn. a. 1857 ed. p. 7* In ero *versui sequenti praefigentes.* neque in ero quicquam auxili siet *idem Bothius, Muellerus Pros. Pl. p. 181. Cf. Hermannus Elem. p. 103. Librorum scripturam Lindemannus def.,* siet *v. 58 adfigens, quem sequitur Fleckeisenus* 158. *Cf. v. 157* quin me malo *Muellerus Pros. Pl. p. 181:* quin me *(*quinme *E.* qui non me *JF)* libri. qui non med *L. Spengelius l. s. s.* quin me malo cruciatu dignum *electo* omnes *Luchsius l. s. s.* esse[*J*

Ita quasi incudém me miserum
Hómines octo uálidi caedant
Ét peregre aduenién hospitio
Públicitus accípiar.

161—164. *Priscianus de metris Terentii II 10 (G. L. III p. 422, 10):* utitur tamen *(cf. quae ex eodem Prisciano supra ad v. 153 sqq. exscripta sunt)* in hac ipsa scena et dimetris brachycatalectis, id est a tribus simplicibus pedibus ut: 'ita peregre adueniens' similiter: 'qui hoc noctis a portu': uel dimetris catalecticis, id est quibus una desit syllaba, ut 'ingratis excitauit': uel dimetris hypercatalectis, id est quibus una abundat syllaba, ut in eadem 'hospitio publicitus accipiar' 161 sq. *Charisius (G. L. I p. 214, 1):* publicitus . . . Plautus . . . in Amphitryone: 'ita peregre adueniens hospitio publicitus' *Nonius p. 513, 1:* publicitus pro publice . . . Plautus in Amphitryone: 'hospitio publicitus accipiat' *Osbernus p. 459:* publicitus . . . hinc etiam Plautus: 'ita . . . accipiar'

V. 159—162 sic dubitanter discripsimus Muellerum p. 350 secuti: de eisdem egerunt L. Spengelius Philol. t. 17 (a. 1861) p. 564, Seyffertus de vers. bacch. p. 21, A. Spengelius 'Plautus' p. 127, Studemundus de cant. p. 87, Christius 'Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der bair. Academie' a. 1871 p. 46, Koestlinus Philol. t. 36 (a. 1877) p. 359: denique ante omnes Hermannus Elem. d. metr. p. 393, dein Nov. annal. t. 19 (a. 1837) p. 269 duplici ratione, quarum alteram amplexus est Fleckeisenus hanc: Ita quási incudem me míserum homines | Octó ualidi | Caedánt: ita peregre huc ádueniens | Publícitus ego·hospitio áccipiar. *Qui versus tales sunt in B:*

Ita quasi incudem me miserum homines octo ualidi caedant
Nec aequum anne iniquum imperet cogitabit
Ita peregre adueniens hospicio puplicitus *(t s. v. m. 2)* accipiar

A quo ceteri ita discrepant: homines[*J* cędant *E* *Versui 2 crucem praefigit* D^2 Nęc *E.* Haec *J.* Hec *F* ęquum *D.* equum *E* impegeret *E* cogitabat *EFZ.* cog[*J* Itaque *JF'* ueniens *Z* hospitio *E* plublicitus[*J.* publicitus *EFZ* accipiat *Z cum Nonio* 160. *Verba quae in libris h. v. sequuntur delevit Hermolaus V. 161 sq. parallelos v. 296 falsoque huc illatos dicit Osannus Anal. cr. p. 198* 161. Et *LG:* Ita *libri cum Charisio et Prisciano* 162. Publicitus ego *Hermannus l. s. s.* *V. 163—175, quos eiectis glossematis ex parte ab aliis iam detectis bacchiacos esse voluimus, sotadeos esse censuerunt Hermannus (praeter verba* Haéc eri inmodéstia*) Elem. doctr. metr. p. 459 (quam sententiam abiecit Nov. annal. l. s. s. p. 270, ubi eam profert discriptionem quam recepit Fleckeisenus), Bergkius 'Beitraege' p. 67, Christius 'Metrik' p. 490 edit. 2 (v. 168—172). Alia temptaverunt Studemundus de cant. p. 27 sq., Seyffertus de vers. bacch. 21, idem Christius l. s. s. p. 47. 49 (de v. 165, 166, 167, 168, 172), Muellerus p. 350 adn., quorum discriptiones cum non omnes exscribimus brevitati consultum voluimus*

Haéc eri inmodéstia 163[a]
Coégit me, qui hoc nóctis 163[b]
A pórtu med íngratiís excitáuit.
[Nonne idem hoc luci me mittere potuit?] 165
Opulénto homini dúra hoc magís seruitús est,
[Hoc magis miser est diuitis seruos]
Quod nóctesque diésque adsiduó satis supérquest,
Quo fácto aut dicto ádeost opús, quietus né sis.

---

165. *Charisius (G. L. I p. 203, 27):* luci Plautus in Amphitryone 'hoc luci', ubi Sisenna: 'quaecumque nomina e littera ablatiuo singulari terminantur, i littera finita aduerbia fiunt, ut mani'

V. 163 sq. uno v. comprehendunt libri 163. *Ita discripserunt Hermannus Elem. p. 459 et alii* Hęc *E* heri *EJ* immodestia *J* qui[*J* Eri haéc inmodéstia me coégit qui hoc nóctis *cum eodem Hermanno Fleckeisenus Synizesin* coegit *def. Lorenzius ad Mostell. v. 313:* cogit *e rec. cod. Bothius.* haec coegit me *mire dictum* 164. *Deest in J: cf. v. 163* aportu *E* med *cum Hermanno Fleckeisenus: om. libri* ingratiis *Pareus:* ingratis *libri* A portu ingrátiis éxcitauit *(cret. et troch.) Seyffertus, Muellerus l. s. s. V. 165 delevimus ut sermone sententia (v. 195) metro suspectum quamvis eum respexerit Sisenna* Non me *Lomanus Spec. crit. p. 5* hoc luci BD^1EJ, *Charisius.* hoc lucis D^2FZ. hoc *abl. vocat Buechelerus de decl. p. 62, idem esse putat quod* huc *(ita Guyetus scripsit) Gruterus: cf. Bergkius 'Beitraege' p. 149.* hoc *cum* mittere *coniungunt Lindemannus et Fleckeisenus Exerc. cr. p. 12, Ussingius* Idem nonne me mittere hoc luci potuit *Fleckeisenus cum Hermanno.* Nonne ídem hoc lúci me míttere pótuit *Muellerus l. s. s. De aliorum commentis cf. locos supra allatos* potui[*J*

166. Opulenta, a *fort. in* o *corr. J* dura hoc magis seruitus est *cum Hermanno edidit Fleckeisenus:* hoc *(*hec *EF*, haec *Z: corr. Angelius)* seruitus dura est *libri, ubi* magis *ex v. 167 iam Camerarius addidit* *De* Opulento hoc homini seruitus est magis dura *cogitat Fleckeisenus Nov. annal. t. 101 (a. 1870) p. 75, ne ipse quidem sibi satis faciens.* Opulento homini hoc magis seruitus durast *Seyffertus l. s. s. p. 21* *Verba tradita anapaestis accommodanda esse putant Weisius, Studemundus de cant. p. 27, Muellerus l. s. s. (etiam in v. 167), Christius 'Sitzungsberichte' p. 49* 167. *V. eiecit Gulielmius Verisim. II 6, aut hunc aut v. 166 Osannus Anal. p. 198: cf. v. 166* diuitiis *DE et ante corr. BJ (*t tis *s. v.)* seruus *BDE* Hoc mágis est miser diuitis seruos semper *Hermannus in exemplari* 168. *'Versus Sotadicus' adscripsit Bentleius. Cf. Studemundus l. s. s.* Quod noctesque *Fleckeisenus l. s. s.:* Noctesque *(*Noctesquę *J) libri.* Quoi noctes *cum Hermanno edidit Fleckeisenus* assiduo *libri* superque est *libri* *V. 169—171 proprio quodam metro conscriptos Bothio duce censet Studemundus de cant. p. 28: cf. Muellerus et Seyffertus l. s. s.*

169. Quod facto *Muellerus 'Nachtr.' p. 30, recte ut videtur: cf.*

[Ipse dominus diues operis et laboris expers]
Quidque hómini lubére accidít posse rétur,
[Aequom esse putat, non reputat laboris quid sit.]
Nec aéquom anne iníquom imperét cogitábit.
Ergo ín seruitúte expetúnt multa iníqua:
Habéndum et ferúndum hoc onúst cum labóre.

MERCVRIVS

Satiúst me queri íllo modó seruitútem:
Qui hodié fuerim líber,

---

174. *Nonius p. 301, 24:* expetere accidere (expectare accipere *codd.*). Plautus Amphitryone: 'ergo ... iniqua'

Langenus 'Beitraege' p. 144 dicto adeost *Bergkius 'Beitraege' p. 68. idem Lachmannus antea et postea Muellerus 'Nachtr.' p. 30.* dicto adest *libri.* dictod est *cum Pareo Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 59* quietis *D.* quietistus *E: cf. de mensura Fleckeisenus Nov. annal. t. 101 (a. 1870) p. 76, quem vix recte impugnat Muellerus 'Nachtr.' p. 30* ne sies *F.* ne sit *Scaliger* Facto aút dicto adést opus quiétatus né sis *cum Hermanno ed. Fleckeisenus V. 170—172 damnavit Fuhrmannus Nov. annal. vol. 105 (a. 1872) p. 830* 170. diues operae *Christius 'Metrik' p. 490* Ipsús dominus díues et éxpers labóris *Langenus p. 10.* Dominus diues operis et expers laboris *cum Hermanno Fleckeisenus* 171. Quidque homini *LG:* Quodcumque (Quod cumque *B.* Quod cumquę *J)* homini *libri.* Quodcumque ei *cum Hermanno Fleckeisenus* lubere accidit *cum Hermanno Fleckeisenus:* accidit libere *libri* posse retur *ex* posseretur *B* Quodcumque accidit lubitu te posse retur *Fuhrmannus de part. comp. (Gryphisw. a. 1869 ed.) p. 46 thesis II* 172. Aequum *libri* Aequom ésse putat non réputat | Laboris quid sit *Studemundus l. s. s. et Beckerus Studemundi Stud. p. 224.* Aequom ésse id putát, non reputát quid labórist *cum Hermanno Fleckeisenus* 173. *Cf. ad v. 160* Haec *J* aequum *J.* ęquum *D.* equum *BE* Numquam aequom *Fuhrmannus l. s. s.* anne *in lit. D* iniquum *BDEJ* cogitabis *ut vid. J* 174. inseruitute *EJ* 175. ferandum *J* onust B^2, *Camerarius:* opus est (at onus *m. 2) B.* opus est *reliqui V. 176—179 dedimus secuti Ritschelium Parerg. p. 383: in libris v. 176 sq. et 178 sq. singulis versibus comprehenduntur. Eosdem paullo aliter tractat Hermannus Nov. annal. vol. 19 (a. 1837) p. 270 sic:* Satiúst me queri íllo modó seruitútem | Hodié qui fuerím liber eúm nunc potíuit | Patér seruitútis: hic quí natust quéritur *Cf. praeterea Seyffertus de vers. bacch. p. 29, Spengelius 'Plautus' p. 142, Studemundus de cant. p. 36* 176. *Pers. add.* D^2F, *Hermolaus: om.* BD^1EJZ satius est *libri* inillo *EJ.* nullo *Z* 177. *Iambice Studemundus p. 87 cum aliis* Qui hodie *Ritschelius l. s. s.:* hodie (hodię *D)* qui *libri* fueram *Lachmannus* liberr *E: cf. arg. II v. 8*

Eúm nunc potíuit patér seruitútis:
Hic quí uerna nátust conquéritur.

SOSIA

Sum uéro uere uérbero: numeró mihi in mentém fuit
Dis áduenientem grátias pro méritis agere atque ádloqui.
Ne illi édepol, si meritó meo referre studeant grátiam,
Aliquem hóminem adlegent, quí mihi adueniénti os occillét probe,
Quoniám bene quae in me fécerunt ingráta ea habui atque ínrita.

179. *Nonius p. 43, 10:* uernas ueteres appellabant qui uere sacro fuerant nati; et habebatur nomen hoc pro uitabili maledicto. Plautus Amphitryone: 'hic ... quaeritur' 180. *Gellius N. A. I 7, 17 de Tulliana locutione 'in potestatem esse' agens:* neque soloecismum esse aiebat *(amicus Gellii)* 'in potestatem fuisse', ut uulgus semidoctum putat, sed rationem diu certam et probam contendebat, qua et Graeci ita uterentur: et Plautus uerborum latinorum elegantissimus in Amphitruone dixit: 'numero ... fuit' non, ut dici solitum est, 'in mente' *Nonius p. 352, 16:* numero significat cito ... Plautus Amphitryone: 'numero ... fuit' 183. *Osbernus p. 388:* oscillum .. id est paruum os .. et inde oscillo .. id est uerberare uel scindere; unde Plautus in Amphitrione: 'qui ... probe'

178. nunc, nun *in lit. D.* Quem nunc *Scaliger, Guyetus* potiuit B^2 *s. v., Camerarius:* potuit B^1DEJ 179. natust conqueritur *Ritschelius l. s. s.:* natus ē quęritur *cum Nonio* (quaeritur) *libri, Lomanus Spec. p. 7* (queritur) *trochaice dimetiens V. 180—218 dimetros esse statuit Kiesslingius Anal. Pl. p. 13 sq. aliis eiectis versibus aliis correctis, de quibus vide suo loco* 180. *Sosiae pers. praem.* D^2, *Saracenus, Hermannus Nov. annal. vol. 19 (a. 1837) p. 270, Rostius Opusc. p. 261: om.* BD^1EJ *et editorum multi* uere uerbero *Ritschelius Par. p. 383:* uerna uerbero *libri, quod defendere vid. L. Muellerus Lucil. p. 279.* uerus uerbero *Ussingius* numero, *quod ironice dictum, ex Gellio Nonioque Hermolaus:* nunc uero *libri.* nam numero *Ritschelius l. s. s.* num uerbo *(interrogationem conformans) Ribbeckius trag.*^{2} *p. XVI.* nunc sero *Ussingius.* Sos. Numero *inde ab Hermolao multi. De* numero *non recte Rostius Op. p. 187 sqq.* michi *E* inmente *E.* in mente *Z: corr. Hermolaus* uenit *cod. Guelf. Bothii* 181. Diis *J* gracias *J* adque *BD* alloqui *libri* 182. studeant, nt *e.c* m *B* gratiam *Reinius quaest. Plaut. (Crefeldiae a. 1834 ed.) p. 15, Langenus p. 11 sq.:* gratias (gracias *J*) *libri, quod def. locis disparibus Lindemannus* 183. *V. post 185 scriptum signis huc rettulit D* allegent *BDE.* alegent *J* uenienti *Kiesslingius Anal. Pl. p. 13* oscillet *Osbernus.* ossillet *Dousa.* suggillet *post Scriverium Gertzius.* occillare *(an* occiliare?) *est 'zereggen', βωλοκοπεῖν: cf. 'Cyrillus', quo iam Colerus apud Taubmannum usus est, p. 414, 27 βωλοκόπος:* occiliator; *ibid. 36 βωλοστροφῶ:* occo occilio .. *Ibi sane duo codd. rec.* occulator *et* occulo 184. bona *E (ut vid) F* quę *EJ.* quę *ex* qui *D.* qui *B* inme *E* Quom quae in me fecerunt bene *Fleckeisenus Philol. t. 2 (a. 1847) p. 75*

MERCVRIVS

Facit ílle quod uolgo haúd solent, ut quíd se sit dignúm
sciat.

SOSIA

Quod númquam opinatús fui neque álius quisquam cíuium
Sibi éuenturum, id cóntigit, ut sálui poteremúr domi:
Victóres uictis hóstibus legiónes reueniúnt domum
Extíncto duello máxumo atque intérnecatis hóstibus.
Quod múlta Thebanó poplo acérba obiecit fúnera,
Id ui ét uirtute mílitum uictum átque expugnatum óppidumst,
Império atque auspició mei eri Ámphitruonis máxume,
Qui praéda agroque adóriaque adfécit populárés suos
Regíque Thebanó Creoni régnum stabiliuít suom.
Me a pórtu praemisít domum, haec ut núntiem uxorí suae:
Vt gésserit rem públicam ductu, ímperio, auspició suo.
Ea núnc meditabor quó modo illi dícam, quom illo aduénero.

187. *Nonius p. 497, 36:* genitiuus positus pro ablatiuo uel aduerbio loci . . . Plautus Amphitryone: 'ut . . . domi' 193. *Osbernus p. 393:* odor . . . et haec odoria, ae, quod et pro quadam dea dicitur quae putabatur odoribus praeesse, unde Plautus in Amphitrione: 'odoria affecit populares suos'

185. *Pers. add. D^2JFZ: om. BD^1E* uulgo *BDE* aut *E* sei *J* sciant *cum cod. suo Heraldus Adv. II 1* *Cf. ad v. 183* 186. *Pers. add. D^2JFZ: om. BD^1E* nunquam *J* 187. ut salui poteremur *Guyetus:* ut salui potiremur *libri cum Nonio.* salui ut potiremur *Lachmannus* domi *ex Nonio Hermolaus:* domum *libri* 188. uictus *E* reueniunt legiones domum *Brugmanus p. 20* 189. Extincto duello *Fleckeisenus:* Duello extincto *libri* maximo *BDEJ* inter necatis *BDEJ.* internectis *FZ: corr. Pylades* 190. Quod *F, Scaliger:* Qui *BDEJZ* mult athebano *D* poplo *Pareus:* popto *E.* populo *reliqui* 191. Indiu *J* uinctum *B* oppidum *(prior* p *s. v. E)* est *libri* 192. atque *J* auspitio *BE.* auspiciod *Bothius* mei eri *Fleckeisenus:* eri *(*heri *J)* mei *libri* amphitrionis *BD.* amphytrionis *EJ* maxime *BDEJ.* maxuma *cum v. 193 iungens Scaliger* *V. 193—198 non apparent in J* 193. Qui praeda *Pylades:* Praeda *BDFZ.* Preda *E* agroque *Lachmannus, Fleckeisenus:* atque agro *libri* Praeda atque agrod *Bothius.* Praeda atque agro qui *Ussingius* adoriaque *ex* odoriaque *E: cf. Osbernus.* adoreaque *Z* 194. *Vers. del. Kiesslingius Anal. Pl. p. 13* Creonti *FZ* stabiliu *E* suum *libri* 195. Mea portu *DE et ante corr. B* haec ut *Reizius, Bothius:* ut haec *(*hec *B) libri* sue *E* 196. puplicam *D* auspitio suoo *E: cf. arg. II v. 8* *V. 197—200 recentiori recensioni adscribit Kiesslingius Anal. Pl. p. 14* 197. quomodo *BD* cum *BDE*

Si díxero mendácium, soléns meo more fécero:
Nam quóm pugnabant máxume, ego túm fugiebam máxume.
Verúm quasi adfuerím tamen simulábo atque audita éloquar.
Sed quó modo et uerbís quibus me déceat fabulárier,
Prius ípse mecum etiám uolo hic meditári: sic hoc próloquar.
Princípio ut illo aduénimus, ubi prímum terram tétigimus,
Contínuo Amphitruo délegit uirós primorum príncipes.
Eos légat: Teleboís iubet senténtiam ut dicánt suam:
Si síne ui et sine belló uelint rapta ét raptores trádere,
Si quae ásportassent rédderent: se exércitum extempló domum
Redúcturum, abiturós agro Argíuos, pacem atque ótium
Dare íllis: sin alitér sient animáti neque dent quaé petat,
Sese ígitur summa uí uirisque eorum óppidum oppugnássere.

---

202. *Nonius p. 351, 13:* meditari est discere, perdoceri. Plautus Amphitryone: 'prius ... hoc loquar' 209 sq. *Nonius p. 128, 14:* igitur positum pro postea. Plautus Amphitryone: 'sin aliter ... oppugnatum ire oppidum' *Donatus ad Eunuch. I 1, 1:* igitur pro deinde, ut Plautus in Amphitruone: 'sin ... expugnassere'

198. mendatium *DE* 199. cum *BDE* maxime *BE.* maxumed *Bothius* ego tum B^2: ego B^1DEFZ *et editorum multi.* tum ego *Guyetus* maxime *BE.*]me *J* quam pugnabant ... ego tam *Muellerus Pros. Pl. p. 30, quod ipse reicit 'Nachtr.' p. 7* 200.]audita *J* Verumtamen quasi adfuerim simulabo *EFZ: corr. Angelius* 201.]fabularier *J* quomodo *BE et ante corr. D* fabularier er *E: cf. arg. II v. 8* 202.]meditari *J* etiam, i *ex* o *D* si hoc *EJZ, Nonius.* sic haec *Fleckeisenus.* sic ego *Weidner* hoc pro hoc loquar *Nonius* 203.]ubi *J* aduenieмus *E* 204.]s primorum *J* amphitrio *BD.* amphytrio *E* 205.]tentiam *J* telobois *BEZ.* thelobois *DF* legat thelebois *iungunt editores multi* 206.]rapta *J* raptores *(s s. v.) E* 207.]t se *J* Siqua eas portassent *D.* Siquasas portassent B^1. Si quae asportassent B^2Z. Si qua ///asportassent *(e er.) E.* Si quae asportauissent *F* asportassent *recte def. Luebbertus Stud. I p. 47 sq.* asportassint *Fleckeisenus* reddere *ex* redderent *ras. B, Bothius* si *B* extempło, t *s. v. J* 208.]argiu[] pacem *J* habituros agros *F* agrod *Bothius* Thebanos *pro* Argiuos *Guyetus* 209. Fore illis *Luchsius Hermae t. 8 (a. 1873) p. 107*]ter sient[] que[ ]nt *J* quę *EJ* petant *D, Nonius* 210.]que eorum *J* ui *s. v. D* summa uiresque *Nonius* suom oppidum *Bothius e cod. Guelferb.* oppidum expugnasse *B (in quo* re *addidit Camerarius) J (*[]ppi[]ū*) Z: corr. Lindemannus ex Nonio.* oppidum expugnassee *E: cf. arg. II v. 8.* oppugnatum ire oppidum *Nonius, ubi* oppugnatus seoppidum *cod. Paris. 7667.* opidum expugnaturum esse *F.* oppidum expugnassere *cum D et Donato Valla*

Haec úbi Telebois órdine iterárunt quos praefécerat
Amphítruo, magnanimí uiri fretí uirtute et uíribus
Supérbi nimis feróciter legátos nostros íncrepant:
Respóndent bello se ét suos tutári posse, proínde uti
Propériter de suis fínibus exércitus dedúcerent.
Haec úbi legati pértulere, Amphítruo e castris ílico
Producit omnem exércitum: contrá Teleboae ex óppido
Legiónes educúnt suas nimis púlcris armis praéditas.
Póstquam utrimque éxitumst máxuma cópia,
Díspertití uiri, díspertiti órdines:
Nós nostros móre nostro ét modo instrúximus:
Hóstes contrá suas légiones ínstruont.
Deínde uterque ímperatór in medium éxeunt,

223. 224. *Servius codicis Cassellani in Aen. I 191 (p. 76 ed. Th. et H.):* turbam] multitudinem . . . Plautus in Amphitrione: 'deinde . . . ordinum'

211.]ub[ ]bois *J* Hęc *E* telobois *E.* thelobois *BD* ordined *Bothius* itera[]nt *J* prefecerat *J.* prefeceratt *E: cf. arg. II v. 8* 212.]y[]io *J.* Amphytrio *E.* Amphitrio *BD* freti *om. D* 213.]nimis *J* Superbi *F, Hermolaus:* Superbe *BDEZ* 214.]spondent *J* bello se et suos *B.* bellose et suos *DE.* bel[]o se etsuos *(s 2 s. v.) J.* bello et se et suos *F et editorum nonnulli.* se suosque *Langiani:* se suos *praeter alia Bothius* pro inde *J.* proin *Fuhrmannus Nov. ann. t. 97 (a. 1868) p. 854* 215. Properiter *LG:* Propere *libri (*]ere *J)* desuis finibus *E.* de finibus suis *Pylades.* suis de finibus *Bothius: utrumque habet cur displiceat* exercitum *Boxhornius* ded[]erent *J.* deduceret *Gertzius* 216.]legati *J* Hęc *E* amphitrio *BD.* amphytrio *E.* amphytr[*J* e castris *F:* castris *BDEJ (*]astris*) Z, Ussingius* 217.]exercitum *J* []tra *J* theloboae *D.* theloboe *B.* teloboe *(s.* e *post.* t i*) J.* teloboe *E* exoppido *EJ* Teleboae contra ex *Bergkius 'Beitraege' p. 83* 218.]ucunt *J* Legiones *ex* Legionis *D* reducunt *(s.* re *m. 2* se*) B* pulchris *(*h *s. v. E) DEJ* p̄dictas *D* 219.]rimque *J* exitum est *libri* maxima *BDEJ* 220. Disptiti *BDEZ.* Dispartiti *(utroque loco) F* diribiti ordines *Palmerius p. 749 V. 221 sq. eicit Fleckeisenus, def. Studemundus de cant. p. 11 sq. 21 ita discribens:* Nós nostras móre nostro ét modo instrúximus | Légiones item | Hóstes contrá legionés suas ínstruont 221. nostros *Bothius e Guelf.:* nostras *libri (*[]stras *J)* instruximus *Ussingius duce Bothio:* instruximus legiones item *libri Cf. Muellerus p. 327* 222. *Cf. v. 221*]contra *J* suas legiones *Ussingius:* legiones *(*e *post. in lit. D)* suas *libri* legiones *h. l. delevit Pylades* instruunt *libri* 223.]inde *J* uterque *(ita Pal. II)* imperator *Bothius:* utrique imperatores *libri cum Servio. Cf. Ritschelius Proleg. p. 175 et Langenus p. 15* inmedium *EJ* eunt *dubitanter Ussingius ceteris servatis*

Éxtra turbam órdinum cónlocuntúr simul.
Cónuenit, uícti utri sínt eo praélio,
Vrbem, agrum, arás, focos séque uti déderent.
Póstquam id actúmst, tubae cóntra utrimque óccanunt:
Cónsonat térra: clamórem utrimque écferunt.
Ímperatór uterque hínc et illínc Ioui
Vóta suscípere, uterque hórtari exércitum.
Pró se quisque íd quod quisque ét potest ét ualet
Édit, ferró ferit: téla frangúnt: boat
Caélum fremitú uirum: ex spíritu atque hálitu
Nébula constát: cadunt uólnerum uí uiri.

---

232. *Huc Keilius spectare putat Marium Plotium [M. Claudium] Sacerdotem art. gramm. II (G. L. VI p. 491, 3):* quod Plautus posuit boo *(sic Keilius:* Plautus reboo *cod., quod errore aut scriptoris aut librarii ex eis quae sequuntur ortum esse videtur eidem)* graece posuit, *βοῶ βοᾷς*, unde deriuatur reboo. *Ad versum deperditum potius spectat, sicut etiam Probi catholica III (G. L. IV p. 38, 26):* quidam putant inchoo debere dici inperitissime. nam neque post c litteram h latina uerba regit . . . neque o littera ante o alteram in latinorum uerborum prima persona reperitur . . . igitur quod Plautus posuit reboo non latine, sed graece posuit, *βοῶ βοᾷς*, unde deriuatiuum reboo reboas. nam latinum uerbum o ante o habens numquam reperitur 233 sq. *Nonius p. 272, 22:* constat, consistit . . . Plautus in Amphitryone: 'fremitu . . . constat'

---

224. collocuntur *J.* colloquuntur *BDE.* collocutum *Goldastus* 225.]uenit deuicti *(de ut vid.) J* p̄lio *B.* prelio *E.* proelio *DJ* 226. ar[]s focos []que *J* deduint *Bothius* 227. Post quam *BJ* actum est *libri (a ex t B)* tube *BEJ* contra utrimque occanunt *Bergkius 'Beitraege' p. 83.* utrimque *(utrinque J)* canunt contra *libri.* utrimque contra canunt *Guyetus, Bentleius.* útrĭmque contrá canunt *Usener de Pseud. p. 10.* hinc illinc contra canunt *Muellerus p. 624* 228.]nat *J* Consonant ferra *Scriverius* clamoremque *B* utrinque *J* efferunt *libri* 229. uterque *Lindemannus:* utrimque *(utrinque J) libri* 230. uterque hortari exercitum *Seyffertus Philol. t. 27 (a. 1868) p. 451:* hortari exercitum *libri.* hortari suom exercitum *Lachmannus, Muellerus p. 624.* tum exercitum hortarier *Fleckeisenus,* hortarier *cum Guyeto et Bentleio* 231. *Nugantur de hoc v. Palmerius et Gifanius apud Taubmannum excitati* quod] quoque *D* et potest *Bothius, Hermannus:* potest *libri.* potis est *Ussingius.* quisquis potest *Muellerus p. 624* 233. Cęlum *BE.* Celum *DJ* franguntemitu *E* exspiritu *EJ.* et spiritu *cum Nonio Z: corr. Angelius.* spiritus *F* atque halitu *Muellerus p. 267:* atque anhelitu *BDEZ cum Nonio.* anhelitu *JF, libri deteriores.* et anhelitu *Camerarius.*

Verba ex — anhelitu *ad iambos revocat Spengelius 'Plautus' p. 78.* 140 234. constat *libri cum Nonio.* conflat *Salmasius, Fleckeisenus*

Dénique ut uóluimus, nóstra superát manus:
Hóstes crebrí cadunt: nóstri contra íngruont.
Vícimus uí feroces.
Ín fugam séd tamen némo conuórtitur
Néc recedít loco quín statim rém gerat:
Ánimam omittúnt prius quám loco démigrent:
Quísque, ut steterát, iacet óbtinetque órdinem.
Hóc ubi Amphítruo erus cónspicatúst meus,
Ílico equités iubet déxtera inuádere.
Équites parént citi, ab déxtera máxumo

238. *Nonius p. 480, 15:* conuertitur pro conuertit. Plautus in Amphitryone: 'sed fugam in se ... conuertitur' 239. *Nonius p. 393, 8:* statim producta prima syllaba a stando, perseueranter et aequaliter significat ... Plautus Amphitryone: 'nec ... gerat'

Schwarzmanni de B testimonio deceptus uolnerum ui uiri *Luchsius Hermae t. 8 (a. 1873) p. 107:* uulneris ui et uirium (uirium *ex* uirum *D.* uulneris [ ] uirum *J.* uirum *F) libri.* uolneris ui uiri *Seyffertus Philol. t. 25 (a. 1870) p. 441.* uolnere uiri uirum *Fleckeisenus.* uolnerum ui et uirum *vel* uolneris ui et uirum *Bothius. Nihil agit vulgatam defendens Balbachius Obs. crit. p. 3* 235. uolu[i]mus *B, Camerarius:* uolumus *DEJFZ.* uouimus *Bentleius Hunc v. post 236 ponit Pylades V. 236 sq., quos uno comprehendunt libri, ita discribit Studemundus de cant. p. 21:* Hóstes crebrí cadunt nóstri contra | Íngruont. uícimus uí feroces*: eosdem transposuit Weisius 'veteres' secutus* 236. nostra *D* con[*J* ingruunt *libri* 237. *Om. J Crucem praefigit Fleckeisenus: at cf. Ribbeckius praef. trag.*[2] *p. 33* ferocis *E* Vi fero uincimus *Hermanno Elem. p. 209 teste cod. Leidensis, unde idem* Férri ui uícimus *et Lindemannus* Víncimus uí fera *Cf. Spengelius 'Plautus' p. 151* 238. In fugam sed tamen *Lindemannus, Hermannus:* Sed fugam in se (inse *EJ)* tamen *libri cum Nonio: quod nescimus an defendi possit.* Sed fugam in sic tamen *Ussingius* ne[*J* conuortitur *(prior* u *ex* f *D. prior* r *ex* s *B) BD.* conuertitur *E, Nonius* 239. decedit *Acidalius* quim statim rem rẽ gerat *E.* quin rem statim gerat *Lachmannus.* statim quin rem gerat *Bothius: at cf. Ritschelius Op. t. 4 p. 276 et Langenus p. 16* re[] g[*J* 240. Animam *JF. idem ex* Animom D^1. Animum BD^2EZ omittunt, *sec.* t *er. D.* amittunt *Angelius.* emittunt *Wakefieldius Silv. cr. IV p. 93* priusquam *EJ.* quam *D* lo[ ]migr[*J* 241. optinetque *BDJ* []rd[*J* 242. amphitrio *BD.* amphytrio *EJ* herus *J* conspicatust meus *Camerarius:* conspicatus est (est *in lit., ubi discernuntur* s .... est *D.* cons[]est[*J) libri* 243. dextra[*J* dextra *F* inuadere *Salmasius, Lambinus:* inducere *libri, Ussingius.* irruere *Angelius (unde* dextrad inruuere *Merula Enn. p. 163).* inducier *Peyraredius apud Guyetum* 244. *Post* parent *interpungit Ussingius* abdextera *E.* ab dextra *JF*

Cúm clamore ínuolant, ínpetu alacrí ruont: 245
Foédant et próterunt hóstium cópias
Iúre iniustas.

MERCVRIVS

Numquam étiam quicquam adhúc uerborumst prólocutus pérperam.
Namque égo fui illi in ré praesenti et méus quom pugnatúmst pater.

SOSIA

Perduélles penetrant se ín fugam: ibi nóstris animus áddítust. 250
Vorténtibus Telébois telis cónplebantur córpora,
Ipsúsque Amphitruo régem Pterelam suápte obtruncauít manu.
Haec íllic est pugnáta pugna inde á mani usque ad uésperum:
Hoc ádeo hoc conmeminí magis, quia íllo die inpransús fui.

---

245. *Nonius p. 128, 17:* inuolare irruere, euolare uel insilire uel inuadere. Plautus Amphitryone: 'cum . . . alacri' *Cf. Placidus p. 58, 8 D.:* inuolant: inuadunt, arripiunt 253. *Nonius p. 231, 22:* uespera feminino . . . masculino Plautus in Amphitryone: 'haec . . . uesperum'

---

maximo *B D E J* *V. 245—247 aliter distribuit Studemundus de cant. p. 21 (*Cum clamore . . | Foedant . . | Hostium . .*)* 245. impetu alacri ruont *Hermannus Elem. p. 210:* impetu alacri *libri.* impetu alacri inruunt *(*inruunt *in* iure iniustas *v. 247 corruptum esse statuens) Lindemannus.* impetu alacri suo *Bothius.* impetuque uolucri *cod. Pirckhaimeri* *V. 246 sq. uno v. comprehendunt libri* 246. foedant, a *ex* u *D* ut *E Z* 247. *Crucem praefigit Fleckeisenus: at cf. Ribbeckius l. ad v. 237 indicato* *Om. J* iure iustas *Pylades.* iure inuisas *Meursius.* ui retundunt eas *Hermannus Elem. p. 210* *Cf. v. 245* 248. uerborum[*J* uerborum est *libri* ppetram *D* 249. Nam *F, Lambinus* ////ego *J* illi *Lambinus, Bentleius:* illic *libri* inre *E J* presenti *J* et m[*J* cum pugnatum est *libri* 250. Perduelles, es *ex* as *E.* Per duelles *J* penitrant *J* infugam *E J* *Post* infugam *apparent* ni *et* est *J* ubi *Angelius* nr̄is *E.* meus *Z* additus est *libri* 251. thelobois *D.* telobois *reliqui* complebantur *libri* []ora *J* 252. Ipsiusque *J* amphitrio *B D.* amphytrio *E J* prerelam *ut vid. J* suapte *Lindemannus:* sua *libri.* suad *Bothius, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 68* ob[]uncauit[*J.* obtruncauit sua *Pylades* 253. illic *(*illis *Nonius.* illi *E)* est *(ex* ex *E)* pugnata *(alt.* a *ex* o *D)* pugna *(*a *ex* u *D) libri.* illi ui pugnata pugnast *Fleckeisenus (*illi *iam Camerarius)* inde a mani usque *L G:* usque a mani *Nonius.* usque amane *B D E J (*usq[ ]mane*) F Z.* abusque mani *Pylades* 254. hoc *alt. om. F* commemini *libri* im-

Sed praélium id tandém diremit nóx interuentú suo.
Postrídie in castra éx urbe ad nos uéniunt flentes príncipes:
Velátis manibus órant, ignoscámus peccatúm suom:
Dedúntque se, diuína humanaque ómnia, urbem et líberos
In dítionem atque in árbitratum cúncti Thebanó poplo.
Post ób uirtutem ero Amphitruoni pátera donata aúreast,
Qui Ptérela potitáre rex est sólitus. haec sic dícam erae.
Nunc pérgam eri imperium éxequi et mé domum capéssere.

MERCVRIVS

Attat, illic húc iturust: íbo ego illic óbuiam:
Néque ego hunc hominem huc hódie ad aedis hás sinam umquam accédere.

---

257. *Nonius p. 496, 8:* accusatiuus positus pro datiuo. 'Ignoscamus illam rem' pro 'illi rei'. Plautus Amphitryone: 'uelatis ... suum' *Idem p. 502, 6:* accusatiuus pro datiuo ... Plautus Amphitryone: 'uelatis ... suum' 262. *Nonius p. 266, 16:* capessere recipere. Plautus in Amphitryone: 'nunc ... capessere'

---

pransus *E.* imprans[*J* 255. prẹlium *D.* prelium *E.* proelium *J* inter[ ]suo *J* 256. Postridiẹ *D.* Post tridie *J* incastra *EJ* exurbe *EJ* adnos *ex* annos *BD.* annos *E* flentis *J* 257. *Post* orant *inser. codd. Nonii p. 502 P* ut *et quod idem est* (ut = uł) uel *C* pe[]tum *J* suum *libri cum Nonio* 258. Dọduntque *J* 259. Inditionem *E.* Indicionem *J* atquẹ *J* inarbitratum *EJ.* arbitratum *F* thebano, o *e corr. E* poplo *BE, Camerarius.* popło *J.* populo *DFZ* 260. ob *s. v. B* obuirtutem hero *J* amphitrioni *BDE.* amphytrioni *J* aureast *Camerarius:* est aurea *libri.* est *Pylades* patera, *Pareus* Amphitruoni *vocabulis adiungunt* 261. Quā pterela *ex* Qui ꝑpterea *D* prerela *J.* Pterelas *Meursius* potitare *excerpta Palatina, Pylades (cf. Goetzius Nov. ann. t. 113 a. 1876 p. 352):* potare *ex* positare *ras. D.* potare *B (t s. v.) EJ* rex est solitus *Bothius:* rex solitus est *libri* (rex *s. v. B).* solitus est rex *Ussingius* hęc *BEJ* sic, c *s. v. B* erae, *priore* e *in lit. B.* herę *J* 262. heri *J* persequar *Nonius.* exsequier *cum Guyeto Quicheratius ad Nonium* capessere, ere *ex* ū *D.* capesscere *ut vid. J* 263. *Pers. add. D*^{2} Atat *JFZ, editores multi.* Attat *primus Taubmannus* iturus est *libri* illic *Fleckeisenus:* illi *libri* 264. hunc *(sic iam E*^{3}*FZ.* istunc *Lachmannus)* hominem huc hodie *Studemundus Nov. ann. t. 113 (a. 1876) p. 58:* huc hominem hodie *BDEJ.* huc hunc hominem hodie *Muellerus p. 594.* huc hominem hocedie *Ritschelius Nov. exc. p. 92, Schmidtius p. 10* Neque hominem huc hodie has ad aedes ego *Guyetus.* Neque ego hunc hominem hasce hodie ad aedis hinc *Fleckeisenus* ędis *B*^{1}. edis *E.* ędes *B*^{2}. aedes *J* has sinam *ex* hassinam *E* unquam *BDE.* u[]quam *J* accede[*J*

Quándo imagost húius in me, cértumst hominem elúdere.
Ét enimuero quóniam formam cépi huius in med ét statum,
Décet et facta móresque huius habére me similés item.
Ítaque me malum ésse oportet, cállidum, astutum ádmodum
Átque hunc telo suó sibi, malítia, a foribus péllere.
Séd quid illuc est? caélum aspectat. óbseruabo quám rem agat.

SOSIA

Cérte edepol, si quícquamst aliud quód credam aut certó sciam,
Crédo ego hac noctú Nocturnum óbdormiuisse ébrium.
Nám neque se septéntriones quóquam in caelo cónmouent,
Néque se luna quóquam mutat átque uti exortást semel,

272. *Hieronymus adversus Vigilantium (t. 4 p. 286 ed. Bened. Parisiis a. 1706):* do consilium: ingredere basilicas martyrum et aliquando purgaberis. inuenies ibi multos socios tuos . . . et tunc fateberis quod nunc negas et tuum nomen qui in Vigilantio loqueris libere proclamabis: te esse aut Mercurium propter nummorum cupiditatem aut Nocturninum iuxta Plauti Amphitryonem, quo dormiente in Alcmenae adulterio duas noctes Iupiter copulauit, ut magnae fortitudinis Hercules nasceretur

265. imago est *libri* ī me *B.* inme *EJ* certum est *libri* hominem] hodie *Langiani* illudere *Lindemannus.* ludere *Langenus p. 17* 266. enim uero *BDEJ* cępi huius (coepi *J*) *libri.* cepi huiusce *Lachmannus in Lucretium p. 389 (cf. Schmidtius p. 55).* huius cepi *Bothius* in med *Weisius, Ritschelius Nov. exc. p. 35:* in me *BDJFZ.* inme *E* cepi in me huius *Guyetus* inm[]et *J* 267. Decet *ex* Docet *J* similes []m *J* 268. oportet *ex* oporet *B.* oporet *D* adm[*J* 269. hunc malum te[ ]suo *J* suo sua malitia *F* malicia *BD* aforibus *E.* af[]bus *J.* foribus *Bothius.* his a foribus *Fleckeisenus, quod reiecit Ep. cr. p. 17 sic scribens:* Atque telo suo sibi hunc malitia a f. 270. cęlum *BE.* celum *D.* []lum *J* qu[] rem []ga[*J* 271. *Pers. om. D* certo *Bothius* edepol *Bothius (cf. Langenus p. 23):* edepol scio *libri. Servantes* scio *Pylades* si quicquamst *sine* aliud, *Camerarius* si aliud quicquamst siç *E* quicquam st *D.* quicquam est *BJ* quod *FZ:* quid *BCD* credam acerto *D* aut[*J* 272. SOS *praef. D*^{2} Credo, o *ex* e *B* ego *s. v. D* noctu, c *s. v. B* nocturnum, *alt.* u *ex* a *J.* Nocturninum *cum Hieronymo Durantius Casellius Variarum Lutetiae a. 1582 ed. II 14, Pareus*^{3}. *de hiatu cf. Muellerus p. 542* Hac credo noctu N. ego obdormiuisse *Guyetus* obdormiuisse *Z:* obdormisse *libri* (obdormisse[*J*) 273. Nam *ex* Namque *B* septentriones, *prima* e *ex* p *D.* septemtriones *EJ* in cęlo *BD.* incęlo *E.* []lo *J* commouent libri (cō[]nt *J*) 274. motat *Meursius, Passeratius e cod. Basil.* statque

Néc iugulae neque uésperugo néque uergiliae óccidunt. 275
Íta statim stant sígna neque nox quóquam concedít die.

275. *Varro de lingua lat. VII 3 p. 335 sqq. Sp.:* apud Plautum: 'neque iugula ... occidunt'. Iugula signum quod Accius appellat Oriona quom ait: 'citius Orio patescit'. huius signi caput dicitur ex tribus stellis, quas infra duae clarae, quas appellant umeros; inter quas quod uidetur iugulum iugula dicta. Vesperugo stella quae uespere oritur, a quo eam Opilius scribit Vesperum; itaque dicitur † alterum: 'Vesper adest', quem Graeci dicunt *Δι' ἑσπέριον*. — *Idem VI 2 p. 188 sq:* quom stella prima exorta, eum Graeci uocant *ἕσπερον*, nostri uesperuginem, ut Plautus: 'neque uesperugo ... occidunt'. — *Idem apud Augustinum de civitate dei XXI 8 (t. 2 p. 504, 14 ed. Domb.²):* est in Marci Varronis libris quorum inscriptio est 'de gente populi Romani', quod eisdem uerbis quibus ibi legitur et hic ponam: '... stella Veneris nobilissima, quam Plautus uesperuginem, Homerus Hesperon appellat, pulcherrimam dicens'. — *Censorinus, cuius libellus doctrina e Varrone petita plenus, de die natali 24, 4 (p. 51, 24 ed. H.):* post supremam sequitur uespera, ante ortum scilicet eius stellae quam Plautus uesperuginem, Ennius uesperum, Vergilius hesperon appellat. — *Festus Pauli p. 368, 16:* uesperugo uesper stella. Plautus: 'nec uesperugo ... occidunt'. — *Osbernus p. 613:* uesper ... quaedam stella quae oritur in uespere et dicitur lucifer in mane, quae etiam hic uesperus et haec uesperugo dicitur. Plautus in Amphitrione: 'nec iugulae ... occidunt'. — *Idem p. 618:* uergo id est declinare; inde ... haec uergilia id est stella quae paulo ante lucem occidit. Plautus: 'neque iugulae ... occidunt'

276. *Nonius p. 393, 8:* statim producta prima syllaba a stando, perseueranter et aequaliter significat ... Plautus Amphitryone ... idem in eadem: 'ita ... signa omnia'. — *Idem p. 391, 23:* stare consistere omnium consensu dicitur ... Plautus Amphitryone: 'ita ... signa omnia' *Donatus in Ter. Phorm. V 3, 7:* statim capiebat] statim perpetuo, aequaliter et quasi uno statu. Plautus: 'ita ... signa': et habet primam longam. quando autem significat ilico *(sic Ritschelius Op. t. 4 p. 275 pro* aliud) primam breuem habet. — *Servius in Georg. I 208:* libra die] 'die' non est apocope pro 'diei', sed regularis genitiuus est ... *Sequitur Danielis scholion:* Plautus in Amphitrione: 'neque nox ... die' pro 'diei'

Pylades ubi *cod. Gud. 1* exorta est *libri* (exorta[*J)* **275.** Neque *Varro VII 3, Osbernus p. 618* iugulę *J.* iugule *E.* iugulae *ex* uigulae *B.* uigule *D.* iugula *Varro VII 3* *Priore loco* neque *J,* nec *E, Osbernus p. 613, Z: utroque* nec *Festus Pauli* Vergiliae neque *Guyetus* uergilie *DE.* uĩgilię *J. Hiatum def. Hermannus Elem. p. 190, Ritschelius Proleg. p. 204, Luchsius Studemundi stud. p. 7.* uergilias *Ritschelius Nov. exc. p. 118.* uergiliae usquam *Muellerus p. 694* occid[]t *J* **276.** statim] *cf. Ritschelius Op. t. 4 p. 275 et Langenus p. 16* stant] ad *Nonius p. 391* signa omnia *Nonius bis* conced[] *J* die *Servius, Pylades:* diei *libri (priore* i *in lit. D)*

MERCVRIVS

Pérge, nox, ut óccepisti: gére patri morém meo:
Óptumo optume óptumam operam dás, datam pulcré locas.

SOSIA

Néque ego hac nocte lóngiorem mé uidisse cénseo
Nísi itidem unam, uérberatus quám pependi pérpetem:
Eám quoque edepol étiam multo haec uícit longitúdine.
Crédo edepol equidém dormire Sólem, atque adpotúm probe:
Míra sunt nisi ínuitauit sése in cena plúsculum.

MERCVRIVS

Aín tu uero, uérbero? deos ésse tui similís putas?
Égo pol te istis tuís pro dictis ét male factis, fúrcifer,
Áccipiam: modo sís ueni huc, inuéniés infortúnium.

SOSIA

Vbi sunt isti scórtatores, quí soli inuití cubant?
Haéc nox scitast éxercendo scórto conductó male.

---

283. *Nonius p. 321, 18:* inuitare significat replere. Plautus Amphitryone: 'mirum . . . plusculum' 288. *Donatus in Ter. Eun. IV 4, 2:* prodi, male conciliate] 'male' magno significat, ut Plautus in Amphitruone: 'haec nox scitast . . . male'

---

277. occepisti, o *ex* a *J.* hoc cepisti *E* morem patre meo *ex* morem patrē meū *D* 278. Optume optumo *cum Z multi editores* optime optimam *D* []ptumam *J* des *B.* das[*J* pulchre *BE.* pulchrę *D* 279. SOSIA *in lit. B* Nequę *J* noctu *cod. Gud. 1* lon[*J.* longiorēm, *del. E* uedisse me, i *s. primam* e *B V. 280—321 in principio versuum notae personarum nullae J* 280.]beratus quam [*J* Nisi itidem *Fleckeisenus:* Nisi item *libri.* Nisi si item *Lachmannus* uerberatus unam *Guyetus*]perpetem *J* 281.]etiam *J* *Post* Eam *trium litt. ras. B* etiam — longitudine *in lit., in qua* equidem — probe *(v. 282) scriptum fuerat D* hęc *E* h[ ]longitudine *J* uincit *F et al. codd. rec., Dousa post alios* 282. equidem, *priore* e *s. v. E*]quidem dormire []tque *J* 283. mirum si inuitauit *Nonius* mirum nisi si is *Guyetus*]inuitauit *J. inter* i *et* n *lineola er., ut librarius* n *vel* m *pro* i *scripturus fuerit E* in cęna *BDJ.* incena *E.* in coena *Nonius* 284.]erbero *J* Ain tu *Ritschelius Proleg. p. 190:* Ain *libri (ex* Ainī *ras. D).* Ain tu *scripturam reicit Fleckeisenus Nov. ann. t. 61 (a. 1851) p. 20* Ain *disyllabum post alios def. Ussingius* deos, o *ex* u *D* similes *J* 285.]te *J* prodictis *EJ* malefactis *B.* mafactis *J* furgifer *BD.* fugifer *E* 286.]modo *J* sis *om. D* inueniens *J* 287.]isti *J* scortatores, c *m.*^{3} *e corr. E* soliti *EJZ (*inniti *idem* ZE^{3}*), rec. codd. multi, unde* solite inuisi, solitimidi, solite inniti *fecerunt: corr. iam Angelius* 288.]nox *J* Hęc *E.* Hec *B* scita est *libri, etiam Donati procul dubio*

MERCVRIVS

Méus pater nunc pro húius uerbis récte et sapientér facit,
Quí conplexus cum Álcumena cúbat amans, animo óbsequens.

SOSIA

Íbo ut erus quod ímperauit Álcumenae núntiem.
Séd quis hic est homó, quem ante aedis uídeo hoc noctis? nón placet.

MERCVRIVS

Núllust hoc metúculosus aéque.

SOSIA

Mi in mentém uenit:
Íllic homo hodie hoc dénuo uolt pállium detéxere.

MERCVRIVS

Tímet homo: delúdam ego illum.

SOSIA

Périi, dentes prúriunt:
Cérte aduenientem híc me hospitio púgneo acceptúrus est.
Crédo misericórs est: nunc proptérea quod me méus erus

289.]pater *J* nūnc, *incohatum tantum et deletum, E* prohuius *EJ* rectę *D* facit, a *ex* e *E* 290. complexus *D.* cplexus *E.*]complexus *J* opsequens *D* 291. *Pers. not. om. E* ut erus *ex* uterus *B.* uterus *E.* ut herus *J* alcumene *E* alcumenę nunciem *J* 292. est hic *B: cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 27* edis *BDE.* aedes *J* 293. Nullus est *libri* metu culosus *B.* meticulosus *FZ* eque *E.* aequę *J* Mi in mentem uenit *Bothius:* quem in mentem uenit *libri (*inmentem *EJ). Fleckeisenus in ed.* quom recogito, *ep. cr. p. 17* quom considero. *Pro* quem *Valla* quom *et Muellerus p. 724* em 294.]homo *J* Ille, e *ex* o *D* Illic hoc homo *Camerarius* hodie hoc *LG, collato Plauto Servii (qui fortasse hunc ipsum v. in mente habuit) in Aen. X 424* 'ego hunc hominem hodie texam *(*detexam *Taubmannus)* pallio': hoc *libri.* hocce *Bothius.* hoc meum *Fleckeisenus* uult *BDE* detexere *(*texe *in lit.) B:* dextere *D.* dextere e *E: cf. arg. II v. 8.* dexterę *JZ.* detrahere *F* 295.]homo *J* perii dentes, *alt.* i *in lit. B.* perii dentes *D,* s *postea addita.* plidentes *E.* plidentes *J.* pol dentes *Z.* pro dentes *F* 296. *Huic versui parallelus esse v. 162 (quem spurium censet) videtur Osanno Anal. cr. p. 198*]te *J* me hic *Camerarius et multi* me *s. v. D* hospicio *BDJ* pugneo *Acidalius:* pugne *libri (*pugnę *J).* ,pugni *Salmasius.* pugnai *Heineckius 'Allg. Schulzeitung' a. 1829 p. 613* 297.]do *J* herus *J*

Fécit ut uigilárem, hic pugnis fáciet hodie ut dórmiam.
Óppido interii: óbsecro hercle quántus et quam uálidus est.

MERCVRIVS

Cláre aduorsum fábulabor, híc auscultet quaé loquar:
Ígitur demum mágis maiorem in sése concipiét metum.
Ágite pugni: iám diust quom uéntri uictum nón datis.
Iám pridem uidétur factum, herí quod homines quáttuor
Ín soporem cónlocastis núdos.

SOSIA

Formidó male
Né ego hic nomen meúm conmutem et Quíntus fiam e Sósia.
Quáttuor uirós sopori sé dedisse hic aútumat:
Métuo ne numerum aúgeam illum.

MERCVRIVS

Em, núnciam ergo: síc uolo.

---

299. *Nonius p. 361, 4:* oppido ualde. Plautus Amphitryone: 'oppido . . . est'

---

298. uigilem hic *D.* uigilarem *JF, al. codd. rec.* uigilem hic me *Rothe quaest. gramm. p. 46* ut obdormiam *F.* obdormiam *Bothius*

299. interi *vel* interio *Nonii cod.* hercle, h *s. v. D.* ercle *ex* hercle *J.* hercle *ex* herchle *E* et *om. Nonius* 300. Clara *JFZ, codd. rec. multi, Bothius.* Clar *E* aduorsum *cod. Gud. 2:* auorsum *BD.* auersum *E.* uorsum *F.* uersum *JZ, codd. rec. multi* *An* út hïc? quę *EJ* 301. Igitur demum magis maiorem *Acidalius:* Igitur magis modum maiorem *libri* (magis *s. v. D.* maiorem D^2FZ. morem BD^1EJ). Igitur mage demum in maiorem *Guyetus.* Igitur magis maiorem demum *Lindemannus, Kampmannus de 'in' praep. p. 35.* Igitur magis modum in maiorem *Camerarius.* Igitur magis modum in mororum *Gertzius.* Igitur magis homo maiorem *Ussingius.* Igitur magis maiorem *cum Scriverii codice Meursius Crit. Arnob. p. 21, versum corrumpens* insese *BDEJ* 302. diu est *libri* quom *Fleckeisenus, Luebbertus Stud. gr. II p. 50:* quod *libri* 303. Iam primum *B.* at pridem *s. v.* B^2 eri *BD* quatuor *BD* 304. Insoporem *EJ* collocastis *BDEJ* 305. Non *EJ (s. v.* ne*)* *Z* commutem *BDE* (cm.) *J* commutem meum *Pylades, unde varii errores nati sunt* Quinctus *Fleckeisenus* esosia *BE* 306. Quatuor *BD.* Quattor *J* duros *BDE* atitumat *D* 307. augeam, *alt.* a *ex* u *D* illunc *Bothius* hem *J* nunciam, a *ex* e *D*, c *ex* t *E.* nunc iam *JZ.* iam nunc *F* ergo *in marg. D.* ergo, r *s. v. J* sic uolo *Pylades, corrector in D:* sicolo *B.* sicòlo *D.* si colo *EJFZ.* sic colo *Gruterus.* sic loco *quidam apud Camerarium, Gertzius (qui* nunciam me ergo sic loco *versu nullo).* sic olo *Lindemannus.* sic dabo *Langenus p. 286. De lacuna cogitat Ussingius*

SOSIA

Cíngitur: certe éxpedit se.

MERCVRIVS

Nón feret quin uápulet.

SOSIA

Quís homo?

MERCVRIVS

Quisquis homo húc profecto uénerit, pugnós edet.

SOSIA

Ápage, non placét me hoc noctis ésse: cenauí modo:
Proín tu istam cenám largire, sí sapis, esuriéntibus.

MERCVRIVS

Haúd malum huic est póndus pugno.

SOSIA

Périi, pugnos pónderat.

MERCVRIVS

Quíd, si ego illum tráctim tangam, ut dórmiat?

SOSIA

Seruáueris:
Nám continuas hás tris noctes péruigilaui.

MERCVRIVS

Péssumumst

---

313. *Nonius p. 178, 23:* tractim ut sensim, id est diutine, longo tractu. Plautus Amphitryone: 'quid . . . dormiat'. — *Osbernus p. 575:* traho . . . inde . . . tractim aduerbium. Plautus in Amphitrione: 'quid . . . dormiat'. — *Charisius (G. L. t. 1 p. 221, 9):* tractim Plautus in Amphitryone; ubi Sisenna 'pro lente' inquit 'non ut Maro georgicon III 'tractimque susurrant' inquit

---

308. foret *EFZ.* fortet *J.* erit E^3. fiet *Luchsius Hermae t. 8 (a. 1874) p. 122. Cf. Ussingii adn.* 309. homo est *cod. Guelf.* quisque homo huc *Weisius.* quisquis huc *in lemmate Taubmannus* huc profectus *Dousa* profecto *om. Z: add. Pylades* pugnos edet *cod. Pal. 6:* pugno s,edet *D.* pugno sedet *B.* pugnos edat *FZ* pugnose dat *E.* pugnos aedat *J* 310. cęnaui *J* 311.]roin *J* Prointu *B.* Pro intu *E* istanc *Bothius* cęnam *BD.* caenam *J* 312.]aud *J.* Haut, *H m.*[1] *postea praefixa E* pugno pondus *F* periipugnos *E* 313. *Pers. notam om. E* illum *om. Osbernus* tractum tamgam *J.* tactim tangam *Landgrafius de fig. etym. p. 61* 314. hastris *B (i in e mutata) DE.* astris *Z* Pessumum est *FZ* Pessum est *BDEJ.* Pessume *codd. nonnulli teste Scioppio, Fleckeisen (qui deleta pers. nota ad* peruigilaui *refert)*

Fácinus, nequitér ferire málam: malacissát manum.
Ália forma opórtet esse quém tu pugno tétigeris.

SOSIA

Íllic homo me intérpolabit meúmque os finget dénuo.

MERCVRIVS

Éxossatum os ésse oportet, quém probe percússeris.

SOSIA

Mírum ni hic me quási murenam exdórsuare cógitat.
Vltro istunc qui exóssat homines. périi, si me aspéxerit.

MERCVRIVS

Ólet homo quidám malo suo.

---

315. *Ex h. v.* nequiter *affert glossarium Plautinum Ritschelii Op. t. 2 p. 271* 317. *Nonius p. 34, 2:* interpolare est immittere et interponere et nouam formam e uetere fingere . . . et est tractum ab arte fullonum, qui poliendo diligenter uetera quaeque quasi in nouam speciem mutant. Plautus Amphitryone: 'illic . . . denuo' 319. *Osbernus p. 388:* componitur etiam exosso id est laniare, discindere, unde Plautus in Amphitrione: 'hic . . . exossare cupit'

---

315. *Sosiae notam praef. BDE: corr. FZ* Pessumumst f. n. f. malam maledicis *(Dat.)*, manus *(Voc.) Gruterus. Palmerius inepta profert* Fac inus *E* malaca male discit manus *Ussingius* malacissat manum *LG.* male *(*malae *E)* discit manus *(*manus s *E: cf. arg. II v. 8) libri, ubi* mala *Acidalius et* discis *Dousa* 316.]lia *J* forma oportet esse *Camerarius:* forma esse oportet *libri (*oporet *B).* formad esse oportet *Ritschelius Nov. exc. p. 62: cf. tamen p. 66.* os esse oportet *Luchsius Hermae t. 8 (a. 1874) p. 114.* esse ore oportet *Weidner Adv. Pl. p. 22* tu pugno tetigeris *LG (*tetigeris *cum Ussingio):* tu pugno legeris *libri.* tu, pugne, laeseris *Pylades (*leseris *iam F).* tu pugne ieceris *Pareus*[3]. tu pugnis iceris *Fleckeisenus.* tu pugno pegeris *Weidner Adv. Pl. p. 22* *Cogitaverit quispiam de* quem tuo pugno obieceris *vel, nisi similitudo v. 318 esset,* qui meo pugno se oggerit 317. *Merc. notam praef. BD, nullam E: corr. FZ*]homo *J* interpolauit *codd. Noniani HP* meũmque *B* ꝺs *E* denuoo *E: cf. arg. II v. 8* 318. *Sos. notam praef. BD, nullam E: corr. FZ*]ssatum *J* os *om. DF, unde* Exossatum oportet esse *Acidalius, convenienter versui 316* oportet, *priore* t *s. v. B* probe *ex* proue *ut vid. E* 319. *Pers. notam om. BDE: corr. FZ*]rum *J* ni *codd. Pal. 5 et 6:* ne *libri.* nisi *Camerarius* murenam, r *ex* ti *D* exdorsuare *Weidner Adv. Pl. p. 22 collatis Aul. v. 399 et Buechelero Mus. Rhen. t. 35 (a. 1880) p. 404:* exossare *libri cum Osberno (ex* exossa re *J.* exossa recogitat *E).* hic exossare *(sic iam Guyetus) vel* iam exossare *Muellerus p. 542* 320. istunc *Dousa:* istuc *libri (*]s[]c, *quod* istunc *non fuit, J.* istic *Z).* istinc *Pius* homines []ii *J* 321.]dam m[ ]bolui *J* Ei mihi *Pylades:* Ei *libri (*Hei

SOSIA

Eí mihi, numnam ego óbolui?

MERCVRIVS

Átque haud longe abésse oportet, uérum longe hinc áfuit.

SOSIA

Íllic homo supérstitiosust.

MERCVRIVS

Géstiunt pugní mihi.

SOSIA

Si ín me exercitúru's, quaeso in párietem ut primúm domes.

MERCVRIVS

Vóx mihi ad aures áduolauit.

SOSIA

Né ego homo infelíx fui,

Quí non alas ínteruelli: uólucrem uocem géstito.

MERCVRIVS

Íllic homo a me síbi malam rem arcéssit iumentó suo.

SOSIA

Nón equidem ullum habeó iumentum.

MERCVRIVS

Onerándus est pugnís probe.

---

324. *Nonius p. 295, 7:* exercere imponere . . . Plautus in Amphitryone: 'si . . . domes'

FZ) numnam B^2*:* numquam *B (at* nam B^2 *s. v.) E.* nunquam *DFZ.* quianam *Camerarius.* mihi *non inserentes* numquidquam *Bothius,* numquidnam *Lindemannus, Muellerus 'Nachtr.' p. 121* ego *om. EFZ* obolu ii, *puncto et alt.* i *er. E* 322. Atquę []dl[*J* haut *E* Sos. Verum *FZ: corr. Lambinus, Scaliger* hinc B^2*, Angelius:* hic B^1DEFZ*, Lindemannus* abfuit *Z.* affuit *BDEJ* 323. *Sos. notam om. BDEJ, Merc. ponunt FZ: corr. Lambinus* superstitiosus est *BE.* supersticiosus est *D.* supersticiosu[*J Sos. notam ponunt BDE, nullam FZ: corr. Lambinus* gestiunt *(quod etiam in marg. scriptum) ex* gestiuit *B.* gestiuit *DE* michi *E* 324. Sos. *FZ: om. BDEJ* Siin *E* exercituru's *Kampmannus de 'in' praep. p. 38:* exerciturus *libri cum Nonio* quęso *J.* q̄so *E* in pa[*J.* inparietem *E.* imparietem *cod. Nonianus P* ut primum] prius *Nonius* 325. adaures *EJ* aduolauit *EJFZ.* aduolabit *BD Pro* ne *J* ut[*itemque F, probatum Bothio et Lindemanno* 326. inter uelli *B* uolucre *J* g[*J* 327. ame *EJ* malam, *alt.* a *ex* o *D* iu[] *J* 328. aequidem *J.* ne quidem *E* onerandis *D.* honorandus[*J* Onerandust *Lindemannus.* One randus est *post alios def. Muellerus p. 641*

SOSIA

Lássus sum hercle e náui, ut uectus húc sum: etiam nunc naúseo.
Víx incedo inánis, ne ire pósse cum onere exístumes.

MERCVRIVS

Cérte enim hic nescío quis loquitur.

SOSIA

Sáluos sum, non mé uidet:
'Néscio quem' loqui aútumat: mihi cérto nomen Sósiaest.

MERCVRIVS

Hínc enim mihi uox déxtera auris, út uidetur, uérberat.

SOSIA

Métuo uocis né uicem hodie hic uápulem, quae hunc uérberat.

MERCVRIVS

Óptume eccum incédit ad me.

SOSIA

Tímeo, totus tórpeo.
Nón edepol nunc úbi terrarum sím scio, siquís roget,
Néque miser me cónmouere póssum prae formídine.
Ílicet: mandáta eri periérunt una et Sósia.
Vérum certumst cónfidenter hóminem contra cónloqui,

329. hercle *D* sum *om. cod. Guelf. Bothii,* e *Lambinus et Acidalius* enaui *BE* uectus, e *ex* i *D,* c *ex* e *E* sum [] nunc n[*J* nunc] non *E* 330. incedo, d *ex* t *D* existumes *JF:* existimes *BDEZ* 331. loquitur, l *ex* c *ut vid. et integrum vocabulum in ras.* S[*J* saluus *BDE.*]luus *J* 332. [ ]hi []° *J* michi *E* certe *cum cod. Gud. Fleckeisenus Ep. cr. p. 17: cf. Langenus p.* 27 Sosiaest *Fleckeisenus:* sosia est *libri* 333. *Pers. notam om E* enim mihi uox dextera *Guyetus, Muellerus p. 6:* enim mihi dextera uox *libri* (michi *J).* hinc mihi dextera uox *Bothius.* enim dextra mihi uox *Fleckeisenus in ed.* enim mihi dextra uox *idem Ep. cr. p. 16, Luchsius Stud. stud. I p. 58.* enim mi a dextra uox *Lindemannus, Muellerus Zeitschr. f. d. Gymnasialwesen' n. s. t. 1 (a. 1867) p. 558* aures *JF* uideretur *E* 334. uicem *Scaliger:* uice *libri* quę *EJ* 335. adme *E* 336. terrarĩm *BD* siquis roget] ubi roget *EJZ.* ubi roger *F, unde* ubi qui roger *Lindemannus* 337. commouere *libri.* commonere *e cod. Scioppii Colerus teste Pareo* p̄formidine *B.* pręformidine *J.* preformidine *E* 338. Illic et *B.* Illic ei *EJ.* Illic᷒ *D* (v *m.* 2). Illic enim *FZ* heri *J* perierierunt *B, exp. m.*^{2} 339. certum est *JF:* certus est *BDE.* certo est *Z* colloqui *J.* adloqui *ex B falso testatur Pareus, unde plures errores propagati (cf. Fleckeisenus et in ed. et Ep. cr. p. 16, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 86 adn.)*

Quí possim uidéri huic fortis, á me ut abstineát manum. :

MERCVRIVS

Quo ámbulas tu, quí Volcanum in córnu conclusúm geris

SOSIA

Quíd id exquiris tú, qui pugnis ós exossas hóminibus?

MERCVRIVS

Séruos esne an líber?

SOSIA

Vtcumque ánimo conlubitúmst m

MERCVRIVS

Áin uero?

SOSIA

Aio enimuéro.

MERCVRIVS

Verberó.

SOSIA

Mentiris núnciam

MERCVRIVS

Át iam faciam ut uérum dicas dícere.

SOSIA

Quid eóst opus?

MERCVRIVS

Póssum scire, quó profectus quoíus sis aut quid uéneris?

SOSIA

Húc eo, mei erí sum seruos. númquid nunc es cértior?

340. Qui possim *Camerarius (cf. Goetzius Anal. Plautina p.* : Igitur qui (quid *E)* possim (possim, i *ex* e *D) libri. De* igitur *Handius Tursell. t. 3 p. 187, qui* manum *delet.* Si possum *Seyffe Philol. t. 29 (a. 1870) p. 391* luderi *E. idem ultima incerta J* : ut *EJ. om. Bothius,* igitur *servans* 341. ambulastu *DE* uulcar *libri* (uulganum *E)* incornu *BEJ.* incornū *D* gegis *D),* R ex *al. litt. (s?)* 342. Quid id exquiris *in ras. E* exquiristu *J* os *om. FZ* ex ossas *B.* exossat *J ut vid.* 343. Seruos *Camerarius:* Seruusne *D.* Seruus ne *BEJ.* Seruosne es *duo c Gudiani* ut cumque *BE.* utrumque *J* conlibitum est *libri (J)* 344. Ain tu uero *Ritschelius Proleg. p. 190, quod reicit Fl eisenus Nov. ann. t. 61 (a. 1851) p. 20* enim uero *BEJ* men nunciam *Camerarius:* mentiris nunc *libri.* mentire nunc *Bothius. Muellerus p. 641* 345. Atiam *D.* Atiam *E* uer//um, b *ut er. J* discas *FZ: corr. Gulielmius* eo est *libri* est opus opus est *E* 346. *Cf. Beckerus Studem. Stud. p. 178* perfectu cuius *libri* 347. Huc *ex* Huic *B.* Huic *DE* ego, g *s.* e mei eri *Fleckeisenus:* eri *libri* (heri *J).* eri mei *Camerarius*

MERCVRIVS

Égo tibi istam hodié scelestam cónprimam linguam.

SOSIA

Haúd potes:
Béne pudiceque ádseruatur.

MERCVRIVS

Pérgin argutárier?
Quíd apud hasce aedís negotist núnc tibi?

SOSIA

Immo quíd tibist? 350

MERCVRIVS

Rex Creo uigilés nocturnos síngulos sempér locat.

SOSIA

Béne facit: quia nós eramus péregri, tutatúst domi.
Át nunc abi sane, áduenisse fámiliares dícito.

MERCVRIVS

Néscio quam tu fámiliaris sís: nisi actutum hínc abis,
Fámiliaris, áccipiere fáxo haud familiáriter. 355

SOSIA

Híc inquam habito ego átque horunc sum séruos.

---

seruus *libri* numquid nunc *J:* nunquid nunc *Z.* nunc quid nunc *BD* *E.* nunc quid num *F* cercior *BD* 348. scelestam *Z:* sceleste *BD* *EJF, quod def. Ussingius* comprimam *libri.* comprimo *Bothius* aut *E* 349. adseruatur *ex* obseruatur *D* pergin argutarier *Z:* pergi nargutarier *BE.* pergin argutarier *in* pergin argumentarier *corr. D.* pergin argumentarier *F.* pergam *(ut vid.)* argumentarier *J* 350. hasce *E* ędis *E.* aedes *J* negotist nunc tibi *LG:* negotii est tibi *BD.* negotium *(negoc. FZ)* est tibi *EJFZ (*negotii *Hermolaus),* unde Quod . . negotium *cum Pylade Bothius.* nunc tibi negotist *Fleckeisen* quid *D* tibi est *BDZ.* tibi es *E.* ibi es *JF* 351. credo *ex* creo *D.* ///creo *J* nocturnos, r *s. v. D.* nocturos *J* singulos *J* 352. peregri *Scaliger:* peregre *libri* tutatus est *libri* domum *cum JFZ multi: corr. Angelius* 353. A///t *B* familiarem *F, Pareus* di[]to *J* 354. At scin, quam tu familiaris sis? nisi *Beckero Stud. stud. I p. 238.* Nescio quam familiaris tu sis, ni *Luchsius Hermae t. 6 (a. 1872) p. 270* Nescio ut *reiciens* quam tu] quantum *EJFZ* hac tutum *E* 355. *Post* Familiaris *vulgo non interpungunt* accipiere *F:* accipere *BDJZ.* accipe *E* haut *E* 356. atque *J* horunc *(sic Pareus: Camerarius* horum*)* sum seruos *Camerarius:* horunc seruus sum *libri (*horum *ex* horunc *ut vid. D.* horum *JFZ), quod def. Ussingius.* sum horunc seruos *(sic etiam Bothius) vel* seruos sum horunc *Muellerus p. 641 (hoc probat Brixius*

MERCVRIVS

At scin quó modo?
Fáciam ego hodie té superbum, ni hínc abis.

SOSIA

Quonám modo?

MERCVRIVS

Aúferere, nón abibis, sí ego fustem súmpsero.

SOSIA

Quín me esse huius fámiliai fámiliarem praédico.

MERCVRIVS

Víde sis, quam mox uápulare uís, nisi actutum hínc abis.

SOSIA

Tún domo prohibére peregre me áduenientem póstulas?

MERCVRIVS

Haécine tua domúst?

SOSIA

Ita inquam.

MERCVRIVS

Quís erus est igitúr tibi?

---

357 sq. *Nonius p. 171, 5:* superbos ueteres mortuos dixerunt. Plautus Amphitryone: 'faciam . . . abis' et post 'auferere non abiis' 358. *Osbernus p. 56ᵇ:* auferre pigre, segniciose. Plautus: 'auferre . . . sumpsero'

---

ad Militem p. 150). cf. Studemundus Nov. ann. t. 113 (a. 1876) p. 60 atsinquomodo *D.* at sin quomodo *Z* se in *ut vid. E* quomodo *BJ* 357. Fatiam *E* ni *Camerarius, cod. Palat. 1:* nisi *libri cum Nonio* ni abis hinc *Guyetus* ni actutum — Sos. quonam modo? *Parei adn. abusus Holtzius* quonammodo *BD* (n *in lit.*). quo nomina modo *E* (*secunda* o *e corr. ut vid. m*¹.) *J* 358. Auferere *J* (*ex* Auferre) *FZ, Nonii codd. nonnulli:* Auferrere *BDE.* auferre *al. codd. Noniani, Osbernus* ('*prima m. recte* aufer te' *Maius*) abiis *Nonius* hinc si ego *vel* ego si *Camerarius, hoc cum Pylade*
359. med huius esse *Camerarius* familiai *primus Bentleius:* familiae *libri* (familię *J.* familie *E*) p̄dico *B.* predico *E* 360. nisi *om. J* ac tutum *EJ* hinc a///bis *J.* hin abis *E* 361. Tun *JFZ:* Tum *BDE* prohiberē *s. v. D* 362. *V. 362—370 personarum notas D postea add. et v. 362—364 quidem praeter primam in litura omnes* Merc. *DF: om. BEJZ* Haecine *Z:* Haeccine *BF.* Haec cine *J.* Hęc cine *DE.* Haeccin *Weisius* domus est *libri* Sos. *DF:* Merc. *BEJZ* imquam *E* Quis — tibi *ut singularem v. discribunt BDEJ* Merc. *DF:* Sos. *BEJ. om. Z. corr. Scutarius* herus *J*

SOSIA

Ámphitruo, qui núnc praefectust Thébanis legiónibus,
Quícum nuptast Álcumena.

MERCVRIVS

Quíd ais? quid nomén tibist?

SOSIA

Sósiam uocánt Thebani, Dáuo prognatúm patre.

MERCVRIVS

Né tu istic hodié malo tuo cónpositis mendáciis
Áduenisti, audáciai cólumen, consutís dolis.

SOSIA

Ímmo equidem tunicís consutis húc aduenio, nón dolis.

MERCVRIVS

Át mentiris étiam: certo pédibus, non tunicís uenis.

SOSIA

Íta profecto.

MERCVRIVS

Núnc profecto uápula ob mendácium.

SOSIA

Nón edepol uoló profecto.

MERCVRIVS

At pól profecto ingrátiis:
Hóc quidem profécto certumst, nón est arbitrárium.

SOSIA

Tuám fidem obsecró.

MERCVRIVS

Tun te audes Sósiam esse dícere,

V. 363—409 in principio versuum personarum notae discerni possunt nullae J 363.]bus *J* Sos. *DFZ:* Merc. *BE* Qui praefectus nunc Thebanis Amphitruost *Bothius* Amphitrio *BD.* Ampytrio *E* praefectus est *libri* (p̄fectus *BDE)* Thebanis praefectust *Fleckeisenus* 364.]est *(ultima versus vox) J* Qui cum *BE* nupta est *libri* Merc. *DF: spatium BE, om. Z* qid agis *D* quod *DEFZ: cf. Scioppius Susp. lectt. p. 133, Brixius ad Trin. v. 889* tibi est *EJFZ:* est tibi *BD* 365.]p[*(patre) J* patre e *E: v. ad arg. II v. 8* 366.]iis *J* Netu *D* compositis *libri* mendatiis *DE* 367.]lis *J* audaciai *primus Camerarius:* audatiae *D.* audatię *B.* audatie *E* 368.]onsutis [ ]olis *J* adueni *Bothius*[1] 369.]certo pedibus non[*J* Admentiris *E* 370.]fecto[*(alterum) J* ob mendatium *D.* obmendatium *BE* 371.]profecto *J* atpol *D.* edepol *J* profect[ ] *J* ingratiis *Pylades:* ingratis *libri* 372.]profect[*J* certum est *libri (apice nescio quo supra* m *J)* non[*J* 373.]bsecro. Merc̄. [ ]udes [ ]icere *J* Tuam, T *ex* S *E* tunte *BD*

Quí ego sum?

SOSIA

Perií.

MERCVRIVS

Parum etiam, praéut futurumst, praédicas.

Quóius nunc es?

SOSIA

Túos: nam pugnis úsu fecistí tuom.

Pró fidem, Thebáni ciues.

MERCVRIVS

Étiam clamas, cárnufex?

Lóquere, quid uenísti?

SOSIA

Vt esset, quém tu pugnis caéderes.

MERCVRIVS

Quoíus es?

SOSIA

Amphitruónis inquam Sósia.

MERCVRIVS

Ergo istóc magis,

Quía uaniloquo's, uápulabis: égo sum, non tu, Sósia.

SOSIA

Íta di faciant, út tu potius sís atque ego te ut uérberem.

MERCVRIVS

Étiam muttis?

SOSIA

Iám tacebo.

MERCVRIVS

Quís tibi erust?

---

374. Ego qui *Bothius*]m *J* (sum) At parum *F leckeisenus*, Parum *idem rectius Ep. cr. p. 17* futurum est *libri* 375.]es *J* Quoius B^1: Quŏius *D*. Quouis *Z*. Quo uis *vel* Quo ius *E*. Cuius *B* Quid quoius *F* tuus *libri* tuum *libri* 376.]ebani *J* fide *Aldus:* fidi *BEFZ* (Profidi). uide *D* thē̄bani *D* Et iam *B* clamat *EZ: corr. Hermolaus* carnufex *J*. carnifex *reliqui* 37]quid *J* Loquere *Aldus:* Eloquere *libri* ess[] *J*. essem *F* pugnis *ex* pignus *D* cederes *BDE*. c[]deres *J* 378.]Soſ. *J* Quoius *F:* Cuius *reliqui* amphitrionis *BD*. amphytrionis *EJ* 37 uanilocu's *F leckeisenus:* uaniloquus *libri* (]aniloquus *J)* sum, s *m*^{r} *e corr. E* 380.]faciant *J* dii *EFZ* ego te ut *ex parte discer nequit J* 381.]muttis *J* I etitiam, I *m*^{3}. *e corr. E.* I etia *FZ: corr. Hermolaus* Et iam *B* mutis *FZ* tacebo, bo *ex* *D* erus est *libri* (herus *JFZ)*

SOSIA

Quem tú uoles.

MERCVRIVS

Quíd igitur? qui núnc uocare?

SOSIA

Némo nisi quem iússeris.

MERCVRIVS

Ámphitruonis te ésse aiebas Sósiam.

SOSIA

Peccáueram:
Nam 'Ámphitruonis sócium' dudum me ésse uolui dícere.

MERCVRIVS

Scíbam equidem nullum ésse nobis nísi me seruom Sósiam.
Fúgit te ratió.

SOSIA

Vtinam istuc púgni fecissént tui.

MERCVRIVS

Égo sum Sosia ílle, quem tu dúdum esse aiebás mihi.

SOSIA

Óbsecro ut per pácem licéat te ádloqui, ut ne uápulem.

382.]gitur *J* q̣ nunc *ex* qid nunc *D* 383. Amphitrionis *BD.* Amphytrionis *E.*]hytrionis *J* *De* ted esse aibas *cogitat Ritschelius Nov. exc. p. 43* aiebas, i *ex* l *BD.* alebas *E* *Pers. nota legi nequit J* 384. amphitrionis *BD.* amphytrionis *E.* []phytrionis *J* socium dudum me esse *LG:* socium neme esse *libri* (sotium *BJ.* socium, c *ex* t *et* um *ex* o *D.* ne me *E).* ne *idem quod olim* nae *scribebant (sic Z) plerique putarunt, quorum Weisius* nae med *scripsit.* certe *glossema pro* ne *F, quod probant Rostius Op. I 246, Hermannus El. p. 88.* memet *Lindemannus: et* memed *ferri posse ait Ritschelius Nov. exc. p. 51.* nunc me *Ussingius. Infelici coniectura* sociennum *pro* socium *Camerarius, qua adscita varia et perversa excogitarunt docti: velut* sociennum me A. e. *Doederleinus Synon. t. 4 p. 207.* Nam med Amphitruonis esse socium *Fleckeisenus olim Philol. t. 2 (a. 1847) p. 94, qui postea in editione* Nam illud 'Amphitruonis socium' me esse *(probatum Ritschelio Op. II p. 438), cum in Ep. crit. p. 17 Lachmanni in Lucretium p. 159:* Nam Amphitruonis Sosiai me esse *cum Ritschelio Mus. Rhen. t. 7 (a. 1849) p. 312 defendat* esse *paene integrum legi nequit J* dicere e *E: cf. ad arg. II v. 8* 385. Scibam *Pylades, Palat. 2:* Sciebam *libri* eq[]idem *J* seruum *libri* 386. Fugite ratio *E.* Fugit iteratio *J.* Fugit ratio te *Fleckeisenus* *An* Pugni i. u.? O utinam istuc *Gronovius.* Utinam mi istuc *Muellerus p. 636.* Istuc utinam *Guyetus.* Utinam ne istuc *Weidnerus Adv. Pl. p. 23* tui *ex* tuii *E* 387. te *primus Pylades* dudum te esse *Bothius* michi *E* 388. ut *del. Gronovius* perpacem *E* alloqui *libri* (al *ex* e *D)* 389. indutię *Z.*

MERCVRIVS

Ímmo indutiaé parumper fíant, siquid uís loqui.

SOSIA

Nón loquar nisi páce facta, quándo pugnis plús uales.

MERCVRIVS

Díc siquid uis: nón nocebo.

SOSIA

Tuaé fide credó?

MERCVRIVS

Meae.

SOSIA

Quíd, si falles?

MERCVRIVS

Túm Mercurius Sósiae iratús siet.

SOSIA

Animum aduorte: núnc licet mihi líbere quiduís loqui.
Amphitruonis égo sum seruos Sósia.

MERCVRIVS

Etiam dénuo?

SOSIA

Pácem feci, foédus ici, uéra dico.

MERCVRIVS

Vápula.

---

indutie *E.* induciae *DF.* ind////icia *ex* inducia *J* parum[] *J* parum perfiant si quid *E* uis, u *ex* si *D* 390. loqu///, lo *s. v. fort.* er *er. J* 391. Dic siquid uis *Lindemannus:* Dicito siqu uis *libri* (si quid *BE*). Dicito sis *idem Lindemannus.* Dicito qu uis *Camerarius, Klotzius Nov. ann. t. 51 (a. 1847) p. 244.* Dic quiduis *Bothius cum Pylade* n̄t̥aeebo, tace *m. 2 del. D.* n tacebo *J* tuę *EJ.* tue *B* fide *Bothius:* fidei *libri* cred *Angelius* meę *BE.* męę *D* *Mire Bothius hunc v. et sequent in edd. 2 et 3 conformavit, servata initio v. 391 librorum scriptura* meae *v. 392 praefixo, quem v. iambicum fecit* 392. *V. post 3 scriptum signis* đ *et* ħ *adhibitis huc transtulit B* *Cf. v. 391* uapules, pu *s. v., ex* ualles *D* sosię *EJ.* sosie *B* siet, s *ex ut vid. E* 393. ad[]rte [] *J* michi *E* quid uis *B* (d *in lit. EJ* 394. Amphitrionis *BD.* Amphytrionis *EJ* seruus *libri* 395. fedus *D* ici *Otto apud Fleckeisenum Ep. crit. p. 17:* feci *libri*

SOSIA

Vt lubet quod tibi lubet fac, quóniam pugnis plús uales.
Vérum utut es factúrus, hoc quidem hércle haud reticebó tamen.

MERCVRIVS

Tú me uiuos hódie numquam fácies quin sim Sósia.

SOSIA

Cérte edepol tu me álienabis númquam quin nostér siem:
Néc nobis praetér med alius quísquamst seruos Sósia.
[Qui cum Amphitruone hinc una ieram in exercitum.]

MERCVRIVS

Híc homo sanus nón est.

SOSIA

Quod mihi praédicas uitium, íd tibist.
Quíd, malum, non súm ego seruos Ámphitruonis Sósia?

---

400. *Iohannes Schroeder 'de fragmentis Amphitruonis Plautinae' § 2 ad hunc v. spectare vidit verba a Nonio p. 76, 14 excitata et vulgo inter fragmenta relata:* 'absente nobis' et 'praesente nobis' pro 'praesentibus nobis' et 'absentibus nobis'. Plautus Amphitryone: 'nec nobis praesente aliquis quisquam nisi seruus'

---

396. libet *libri (*l[]bet *J)* quod *codd. Pal. 1 et 2, Angelius:* quid *libri, quod interrogative dictum defendi posse putat Holtzius* libet *libri (*[]bet *J)* uales, s *ex* t *D* 397. ut ut *BDZ.* ut *JF* ut uites *ut vid. E* utut facturu's *Bothius*[1] ///ercle *B* haut *E* reticebo, *altera* e *e corr. D.* riticebo *E* 398. Tume *BE* uiuus *B (*uus *in lit.) D*[2] *(ut vid.: D*[1] uiuũ *ex* uius*) JFZ.* uius *E.* uiuo *Pal. 3 m. sec. et 5* 399. tume *D* alienabis *ex* aliena bis *B* nunquam *D* 400. Hec *EJ* Nec noster *cum Langianis Gulielmius in Asin. c. 6* nobis praeter med alius quisquamst *Camerarius, Ritschelius Nov. exc. p. 35:* nobis praeter me alius quisquam est *libri (*p̄ter *D.* preter *BJ).* nobis praesente aliquis quisquam nisi *Nonius (*quisquamnisi *ex* quisquāmst *explicaveris).* me praeter nobis alius quisquam est *Bothius.* nobis praeter me quisquamst alius *Fleckeisenus* seruus *libri* 401. *Uncis inclusit Fleckeisenus: nec corrigi potest, qua in re frustra desudaverunt docti (*Qui dudum cum *Pylades,* iui ero meo in *Camerarius,* hinc una simul ieram *Guyetus,* unad iueram indu *Bothius*[1]*,* profectus eram *pro* ieram *dubitanter Ussingius, alii alia)* amphitrione *BD.* amphytrione *EJ* unâ *D* iueram *J.* geram *E* inexercitum *E* 402. non est sanus *JF* mihi quod *Fleckeisenus Ep. cr. p. 17* quod, o *in lit. B* michi *J* p̄dicas *BD.* predicas *EJ* uicium *BDJ* tibi est *libri* 403. nonne ego *F.* nonne ego sum *Bothius*[1]. non ego sum *Weisius* sum *om. JF* seruus *libri* amphitrionis *BD.* amphytrionis *EJ*

Nón hac noctu nóstra nauis húc ex portu Pérsico
Vénit, quae me aduéxit? non med húc erus misít meus?
Nón ego nunc sto ante aédes nostras? nón mist lanterna ín manu?
Nón loquor? non uígilo? non hic módo me pugnis cóntudit?
Fécit hercle: nam étiam misero núnc mi male malaé dolent.
Quíd igitur ego dúbito? aut quor non íntro eo in nostrám domum?

MERCVRIVS

Quíd, domum uostram?

SOSIA

Íta enim uero.

MERCVRIVS

Quín quae dixistí modo

---

404. 412. *Festus p. 217 a 15:* Persicum portum Plautus cum ait, mare Euboicum uidetur significare, quod in eo classis Persarum dicitur stetisse non procul a Thebis

---

404. Non *Spengelius de 'nonne' particula p. 4:* Nonne *libri* huc *Pylades: om. libri* nostra eportu (e portu *etiam F*) per sico nauis *J* exportu per sico *E* 405. quę *EJ* adu[*J* non med *LG:* nonne (non ne *B*) me *libri* (me[*J*). non me nunc huc *Spengelius l. s. s.* 406. Non *Spengelius l. s.:* Nonne *libri* nunc sto *E* (sto *ex* isto *ut vid.*) *Z:* nunc isto, at hic *m.*[2] *s.* isto, *B.* ////nunc sisto, *3 litt. er. et priore* s *postea add. D.* nunc hic sto *J* (st[) *F*, *Bothius*[2.3] *iambice dimetiens.* hic sto *cod. Guelf. 2. De* isto *pro* sto *posito cf. Lachmannus in Lucr. p. 232*]aed[*J.* edes *E* mihi est *libri* laterna *ex* lanterna *D.* laterna *reliqui* inmanu *E* 407. loquar *D* uigil[ ]hic ho[*J* non *tertio loco Gronovius:* nonne *libri De* non med hic homo p. *cogitat Weisius* modo *Guyetus:* homo modo *libri.* homo *cod. Guelf., Scutarius* 408. ercle *BJ* etiam misero nunc mihi male malae dolent *LG:* etiam misero nunc malae dolent *libri* (///dolent *B.* mala edolent *DE* (*priore* e *m*[3]. *e corr.*). misero [] le[*J*). mihi misero etiam nunc malae dolent *Pylades.* etiam misero nunc malae dolent mihi *Camerarius:* mihi etiam misero nunc malae dolent *Angelius.* etiam misero misere (misere *pro* misero *iam cod. Guelf. 1*) n. m. d. *Bothius*[1]. etiam mi misero n. m. d. *Bothius*[2]. etiam nunc misero mihi m. d. *Muellerus 'Nachtraege' p. 96* mi misero etiam n. m. d. *Fleckeisenus* 409. ego igitur *D* ut *DE* cur *libri* non[*J* introeo *DE* innostram *E* 410. Qui *EZ* uram *BDJ.* nostram *EFZ* enim uero[*J.* enimuero *DE*]dixisti[*J* quin q̄ᵓ *ex* quinq̄ᵓ *B.* quinque *DE.* queque *F.* quęcunque *Z, unde* quaeque dixisti modo *Angelius,* quin quaeque edixti modo *Gulielmius,* quin quaequae dixti modo *Bothius, alii alias nugas propagarunt*

Ómnia ementítu's: equidem Sósia Amphitruónis sum.
Nám noctu hac solútast nauis nóstra e portu Pérsico,
Ét ubi Pterela réx regnauit óppidum expugnáuimus,
Ét legiones Téleboarum uí pugnando cépimus,
Ét ipsus Amphitruo óbtruncauit régem Pterelam in praélio.

Sosia

Égomet mihi non crédo, quom illaec aútumar[illegible]lum aúdio:
Híc quidem certe quae íllic sunt res géstae memorat mémoriter.
Séd quid ais? quid Ámphitruoni dóno a Teleboís datumst?

Mercvrivs

Ptérela rex qui pótitare sólitus est patera aúrea.

Sosia

Élocutust. úbi ea patera núnc est?

Mercvrivs

Est in cístula,

412. *V. ad v. 404*

411. Omnia, *duarum litt. ras. ante* m *D* ementitu's *Fleckeisenus:* ementitus *libri.* ementitus es *F.* mentitus es *codd. Gud. 1 et 2.* es mentitus *Bentleius* amphitrionis *BD.* amphytrionis *E.* amphytr[*J* sum Amphitruonis Sosia *Bothius. Traditum def. Buechelerus de declin. p. 31* 412. hec *D* soluta est *libri* n[ ]rsico *J* eportu *BE* persiçco *D.* persicco *E* 413. Et tibi *D* regnauit *D* ex[*J* 414. teloboarum *D.* theloboarum *EJF* in expugnando *F.* [] expug[] *J* cępimus *Z.* coepimus *BDE* 415. Ipsus, *del.* et *Guyetus* ipsius *J* amphitrio *BD.* amphytrio *EJ* optruncauit *BDEJ* inp̄lio *BE.* in proelio *D.* improelio *J* 416. Ego met *EJ* michi *J* cum *libri* illęc *J.* illa ęc *E* illū audio, ū a *e corr. D.* hunc audio *Anspachius de Bacch. retr. p. 25* 417. quide *J* quę *EJ* illi *E* rei *J* geste memorat *ex* gestat memorat *J.* gesta ememorat *D.* gesta ememorat, e *ultima ex* o *E* memoriter, *alt.* m *ex* tn m^2. *D* 418. Set *E* amphitrioni *BD.* amphitrionis *E.* amphytrioni *J* dono a Telebois datumst *Lomanus Spec. p. 7:* a telebois datum est *libri* (telobois *D.* atelobois *E.* a[]l[]bois *J), ubi* dono datum est *Bentleius.* nostro a Telebois datum est *Guyetus.* a Telebois datum hostibust *codice Guelf. 2 duce Bothius*[1]. a Telebois est datum *idem*[2,3]. doni a Telebois datumst *Ussingius* 420. Elocutus est *libri* (Eloquutus est *E.* Eloquere *F)* ubi ea patera nunc est *Pylades:* ubi patera nunc est *libri* (ubipatera *E).* ubi patera nunc ea est *Bothius*[1] (elocutus est *scribens), cum libris idem*[2,3]. sed ubi patera nunc est *Brixius Nov. annal. t. 101 (a. 1870) p. 762* est in cistula *Dousa,* est *e v. 421 petens:* in cistula *libri* (incistula *E.* in cistella *F).* ubi est? in cistula *Guyetus, reliqua sic scribens:* elocutust. ubi patera nunc est? *Contra* in cistellula *Bothius*[2] *coll. v. 773*

Ámphitruonis óbsignata sígno.

SOSIA

Signi díc quid est?

MERCVRIVS

Cúm quadrigis Sól exoriens. quíd me captas, cárnufex?

SOSIA

Árgumentis uícit. aliud nómen quaerundúmst mihi.
Néscio unde haec híc spectauit. iám ego hunc decipiám probe:
Nám quod egomet sólus feci néc quisquam alius ádfuit
Ín tabernaclo, íd quidem hodie númquam poterit dícere.
Sí tu Sosiá's, legiones quóm pugnabant máxume,
Quíd in tabernacló fecisti? uíctus sum, si díxeris.

MERCVRIVS

Cádus erat ibi uíni: inde inpleui hírneam.

SOSIA

Ingressúst uiam.

MERCVRIVS

Éam ego uini, ut mátre natum fúerat, eduxí meri.

---

429. *Nonius p. 546, 22:* cyrnea uas uinarium. Plautus in Amphitryone: 'cadus ... cyrneam'. — *Osbernus p. 274:* hirna ... id est salcica; inde haec hirnea ... id est ocrea, quae ad potum conseruandum baiulatur; unde Plautus in Amphitrione: 'cadus ... hirneam'

---

421. Amphitrionis *BD.* Amphytrionis *EJ* signo *Dousa:* signo est *libri: cf. v. 420* 422. captus *D* carnifex *BEZ* 423. uincit *EJFZ, corr. Angelius* querundum *D.* querendum est *BE.* qu[]re[]dum est *J* michi *E* 424. Nesciocunde *dubitanter Studemundus Stud. I p. 230* hęc *E.* hec *B* ego iam *Guyetus* []cipiam *J* 425. Namquod *J* quod *om. D* ego met *EJ* alius, s *ex* o *D* affuit *praeter F libri* (affuit t *E: cf. ad arg. II v. 8)* 426. In tabernaclo *DE* (Intab-), *Bothius*[1. 2]: In tabernaculo *BJ* (Int-) *FZ* nunqnam *J* 427. sosia es *libri* cum *libri* maxime *J.* maxime e e *E: cf. ad arg. II v. 8* 428. in tabernaclo *DE* (int-), *Pareus:* in tabernaculo *BJ* (int-) *FZ* feci *ras. ex* fecisti *D* dixeris s s *E: cf. ad arg. II v. 8* 429. ibi uini *Muellerus p. 543 inter alia.* uini *libri.* uini plenus *Osbernus* impleui *libri.* impleuit *Osbernus* hirneam, i *ex* u *E.* hyrneam *J.* cyrneam *cum Nonio (cuius cod. P* cyneam) *F (item v. 431. 432), Pylades* (cirneam). irneam *Lindemannus cum Scaligero* ingressus tu iam *B.* ingressus tu iam *D.* ingressus iam *EJFZ, corr. Pius* 430. Eam ego uini, ut matre natum fuerat, eduxi meri *Fleckeisenus:* Eam ego ut

SOSIA

Míra sunt nisi látuit intus íllic in illac hírnea.
Fáctumst illud, út ego illic uini hírneam ebiberím meri.

MERCVRIVS

Quíd nunc? uincon árgumentis, té non esse Sósiam?

SOSIA

Tú negas med ésse?

MERCVRIVS

Quid ego ní negem, qui egomét siem?

SOSIA

Pér Iouem iuró med esse néque me falsum dícere.

MERCVRIVS

Át ego per Mercúrium iuro, tíbi Iouem non crédere:
Nam íniurato scío plus credet míhi quam iurató tibi.

SOSIA

Quís ego sum saltém, si non sum Sósia? te intérrogo.

---

matre fuerat natum uini eduxi meri *libri* (eduxi meri *ex* eduxim eri *B.* eduerā ^{m}eri, a *in* i *corr. D).* Id ego, ut matre natum fuerat, unus eduxi merum *Guyetus.* Eam ego, ut fuerat natum, uini eduxi birneam meri *Holtzius, qui etiam de* plenam meri *cogitat. Reliqua non mutantes* eduxeram meri *cum Langianis Bothius*[1], eduxi eram meri *Gulielmius,* eduxi clam meri *Acidalius cum libro quodam,* obduxi meram *Scaliger,* ibi eduxi *vel* illi eduxi meri *Muellerus p. 603. Cum* matre *Lipsius Ep. quaestt. III 17 Euripidis Alc. v. 756 sq.* ποτῆρα . . . λαβὼν πίνει μελαίνης μητρὸς εὔζωρον μέθυ *confert* 431 sq. *Perverso ordine BD, versibus 432 Sosiae, 431 nullam notam praefigentes: recte reliqui, nisi quod in Z v. 432 Mercurii, v. 433 nullam notam habent, correcti a Pylade* 431. Mirati sunt *J* inillac *EJ* hyrnea *J* 432. Factum est *B.* Factum *DEJFZ* ut ego uini illi *Muellerus 'Nachtr.' p. 46 dubitanter* hyrneam ebiberam *J* 433. Quid nunc? *def. Seyffertus Philol. t. 29 (a. 1870) p. 407, Stud. Pl. p. 18.* Quid? nunc *Fleckeisenus* 434. Tun *Fleckeisenus* med esse *E*[3], *Camerarius, Ritschelius Nov. exc. p. 25:* me de esse *BDE.* me esse *JFZ.* me eum esse *Muellerus p. 732* mercuriū quid *E* egoni *E* ego met *EJ* 435. tibi iuro me esse *Pylades* med esse *correctores in BE (m.*[3]*), Camerarius: cf. Ritschelius Nov. exc. p. 25.* medesse *ex* me desse *B.* me de esse *E.* me de^{m}esse *D.* me esse *JFZ.* me eum esse *Muellerus p. 732* dicere e *E: cf. ad arg. II v. 8* 436. iniuro *Bothius, quem contra Balbachius Observ. crit. p. 5* 437. in iurato *J.* iniurato, in *s. v. E* crederet *EJFZ* michi *EJ* iurato, t *e corr. B. idem* to *s. v. D* tibi i *E: cf. ad arg. II v. 8* 438. te interrogo *m.*[2] *ex* et interrogo *J.* ted interrogo *Bothius*[1]. id te interrogo *Muellerus p. 9, 'Nachtr.' p. 2: assentitur Beckerus Studemundi Stud. vol. 1 p. 141*

MERCVRIVS

Vbi ego Sosiá nolim esse, tu ésto sane Sósia:
Núnc quando ego sum, uápulabis, ni hínc abis, ignóbilis.

SOSIA

Cérte edepol, quom illúm contemplo et fórmam cognoscó meam,
Quem ád modum ego sum (saépe in speculum inspéxi): nimis similést mei.
Ítidem habet petasum ác uestitum: tám consimilest átque ego.
Súra, pes, statúra, tonsus, óculi, nasum, uél labra,
Málae, mentum, bárba, collus: tótus. quid uerbís opust?
Sí tergum cicátricosum, níhil hoc similist símilius.

---

444. *Nonius p. 179, 14:* tonsus pro tonsura. Plautus Amphitryone: 'sura ... labra' 445. *Nonius p. 200, 16:* collus masculini ... Plautus Amphitryone: 'malae ... collus' 446. *Imitatus est hunc locum Fronto p. 101 N.:* uidi pullulos tuos, quod quidem libentissime in uita mea uiderim, tam simili facie tibi, ut nihil sit hoc simili similius. *Vidit hoc Studemundus apud Klussmannum p. 78a*

---

439. sosia, o *ex* i *D* esset *D* esset uesto *B (ante corr.) E* Sosia esse nolim *Gruterus.* Sosia iam nolim esse *Camerarius.* Sosia nolem *Fleckeisenus 'Krit. Miscellen' p. 22.* nolim Sosia esse *Muellerus 'Nachtr.' p. 2* 440. nih incabis *B.* nih incabis *D* ignominis *Bothius* 441. quomodo *B.* cum *J.* quum *Z* illunc *Bothius* contemplor, r *postea add. D* 442. Quem admodum *BEJ.* Quemadmodum *D* sum *cum Z Camerarius om.: eodemque duce Bothius*[1]: Quemadmodum saepe in speculo inspexi, nimium similis est mei sepe *DEJ.* saepae *B* inspeculum *EJ* nimis simile *(cf. v. 537)* est mei *libri (*nims *J.* simile *in* similis *corr. D.* similis *JF.* m[*J).* nimis similest mei *Camerarius.* simili'st nimis mei *Gronovius.* nimis similist mei *Bothius*[1. 2]. *Metrum suspectum* 443. atque uestitum: consimilist atque ego *Braunius Observ. gr. ed. a. 1881 p. 7* consimilest *Camerarius:* consimile est *libri.* consimilist *Pylades* atque ego] quam ego sum *Fuhrmannus Nov. ann. t. 97 (a. 1868) p. 845.* quam potest *Langenus p. 296* uestitum (tam consimilist) atque *Nicmeyerus 'Philol. Wochenschrift' a. 1881 p. 388* 444. Sura *ex* Supra *ras. D* Surapes *E* tonsura tonsus *F.* tonsura consus *J* nasa *EJFZ: corr. Pylades* uel] dens *Lambinus.* aures *Lindemannus.* frons *Langenus p. 71 (quod* frons oculi nasum labra *esse deberet)* labram m *E* 445. Malae mentum *ex* Malū ementā *D.* Mala ementum *BE.* Malę mentum *J* barra *pars codicum Nonii* collus *ex Nonio F:* collum *libri* opus est *JF* 446. Sitergum *J.* Tergum si *Bothius* cicatrico sum *BF.* cicatricosumst *Fleckeisenus Ep. crit. p. 17* nichil *EJ* similist *Fleckeisenus:* similest *B.* simile est *DEJFZ.* similest *Camerarius.* simili est *Angelius.* simili *etiam Fronto legit*

Séd quom cogito, équidem certo idém sum qui sempér fui.
Nóui erum, noui aédis nostras: sáne sapio et séntio.
Nón ego illi obtémpero quod lóquitur: pultabó foris.

MERCVRIVS

Quó agis te?

SOSIA

Domúm.

MERCVRIVS

Quadrigas sí nunc inscendás Iouis
Átque hinc fugias, íta uix poteris éffugere infortúnium.

SOSIA

Nón erae meae núntiare, quód erus meus iussít, licet?

MERCVRIVS

Tuaé siquid uis núntiare: hanc nóstram adire nón sinam.
Nám si me inritássis, hodie lúmbifragium hinc aúferes.

SOSIA

Ábeo potius. di ínmortales, óbsecro uostrám fidem,
Vbi ego perii? ubi ínmutatus sum? úbi ego formam pérdidi?
Án egomet me illíc reliqui, sí forte oblitús fui?
Nam híc quidem omnem imáginem meam, quae ántehac fuerat, póssidet.

---

454. *Osbernus p. 320:* lumbifragium . . . lumbifragium hinc auferes si me irritassis'

447.]idem sum *J, ubi usque ad v. 487 pers. notae in versuum principiis interciderunt* Set *E* quom *DEF*. quum *Z*. quomodo *B* sum idem *cum Bothio Muellerus p. 448* qui[*J* 448.]ras sane sapio et[*J* nouia‿edis *B*. nouia edis *E* 449.]tur pultabo for[*J* optem‿pero *B*. optempero *D* qd' (= quod), '*m.*³ *ut vid. add. E* foris *in* fores *mut. D* 450.]quadrigas *J* Quᵭgis *D* Quadrigas, i *ex* a *D* incendas *JZ* 451.]s effugere *J* infortunium, *alt.* u *ex* i *D* 452.]herę *J* Non *Fleckeisenus.* Nonne *libri* erę *E* meę *BEJ. idem, nisi quod* ę *s. v. D* nunciare *BD* herus *J* 453.]uis *J* Tue *E* si quid *BE* nunciare *BDJ.* nuntia, te *cum Pareo Gertzius.* nuntiato *Ussingius* 454.]me *J Merc. nota ab ipso rubricatore del. E* inritas sis *B.* irritassis *D.* irritase sis *ut vid. J* lumbifragium *F, Scutarius.* lumbifrangium *B.* lumbi frangium *DEZ.*]bi frangium *J* *Cf. Osbernus* 455.]potius dii *J* ur̃am *BDEJ* 456.]ego *J* perą (ii *s.* a) *J* tibi *J* immutatus *J.* mutatus *L. Spengelius Philol. t. 17 (a. 1861) p. 564* ˟perdidi ˟formam *J*, i *(cf. ad arg. II 8) ut vid. cr. et* formam *m.*² *add. E* 457. ego met *EJ* (]ego) 458.]hic *J* meam *ex* tuam *B* quę *E.* que *BD.* quod *J* ante hac *BDEJZ*

Víuo fit, quod númquam quisquam mórtuo faciét mihi.
Íbo ad portum atque haéc ut facta súnt, ero dicám meo:
Nísi etiam is quoque me ígnorabit, quód ille faxit Iúppiter,
Út ego raso cápite caluos hódie capiam pílleum.

MERCVRIVS

Bene prósperequе hoc óperis processít mihi:
Amóui a foribus máxumam moléstiam,
Patri út liceret túto illam amplexárier.
Iam ille ílluc ad erum quom Ámphitruonem aduénerit,
Narrábit seruom hinc sése a foribus Sósiam
Amóuisse: ille adeo íllum mentirí sibi

461 sq. *Servius in Verg. Aen. VIII 564:* Feronia mater] nympha Campaniae quam etiam supra diximus. Haec etiam libertorum dea est, in cuius templo raso capite pileum accipiebant. Cuius rei etiam Plautus in Amphitryone facit mentionem: 'quod utinam ille faxit Iuppiter, ut raso capite portem pilleum' 462. *Nonius p. 528, 19:* qui liberi fiebant, ea causa calui erant, quod tempestatem seruitutis uidebantur effugere, ut naufragio liberati solent. Plautus in Amphitryone: 'ut ... pilleum'

459.]uo sit *(ut vid.)* []d *J* Vuiuo *E* nunquam []am *J* michi *E* 460.]ad[]tum *J* adportum *E* hęc *EJ* ut facit sunt *Luchsius Studemundi Stud. vol. 1 p. 306:* ut sunt facta *libri, nisi quod* ficta *J.* hic ut sunt facta *Muellerus p. 594.* haec uti sunt *Camerarius* erodicam *E.* dicam hero *JF* 461. *Cf. Servii testis*]am *J* me ignorabit *(i alt. ex a) B.* me ignorabat *E.* ignorat me *J* faxit *Fleckeisenus cum Servio:* faciat *libri* 462. Vt ego ra capite caluos hodie *Fleckeisenus ep. crit. p. 17:* Vt ego hodie ra capite caluus *libri (*]hodie *J) cum Nonio.* Vtĭ ĕgo hodie raso cap caluos *Lingius de hiatu p. 52.* Vt ego hic hodie raso capite cal *Camerarius. Idem nisi quod* ego hocedie *Spengelius Plaut. p. 2 Ritschelius Nov. exc. p. 92: idem denique, nisi quod* hoc hodie *Ussing* pilleum *libri cum Servio et Nonio:* pileum *inde ab Angelio* *Act. I sc. 2* MERCVRIVS· *BEJ: om. D unius v. spatio re* 463. *Pers. om. BE* Bene pro speque *Usenerus scaena Pseud.* prospere *Acidalius* hoc operis *'alii' apud Acidalium.* hoc] operis *libri.* hoc hodie *Bothius* michi *EJ* 464. aforibus *E* maximam *BDE.* []am *J* 465. amplexarier, *alt. a ex i E* 466. *FZ et editorum multi* herum *(*t am *s. v.) J* cum *BDE* amphitrionem *BD.* amphytrione *EJ* aduenerit *E: cf. arg. I* 467. Narrauit *(*b *s.* u*) B* seruum *libri (*seruium *E)* *E* aforibus *EJ* sosiam, *priore* s *ita formata, ut alian* o *litt. librarius adiecturus fuerit E* 468. is adeo illum *L*

Credét neque credet húc profectum, ut iússerat.
Erróris ambo ego íllos et deméntiae
Conplébo atque Amphitruónis omnem fámiliam,
Adeo úsque satietátem dum capiét pater
Illíus quam amat: ígitur demum omnés scient,
Quae fácta. denique Álcumenam Iúppiter
Redigét antiquam cóniugi in concórdiam.
Nam Amphítruo actutum uxóri turbas cónciet,
Atque ínsimulabit eám probri: tum méus pater
Eam séditionem illi ín tranquillum cónferet.
Nunc de Álcumena dúdum quod dixí minus,
Hodie ílla pariet fílios geminós duos:
Altér decumo post ménse nascetúr puer
Quam séminatust, álter mense séptumo.
Eorum Ámphitruonis álter est, altér Iouis.
Verúm minori púero maior ést pater,
Minór maiori. iámne hoc scitis quíd siet?
Sed Álcumenae honóris huius grátia

481. *Osbernus p. 167:* decumus . . . unde Plautus in Amphitrione: alter . . . puer' *p. 146* sibi i *E* 469. neque *J.* namque *D* 470. Irroris *E* ambos *F* 471. Complebo *libri.* Compleuero *Muellerus p. 511* Amphitruonis omnem *Fleckeisenus:* omnem amphitrionis (amphytrionis *EJ*) *libri* 472. sacietatem (cie *in litura B*) *BD* capiat *Bothius*[2] *e cod. Guelferb.* 473. ibi tum demum *Bentleius* sciant *D*, *Hermolaus* 474. Quę *EJ* alcumenām, *del. E* 475. coniugi in concordiam *Lindemannus:* in concordiam (inconcordiam *EJ*) coniugis (*e* coniuges *D*) *libri.* in coniugis concordiam *Pylades.* coniugis in concordiam *Camerarius* Rediget cum coniuge antiquam in concordiam *Lomanus p. 9* *V. 476—495 recte in suspicionem vocat Langenus p. 42, maxime propter v. 491* 476. amphitrio (am *s. v. D*) *BD.* amphytrio *EJ* ac tutum *E* contiet *BD* (*ex* continet) 477. insimulauit *BDE* probri tum *Z:* probrium *EJ.* proprium (*ex* probrium *B*) *BD.* probum *F* 478. Eam *B, Pylades:* Iam *DEJFZ* intranquillum (intranquillam *J*) *BEJ* *V. 479—485 in suspicionem vocat Ussingius, ut additos ab eo qui prologum confecerit* 479. diximus *FZ:* corr. *Pylades* 480. filios *ex* filius *D* 481. Aliter *J* de cumo J. de cumeno *E* post mense decumo *Bothius: at cf. Brugmanus p. 35* 482. seminatust *Fleckeisenus cum cod. Gud.:* seminatus *libri* septimo *BEJ* 483. amphitrionis *BD.* amphytrionis *EJ* 484. minor *EJ* puerppuero *E.* puer (*s. v.* s. iouis) puero *J.* puero puero *Z* 485. Iam ne *BEJ* iam nescitis hoc *F* scitis (*e* s. r.) *J* *V. 486—490 eicit Guyetus* 486. Set *E* Alcumenae honoris huius *Fleckeisenus.* alcumenae (alcumene *DE*) huius honoris

Patér curabit úno ut fetu próferat
* * * * * * * * * * *
Vno út labore absóluat aerumnás duas,
Et ne ín suspicióne ponatúr stupri
Et clándestina ut céletur consuétio.
Quamquam, út iam dudum díxi, resciscét tamen
Amphítruo rem omnem. quíd igitur? nemo íd probro
Profécto ducet Álcumenae: nám deum
Non pár uidetur fácere, delictúm suom
Suámque culpam expétere in mortalem út sinat.

488. *Nonius p. 57, 13:* enixae dicuntur feminae nitendi, hoc est conandi et dolendi labore perfunctae: uel a Nixis, quae religionum genera parientibus praesunt. Sed elegantior intellectus, ut ex eo dictae esse credantur, quod uinculis quibusdam periculi quibus implicarentur fuerint exsolutae: nexum enim dicimus arctum et colligatum. Plautus in Amphitryone: 'uno ... duas' 490. *Donatus ad Ad. IV 5, 32:* ... ut Plautus: 'et ... consuetudo' *Festus Pauli p. 61:* consuetionem Plautus pro consuetudine dixit *Cf. Loewius Prodr. p. 258* 495. *Nonius p. 301, 27:* expetere transferri [*codd.* expectare transferre], euadere. 'sua si quid ... sinat'

libri. huius Alcumenae honoris *Pylades.* Alcumenae huiusce honoris *Gruterus, Muellerus p. 696: cf. Schmidtius de pron. dem. form. p. 55* gracia *J* 487. curabit *Fleckeisenus cum Ritschelio: cf. epist. crit. p. 17.* curauit *libri* *Verba quae secuntur explicandi causa (cf. v. 878) addita Plautinum hemistichium expulisse quod hoc fere fuisse possit:* Iuppiter summus meus *suspicatur Ritschelius Fleckeiseni ep. crit. p. 17* fętu *E.* foetu *BD.* fētus, s *ut vid. J* proferat *dubitanter scripsimus lacunam post h. v. statuentes.* fieret *libri, quod corruptum esse vidit Fleckeisenus: pro quo* pepererit *Seyffertus Philol. t. 29 (a. 1870) p. 385. Interciderunt fere haec:* Quod ex ípso grauidast ét quod grauidast éx uiro Pater curabit uno ut fetu fiat et *Gertzius* *Nihil profecit Rothe quaest. gramm. p. 10 sqq.* 488. uno labore exsolueret *Nonius* erumnas *Nonius.* erumpnas *E.* ęrumpnas *J* *V. 489 sq. invertit Fleckeisenus cum Ritschelio sic immutatos:* Vt clándestina haec céletur consuétio ‖ Ne illa ín suspitióne ponatúr stupri 489. *Vers. damnat Bothius* insuspicione *J.* insuspitione *BE* 490. clandestina *B (7 litt. post* clan *cr.).* clan destina *E.* Et clandestine ut *Donatus* consuetio *Scioppius et Bentleius Festo et Donato ducibus.* suspicio *BDJ.* suspitio *EFZ.* consuetudo *Donatus.* susceptio *Pylades, Lambinus.* huc itio *Pistoris, Gruterus* 491. *Cf. v. 176–495* iam *s. v. J* iamdudum *D* reciscettamen (et *ex* u) *D* 492. Amphitrio *BD.* Amphytrio *EJ* agitur *B* probo *EJ* 493. alcumenę nam *EJ.* alcumene nam *B.* alcumenam *D* 494. parui detur *D* suum *libri* 495. Suamque culpam *Acidalius:* Suamque ut culpam *libri.* sua si quid culpa *Nonius* inmortalem *BJ.* immortalem *E.* mortalem *Nonius* ut sinat *libri cum Nonio.* sinat *Bothius*

Orátionem cónprimam: crepuít foris.
Amphítruo subditíuos eccum exít foras
Simul cum Álcumena sua úxore usurária.

IVPPITER. ALCVMENA. MERCVRIVS

IVPPITER

Béne uale, Alcuména, cura rém conmunem, quód facis,
Átque inperce, quaéso: menses iám tibi esse actós uides.
Míhi necessest íre hinc: uerum quód erit natum tóllito.

ALCVMENA

Quíd istuc est, mi uír, negoti, quód tu tam subitó domo
Ábeas?

IVPPITER

Edepol haúd quod tui me néque domi distaédeat:
Séd ubi summus ímperator nón adest ad exércitum,
Cítius quod non fáctost usus fít quam quod factóst opus.

MERCVRIVS

Nímis hic scitust sycophanta, quí quidem sit méus pater.

503. *Osbernus p. 588:* Plautus in Amphitrione: haudquaque tui me ... distaedeat

496. Oracionem *J* comprimam *BDJ* foris *ex* furis *D* *V. 497 sq. del. Guyetus* 497. Amphitrio *(post* phi *eras.* m *D) BD.* Amphytrio *EJ* subditiuus *BDEJF.* subditicius *Z: corr. Angelius* foris *D* *V. 498 del. Lachmannus, F. Schmidtius l. s. s. p. 31* Simul cum Alcumena sua uxore *Muellerus p. 696 inter alia.* Cum alcumena uxore *libri.* Atque Alcumena una uxor *Fleckeisenus edidit: idem Nov. ann. vol. 61 (a. 1851) p. 52 hiatum* Cum Alcumena *aliquo modo defendit.* Cum Alcumena uoxore *Kochius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 286.* Cum Alcumena uxored *(vel* Alcumenad uxore*) Ritschelius Opusc. phil. III p. 125* uxored *iam Parcus*[3]*)*

Act. I sc. 3 IVPPITER · ALCVMENA · MERC̄ *B in eod. versu cum 498.* IVPPITER · ALCVMENA · MERCVRIVS *EJ. om. D* *V. 499—582 pers. notae initio versuum ex parte semideletae. ut tamen quid scriptum fuerit dubitari nequeat J* 499. ene *c. spat. DE* cura rem *ex* curarem *B.* curarem *E* communem *libri* quid *(o s. i) B* 500. Atque inperce *Camerarius:* Atquin perge *FZ.* At quin perge *BDEJ.* At tibi inperce *Ussingius* queso *J.* queso *E* exactos *Pylades.* esse exactos *codd. nonnulli Pal.* 501. Michi *EJ* necesse est *libri* natum quod erit *F, Bothius*[2. 3] 502. negotii *BDE.* negocii *FZ.* nogecii *J* tutam *E* sobito *D* 503. *Cf. Osbernus* haut *E* nequę *J* distedeat *BDE.* distendeat *J* *Miro modo hunc v. vexabant cum Acidalius (*Edepol haud quod me domi neque quod tis taedeat*) tum alii* 504. Set *E* ne adest apud *Bothius*[2] ad est *E* 505. facto est *libri utroque loco* facto est ⟨opus est⟩ *J* 506. scitus est *BDE*

Óbseruatote cúm, quam blande múlieri palpábitur.

ALCVMENA

Écastor te expérior quanti fácias uxorém tuam.

IVPPITER

Sátin habes, si féminarum núllast quam aeque díligam?

MERCVRIVS

Édepol ne illa si ístis rebus té sciat operám dare,
Égo faxim ted Ámphitruonem mális esse quám Iouem.

ALCVMENA

Éxperiri istúc mauellem mé quam mi memorárier.
Príus abis quam léctus ubi cubuísti concaluít locus.
Héri uenisti média nocte, núnc abis. hocín placet?

---

507. *Servius Aen. XI, 725:* Vult . . dicere, non leuiter Iuppite[illegible] intuebatur ipsa certamina, *ubi Danielis scholion hoc sequitur:* inde [illegible] adiecit 'obseruans oculis' id est intente aspiciens. Plautus: 'ob[illegible] seruato ... mulieri' *Donatus in Ter. Adelph. prol.* [illegible] Obseruari] ... obseruari ergo et honorari et captari et audiri signi[illegible] ficat, ut Plautus: 'obseruatote ut blande palpetur mulieri[illegible]

513. *Priscianus VI 73 (G. L. II p. 257, 4):* excipitur 'hic lectus[illegible] ἡ κλίνη, 'huius lecti', quod tamen etiam 'huius lectus' antiquissi[illegible] protulerunt ... Plautus in Amphitrione: 'quam ... locus'

(scitus *ex* scitur) *J* scitus est hic *F* sicophanta *BDE.* sic ophan[illegible] *J* quiquidem *J* sit meus *EJFZ.* meus sit *BD, Camerarius* 507. Obseruatote eum *Bothius.* Obseruatote *BDEJFZ, Donatus.* Obs[illegible] uato *Servius.* Obseruatote huic *Beckerus Studemundi Stud. vol. 1 p. 2*[illegible] Obseruate blanditer *Guyetus* Obseruatote ecqui blande *Spengelius Pla*[illegible] *p. 22* blande ///, *fort.* re *er. E* ut blande *Donatus* suppalpatur muli[illegible] *Fleckeisenus ep. crit. p. 18 ex Servio.* palpetur mulieri *Donatus.* muli[illegible] palpabitur *libri: quod defendi posse dicit Beckerus l. s. s.* 508. te co[illegible] perior *FZ.* re experior *Dousa Post h. v. collocat v. 510 sq. Brix*[illegible] *Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 761: eosdem Guyetus tollit* 509. [illegible] tin, n *ex* m *E* feminarium *E* nulla est *libri* eque *J.* ec[illegible] *E De 510 sq. cf. 508* 510. ne illa fustis rebus *E.* ni [illegible] furtis *JF.* ni illa furtiuis rebus *Z, unde varii editorum errores* [illegible] Iuno si istis rebus *Reinhardtus de fab. retr. thes. II* 511. paxim *Meur-sius* ted Amphitruonem *Fleckeisenus, Ritschelius Nov. exc. p. 35.* te amphitrionem (amphytrionem *EJ) libri* malis esse *Bothius*[1]. esse malis *libri* Amphitruonem ne esse malis *Acidalius.* Amphitruonem multo (*vel* nimio) malis *Muellerus p. 543, illud cum Umpfenbachio Mel. Plaut. p. 20* 512. mihi (michi *E) libri* memorari mihi *Fleckeisenus* 513. lectus *def. Brugmanus Comment. in hon. Buecheleri ed. p. 94 sq., Ussingius.* lecti *Palatini nonnulli, Scaliger* ubi cubuisti lectus *Bothius, Lindemannus de metro iure dubitantes* concal-uerit *F* loc[illegible] *B* 514. Here *Angelius* Media nocte heri

MERCVRIVS

Accedam atque hanc áppellabo et súpparasitabór patri.
Núnquam edepol quemquám mortalem crédo ego uxorém suam
Sic ecflictim amáre, proinde ut híc te ecflictim déperit.

IVPPITER

Cárnufex, non égo te noui? abin hínc e conspectú meo?
Quíd tibi hanc curátiost rem, uérbero, aut muttítio?
Quoíi ego hoc iam scípione . . .

ALCVMENA

Ah nóli.

IVPPITER

Muttító modo.

MERCVRIVS

Néquiter paene éxpediuit príma parasitátio.

IVPPITER

Vérum quod tu dícis, mea uxor, nón te mi irascí decet.
Cláculum omnes ábii a legione: óperam hanc subrupuí tibi,

517. *Osbernus p. 202:* Efflictim, cruciabiliter. Plautus: 'hic . . . deperit' *Hinc* efflictim *gloss. Pl.: cf. Ritschelius Op. II p. 272* 519. *Osbernus p. 611:* Verbero . . . Plautus: 'Verbero aut muttito' *Cf. idem p. 125*

(Qui *cum Lambino:* est *F)* Qui igitur? Sos. Peste, insania. *coll. Servio Schoellius* 720. sana *ex* sanu *D* quęso *EJ.* queso *B* 721. magnum malum *FZ* suum officium *BDEJZ.* officium suum *F* 722. istu come nominator *(ras. s.* ator*) D.* istuc ame *(ex* istucame *B.* Obistucame *ex* Obis tucame *E)* nominator *BEJFZ (*a me *FZ): corr. Scutarius* concedet *BDE* 723. Enim uero *J* pregnati oportet *B (ex* pregnatio portet*) E* (pregnati, oportet *alt.* o *ex* e*).* pregnanti oportet (pregnãti// portet *D) DJ* mulieri malum *Lindemannus.* et malum et malum *(alt.* et malum del. D^2*) BDE.* et malum *JF.* malum *Z Verba tradita def. Ussingius, pro quibus* ad malum malum *Bothius,* malum, non malum *Guyetus* 725. Tun *F, Fleckeisenus* siuis *EJ.* sis me *Lambinus* decies *libri* dicier *Fleckeisenus, Lachmannus:* dicere *(ex* decero *in litura D) libri.* dixero *Pareus*[3] 726. Insomnis *J* fortassis *Fleckeisenus:* fortasse *libri. del. Guyetus* Immo uigilans *A. Spengelius Plautus p. 23:* Immo uigilans uigilantem *libri.* Vigilans, inquam *Muellerus p. 641* Vae *(*Ve *DJ.* Vę *E)* misero mihi *(*m *EJ) libri.* Vae mihi *cetera servantes Pylades, Ussingius.* Ei mihi *Fleckeisenus, ut alios mittamus* 727. tibi est *libri* delerat *F*

AMPHITRVO

Delírat uxor.

SOSIA

Átra bili pércitast:
Núlla res tam délirantis hómines concinnát cito.

AMPHITRVO

Vbi primum tibí sensisti, múlier, inplicíscier?

ALCVMENA

Équidem ecastor sána et salua súm.

AMPHITRVO

Quor igitur praédicas
Té heri me uidísse, qui hac noctu ín portum aduectí sumus
Íbi cenaui atque íbi quieui in náui noctem pérpetem
Néque pedem meum huc íntuli etiam in aédis, ut cum exércit
Hínc profectus sum ád Teleboas hóstis eosque ut uícimus.

ALCVMENA

Ímmo mecum cénauisti et mécum cubuistí.

AMPHITRVO

Quid est?

ALCVMENA

Véra dico.

AMPHITRVO

Nón quidem hercle de hác re: de aliis néscio.

729. *Cf. glossae quas attulit Loewius Prodr. p. 258*

Atrabili *E* percita est *libri cum Nonio* 728. delirantis *ex* deliransis *D.* delirantis *m.*^{2} *ex* declarantis *J* hominis *D.* ihomines *B* concinat *E.* concinnant *J* 729. Vbi tu *Fleckeisenus* tibi *om. EZ: add. Hermolaus* impliciscier *(*cie *in litura D.* implicier *J) libri* 730. *Sosiae notam praem. E* quor *libri* predicas *DJ* 731. me heri *Camerarius* inportum *EJ* aduenisti *E* 732. caenaui *J* innaui *EJ* *V. 733 sq. del. Guyetus* 733. pedem meum huc *Bothius:* meum pedem huc *libri.* meum huc pedem *Mueller p. 398* intituli *J.* tetuli *Scaliger* inedis *E.* inaedes *J* 734. ad teloboas *DJ (*ad *ex* at*).* adteloboas *BE* hostes *J* ut uolumus uicimus *F* 735. cenauisti, e *ex* a *E.* cenauisti *J.* cenasti *F* Quid est *Aldus:* Quid id est *(*idē *E) libri.* Quid? hem *Acidalius* *Post h. v. ponunt Pius, Pylades, Meursius versum Nonii p. 451 (fragm. VIII)* scelesta *scribentes* 736. quidem hercle de hac re *Camerarius:* de hac quidem hercle re *libri (*rede *E): quod tutatur Fleckeisenus ep. crit. p. 19.* de hac re quidem hercle *Ussingius.* de hac quidem

ALCVMENA

Prímulo dilúculo abiisti ád legiones.

AMPHITRVO

Quó modo?

SOSIA

Récte dicit, út conmeminit: sómnium narrát tibi.
Séd, mulier, postquam éxperrecta's, té prodigiálí Ioui
Aút mola salsa hódie aut ture cónprecatam opórtuit.

ALCVMENA

Vaé capiti tuó.

SOSIA

Tua istuc réfert, si curáueris.

ALCVMENA

Íterum iam hic in me ínclementer dícit, atque id síne malo.

AMPHITRVO

Tácе tu. tu dic: égone abs te abii hinc hódie cum dilúculo?

ALCVMENA

Quís igitur nisi uós narrauit mi ílli ut fuerit praélium?

AMPHITRVO

Án iam id tu scis?

ALCVMENA

Quíppe qui ex te audíui, ut urbem máxumam
Expugnauissés regemque Ptérelam tute occíderis.

---

739 sq. *Nonius p. 44, 18:* prodigia dicta sunt porro adigenda. Plautus Amphitryone: 'sed mulier . . . oportuit'

---

hercle re: nam *Muellerus p. 318* 737. abiisti *F, Pylades:* abisti *BDEJZ* adlegiones *J* leginnes *vel* legumes *E* Quomodo *BDJ* 738. commeminit B^2 *in marg. et* B^1 *corr., F:* comminit B^1 *ante corr. DEJZ.* conniuit *Palmerius.* conniuet *Pontanus* 739. post quam *E* experrecta es te *ex Nonio Lindemannus:* experrecta es *libri (és D)* prodigiali te *Lachmannus* 740. mola salsa *ex* mosassa *D* hodie hodie *(prius deletum) D* thure *J* comprecatam *J, Nonius.* conpraecatam *BD* opo[*J* 741. *Vers. del. Guyetus* Ve *BDEJ* tuo istuc erit nisi *Palmerius* Tua *m.*^{2} *ex* Tu *J* 742. inme *EJ* si ne *E* 743. tu *alt. om. D* Ego ne *J* abste *BJ* abiih_in^hodie *B.* abii hin hodie *E* hodie] primo *Muellerus p. 373 de codicibus errans* 744. mihi *BDJ.* michi *E* illi ut *ex* illiut *ut vid. D.* illĭd ut *J.* illic ut *Z.* illud ut *F* fueruit *J* proelium *D.* prelium *J* 745. An iam id tu scis *Lindemannus:* An etiam (etiam *om. J)* id *(ex* ul *D)* tu scis *libri.* An etiam id scis *Guyetus.* Eho an etiam id scis *Muellerus p. 436.* An et id tu scis *Pylades* Quippe qui *BDEZ recte.* Quippe quae *J* (quę *J*) *F, Pylades.* Quippe *Fleckeisenus* exte *EJ* maximam *libri*

AMPHITRVO

Égone istuc dixí?

ALCVMENA

Tute istic, étiam adstante hoc Sósia.

AMPHITRVO

Aúdiuistin tú me narrare hódie haec?

SOSIA

Vbi ego audíuerim?

AMPHITRVO

Hánc roga.

SOSIA

Me quídem praesente númquam factumst quód sciam.

ALCVMENA

Mírum quin te aduórsus dicat.

AMPHITRVO

Sósia, age me huc áspice.

SOSIA

Spécto.

AMPHITRVO

Vera uólo loqui te, nólo adsentarí mihi.
Aúdiuistin tu hódie me illi dícere ea quae illa aútumat?

SOSIA

Quaéso edepol, num tú quoque etiam insánis, quom id me intérrogas,
Qui ípsus equidem núnc primum istanc técum conspició simul?

AMPHITRVO

Quíd nunc, mulier? aúdin illum?

ALCVMENA

Ego uéro, ac falsum dícere.

---

747. Ego ne *EJ* istud *D.* istic *F* tu te *E* istuc ***Meursius*** 748. Audistin *Z, Bentleius* narrare, *alt.* a *ex* e *E* hodie haec ***Fleckeisenus:*** haec *(*hec *DF)* hodie *BDF.* hoc hodie *EJZ* 749. SO. *praem. Bothius* presente *DJ.* p̄sentē *E* factum est *J.* Factus est *BE.* Factūs est *D* 750. quinte *BDJ* aduersus *libri* age me huc *m.*[2] *ex* me huc age *J* 751. *Sos. pers. om. E* amphitrio uera *(*amphitrio *del. et* AMPHI *s. v.) D* loqui *(*o *s. v.) D* michi *E* 752. Audistin *Z: corr. Pylades* me *ex* michi *E* me hodie ***Kellerhoffius p. 57*** illi *om. EZ: add. Hermolaus* ea *om. F* quę *EJ.* que *D* 753. Quęso *EJ* q̃m *J.* quum *Z.* quoniam *F* 754. ipsos *E.* ipsŏs *D.* ipsŏs *B.* ipsius *JZ: corr. Hermolaus* istanc *ex* ista ne *B* conspitio *BE* 755. 756. Quid *(sic F)* nunc *(vel* Qui nunc*)* ***Acidalius:*** Qui nunc *BDE, Fleckeisenus ep. crit. p. 19: at cf. Seyffer-*

AMPHITRVO
Néque tu illi neque míhi uiro ipsi crédis?

ALCVMENA
Eo fit, quía mihi
Plúrumum credo ét scio istaec fácta proinde ut próloquor.

AMPHITRVO
Tún me heri aduenísse dicis?

ALCVMENA
Tún te abisse hodie hínc negas?

AMPHITRVO
Négo enimuero et me áduenire núnc primum aio ad té domum.

ALCVMENA
Óbsecro, etiamne hóc negabis, te aúream paterám mihi
Dédisse dono hodié, qua te illi dónatum esse díxeras?

AMPHITRVO
Néque edepol dedí neque dixi: uérum ita animatús fui
Ítaque nunc sum, ut eá te patera dónem. sed quis istúc tibi
Díxit?

ALCVMENA
Equidem ego éx te audiui et éx tua accepí manu
Páteram.

AMPHITRVO
Mane, mane, óbsecro te. nímis demiror, Sósia,
Quí illaec illic mé donatum esse aúrea paterá sciat,

---

tus Stud. Pl. p. 18. Quin nunc *JZ* *Verba* Alc. Ego . . . credis *add. B² in marg.: om. B¹DEJFZ* dicere *(*re *abscissa charta evanuit) B²* michi *B²* quia michi *E.* qui mihi *J* 757. Plurimum *(*Plurimum et *D) libri* istaec *Lambinus:* ista *(ras. s.* a *D)* hec *(*et *D* [e *s.* t] *EJFZ) libri.* ista *Pylades* pro inde *J* proloquar *D* 758. Alcm. *ex* Amph. *post* dicis *D* Tunte *B.* Tun me *J* abiisse *Pylades* hodie *om. Z: add. Hermolaus* 759. Ego *Z: corr. Saracenus* enim uero *BEJ* etme *E* aduenire *ex* aduenere *BD.* aduenere *E* adte *J.* ate *E* 760. etiam ne *BEJ* michi *E* 761. hodie dono *D* Te dedisse hodie *Ritschelius Proleg. p. 126.* Dono hodie dedisse *Guyetus (omisso* illi*)* illic *(*c *s.* t.*) D.* illic *JFZ* 763. Itaque *J* ut eate *B.* utate *(*e *s.* a*) D* set *E* 764. Equidem ego *Fleckeisenus:* Ego equidem *BEJFZ* et ut *vid. D. cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 19.* Ego quidem *Pareus* exte *EJ* extua *EJ* 765. obsero *J* demimor *E.* demrnor *(*r prior *ex* m*) B.* dimiror *ex* demireor *ras. D.* demiror *ex* deminor m. 2 *J* 766. illa ec *E.* illęc *J* illi *E* patera *ex* patero *J* sciat *E.* sciat *in ras. B, ubi m. 1 in marg.* sciat *repetivit.* sciat *ex* sicat *D*

Nísi tu dudum hanc cónuenisti et nárrauisti haec ómnia.

SOSIA

Néque edepol ego díxi neque istam uídi nisi tecúm simul.

AMPHITRVO

Quíd hoc sit hominis?

ALCVMENA

Vín proferri páteram?

AMPHITRVO

Proferrí uolo.

ALCVMENA

Fíat. heus tu, Théssala, intus páteram profertó foras,
Qua hódie meus uir mé donauit.

AMPHITRVO

Sécede huc tu, Sósia.
Énimuero illud praéter alia míra miror máxume,
Si haéc habet illam.

SOSIA

An étiam credis íd, quae in hac cistéllula
Tuó signo obsignáta fertur?

AMPHITRVO

Sáluom signumst?

SOSIA

Ínspice.

770. *Charisius* (*G. L. I p.* 201. 5 : intus Plautus in Menaechmis . . . idem in Bacchidibus . . . in Amphitryone non minus

767 narrasti *F* hęc *EJ* 768. ego edepol *F* nisitecuum si s. c. *D* 769. *Cf. c.* 574 hoc est *Fleckeisenus* sit, it *m.*[3] *corr. uel. planiores factae E* hominis *B.* ominis *Acidalius* hoc sit homini *Ussingius* paterram *J* 770. heus tu *Acidalius*: tu *libri.* i tu *idem.* at tu *Bothius*[2]. tute *Lambinus* thessala *ex* thessala *B.* tessala *J* proferto *ex* profecto *BD.* profecto *EJ* foras *ex* faras *D* 771. Quia *J* me donauit *Bothius*: donauit me *libri* tu *m. D* 772. Enim uero *EJ* preter *E* maxime *libri* 773. hęc *J* illam *Brixius Nov. ann. t.* 101 (a. 1870) *p.* 762: pateram illam *libri* anetiam *J* etiam *del. Ussingius* id q. *m.*[3] *e corr. E* inhac *EJ* id credis quae hac in cistula *Guyetus* (id credis cum *Camerarius*). id credis quae in cistellula *uel* quae hac cistellula) *Bothius* quae in cistellula *Lorenzius p.* 5 774. Tuo *ex* Tua *D* fertur *EZ* Saluum *libri* signum est *libri*

AMPHITRVO

Récte: itast ut óbsignaui.

SOSIA

Quaéso, quin tu istánc iubes
Pró cerrita círcumferri?

AMPHITRVO

Id édepol qui factóst opus:
Nam haéc quidem edepol láruarum plénast.

ALCVMENA

Quid uerbís opust?
Ém tibi pateram: éccam.

AMPHITRVO

Cedo mi.

ALCVMENA

Age áspice huc sis núnciam
Tú, qui quae facta ínfitiare, quem égo iam hic conuincám palam.
Éstne haec patera, quá donatu's ílli?

AMPHITRVO

Summe Iúppiter,
Quíd ego uideo? haec eást profecto pátera. perii, Sósia.

SOSIA

Aút pol haec praestrígiatrix múlto mulier máxumast

---

775. 776. *Nonius p. 261, 33:* [circumferre] lustrare. Plautus in Amphitryone: 'iube istam pro cerritam circumferri'

---

775. Rectæ *B* ita est *libri* Quęso *EJ* quintu *J* *Cf. Nonii testimonium* 776. Procerrita *E* pro cerritam *F, Nonius* circum ferri *J* Id *(vel* Ita*)* edepol *Muellerus p. 641:* Edepol *libri* quin *J, Pius.* quid *F* facto est *libri* 777. edepollarum arum *E.* edepollarum *(s. v.* aliter ararum*)* harum *J.* edepol laruiarum *Bentleius* plena sunt *EJFZ* *Alcum. pers. add. Saracenus: om. libri* opust, t *m.*^{2} *in ras. 3—4 litt. E.* opus est *JF'* 778. Hem *JF'Z* En pateram tibi *Fleckeisenus* Amph. Cedo *Angelius:* Alc. Cedo *BD.* Alc. Credo *EJF* (crede*) Z* mihi *BDJ.* m̄i *E* *Pers. ante* Age *add. Angelius: om. libri* inspice *J* nunc iam *J.* nuntiam *BE* 779. quiquae *B.* quique *EJ* inficiare *J* hic *om. JF* conuinciam *J* 780. Est ne *BEJ* hęc *E.* heac *J* patera *J* donatus *libri* illī *D.* illic *JFZ* iuppiter *ex* ippiter *D* 781.]uideo *J* haec (hęc *E.* hec *J)* ea est (aea est *B) libri, nisi quod* haec est ea *Z (corr. Pylades).* haec est Pareus^{3}. haec ea *(*profectost*) Bothius* 782.]haec *J* hęc *E* praestigiatrix *BDFZ.* prestigiatrix *EJ* mulier multo *DJFZ: idem ex*

Aút pateram hic inésse oportet.

AMPHITRVO

Ágedum, exolue cístulam.

SOSIA

Quíd ego istam exoluam? óbsignatast récte. res gestást bene:
Tu álium peperisti Ámphitruonem, ego álium peperi Sósiam:
Núnc si patera páteram peperit, ómnes congeminámuimus.

AMPHITRVO

Cértumst aperire átque inspicere.

SOSIA

Víde sis signi quíd siet,
Né posterius in me culpam cónferas.

AMPHITRVO

Aperí modo.
Nam haéc quidem nos délirantis fácere dictis póstulat.

ALCVMENA

Vnde haec igitur ést nisi abs te, quaé mihi donó datast?

AMPHITRVO

Ópus mist istuc éxquisito.

SOSIA

Iúppiter, pro Iúppiter.

---

multo mulier *E* maxima est *libri* 783.]pateram *J* hic pateram *Fleckeisenus* inessę *E* Agedū m ēā *D.* Age dum eam *J.* age dum ea *E* exolue *Muellerus 'Nachtr.' p. 60:* eam solue *libri.* hanc solue *Guyetus.* solue *Pareus*^{3}. solue eam *Lomanus p. 8* 784.]ego *J* exsoluam *libri* obsignata est *J* rectae *D* gesta est *libri* 785.]peperisti *J* alium peperisti *Fleckeisenus:* peperisti *libri* amphitrionem *BD.* amphytrionem *EJ.* alium Amphitruonem *Ussingius.* Amphitruonem alium *Guyetus* ego alii *E* 786. patera pateram *D (cf. Kiesslingius Mus. Rh. t. 24 (a. 1869) p. 412 et Kellerhoffius p. 59):* pateram patera (patera *m.*^{3} *s. v. J) reliqui* omnis *libri praeter FZ* 787. Certum est *libri* atquę *J* Vides si signi *BEJ.* uides sis igni *D* sit *D* *Cf. Beckerus Studemundi Stud. t. 1 p. 186* 788. *Alc. pers. praem. D, erasit B* Nec *E* inme *BEJ* culpam in me *F* transferas *Z* 789. hęc *E.* heacc *J* de lirantis *J* 790. hęc *EJ* abste *BJ* quę *EJ* michi *EJ.* tibi *Lachmannus* data est *libri* mihist dono data *Fleckeisenus.* datast dono mihi *Guyetus* 791. Opus mihi (modo mihi *F.* michi *J)* est *BDJFZ.* Opustibi est *ut vid. E.* Opus est mi *Pylades* proiuppiter *E.* iuppiter *JF*

AMPHITRVO

Quíd tibist?

SOSIA

Hic pátera nulla in cístulast.

AMPHITRVO

Quid ego aúdio?

SOSIA

Íd quod est.

AMPHITRVO

At cúm cruciatu iám, nisi apparét, tuo.

ALCVMENA

Haéc quidem apparét.

AMPHITRVO

Quis igitur tíbi dedit?

ALCVMENA

Qui mé rogat.

SOSIA

Mé captas, quia túte ab naui clánculum huc aliá uia
Praécucurristi átque hinc pateram túte exemisti átque eam
Huíc dedisti, póste rursus óbsignasti clánculum.

AMPHITRVO

Eí mihi, iam tú quoque huius ádiuuas insániam?
Aín heri nos áduenisse huc?

ALCVMENA

Áio, aduenienque ílico
Mé salutauísti et ego te et aúsculum tetulí tibi.

---

792. tibi est *libri* incistulast *E.* incistula *(*in cistula *D)* est *DJ* 793.]quod *J* est *Brixius Nov. ann. t. 101 (a. 1870) p. 762:* uerust *BDEZ.* uerum est *JF.* uerum *Bothius.* est uerum *Muellerus p. 290* At cum *(*actum *FZ: corr. Pius.* At tum *BE.* At cum *ex* At tum *D)* cruciatu iam *(*crutiatu *BD.* iam *ex* sam *D, ex* lam *B.* cruciatulam *J.* cruci attulam *E) libri.* At cruciatu iam *Fleckeisenus.* At cum cruciatu ni *Camerarius* 794. Hęc *E* Qui *ex* Quis *ras. B* rogat *ex* ragat *D V. 795. 796 inversi in E, sed signis recte positi* 795. Captas me *Bothius* tu te *E* abnaui *EJ* 796. Precucurristi *BE.* Prę cucurristi *J.* Praecurristi *Gruterus cum aliis* tu te *E* exemisti *(*e *2 s. v.) D* ///atque *J* 797. poste *LG:* posthac *(*post hac *BEJ) libri: quod recte in suspicionem vocat Muellerus p. 543.* postea *Langenus p. 260* rursus *Camerarius:* rursum *libri* obsignauisti *Fleckeisenus, Ritschelius Opusc. t. II p. 295: at cf. Nov. exc. p. 44* 798. iam tu *(*s *post* u *eras.) B.* etiam tu *Fleckeisenus* 799. herinos *E* nos uenisse *Z: corr. Angelius* illico *BDE* 800. osculum *(*obsculum *J) libri* te tuli *BJ.*

SOSIA

Iám illuc non placét principium de aúsculo.

AMPHITRVO

Perge éxequi.

ALCVMENA

Láuisti.

AMPHITRVO

Quid, póstquam laui?

ALCVMENA

Accúbuisti.

SOSIA

Euge euge óptume:
Núnc exquire.

AMPHITRVO

Ne ínterpella. pérge porro dícere.

ALCVMENA

Céna adpositast: cénauisti mécum: ego accubuí simul.

AMPHITRVO

Ín eodemne lécto?

ALCVMENA

In eodem.

SOSIA

Ei, nón placet conuíuium.

AMPHITRVO

Síne modo arguménta dicat. quíd, postquam cenáuimus?

ALCVMENA

Té dormitare aíbas: mensa ablátast: cubitum hinc ábiimus.

---

tutuli *E.* detuli *F'* 801. *Sos. pers. praem. Bothius, Amphitruonis libri* illuc *ut vid. E.* illud *F'Z* principium *om. Z: add. Hermolaus* deosculo (de *in litura*) *B.* de osculo *DE.* de obsculo *J* **Amph.** Perge *Bothius:* pergam *libri* (a *m. 2 in ras. J*). perge *Muretus V. l. X 13* exsequi *BD* Alc. Pergam exequi. *Angelius.* Alc. Pergam exequi? *Gertzius* 802. post quam *E* accubuisti *m. 2 ex* accubisti *J.* Tum *vel* Ibi accubuisti *Muellerus p. 642* Euge euge *Muellerus eodem loco:* Euge *libri* optime *BDE* 803. Neinter pella *B.* ne inter pella *E* 804. Cęna *J* adposita est *BE.* apposita est *DJ* concenasti *Bothius e cod. Monacensi, quod recicit Fleckeisenus ep. crit. p. 19* acubui *J* 805. In eodemne *Fleckeisenus, Lachmannus:* In eodem (Ineodem *E*) *libri* Ineodem *EJ* eodem lecto. Alc. haud placet *Guyetus* 806. argumentum *J* dicat *ex* dicit *B.* dicit *D* post quam (quam *s. v. D*) *DE* cęnauimus *J* 807. dormitasse *E* aibas *Guyetus:* aiebas *JF'Z.* aiebas *ex* alebas *D.* alaebas *E.* aiebas *ex* aiabas *B* ablata est *libri* abiimus *Camerarius:* abimus *libri*

AMPHITRVO

Vbi tu cubuisti?

ALCVMENA

Ín eodem lecto úna tecum in cúbiculo.

AMPHITRVO

Pérdidisti.

SOSIA

Quíd tibist?

AMPHITRVO

Haec mé modo ad mortém dedit.

ALCVMENA

Quíd iam, amabo?

AMPHITRVO

Né me appella.

SOSIA

Quíd tibist?

AMPHITRVO

Perií miser,

Quía pudicitiae húius uitium me hínc absentest ádditum.

ALCVMENA

Óbsecro ecastór, quor istuc, mí uir, nunc ex te aúdio?

AMPHITRVO

Vír ego tuos sim? né me appella, fálsa, falso nómine.

SOSIA

Haéret haec res, sí quidem etiam múlier factast éx uiro.

---

808. ineodem *(o s. v.) EJ* lecto una tecum *Lindemannus:* lecto tecum una *libri (*lecto *om. E).* tecum una lecto *Fleckeisenus.* tecum lectod uno *Bothius*[1]. lecto tecum uno *Acidalius* incubiculo *EJ*

809. tibi est *libri* Hęc *E* admortem *EJ* 810. Qui iam *Lambinus.* Quid ita *Acidalius.* Quinam *Pareus*[3] ambo *E.* amabo *ex* ambo *J* Neme *J* tibi est *libri* 811. pudicitię *E.* pudiciciae *D.* pudititiae *B.* pudicitiae *(*ti *s. v.) J* hinc *Bothius e cod. Guelferb.:* hic *libri* hic med *Bombe de abl. abs. p. 23* uicium *EJ* absente est *libri* 812. cur *libri* me *E* nunc ex te *Kellerhoffius p. 63;* ex te *(*exte *J) libri.* ex te ego *Muellerus p. 737 (cf.* '*Nachtr.*' *p. 117).* ego ex te *Pylades.* ex ted *Camerarius, Ritschelius Nov. exc. p. 35* ex te indaudio *Umpfenbachius Mel. Pl. p. 11* 813. tuus *libri* sim *ex* sum *D.* sum *JF* ne *ex* m *E* falsa, falso *D corr., Angelius:* falso falso *BDE, Camerarius.* falsum *J.* falso *FZ* momine *B* 814. Hęret *ex* Hęcet *B.* Heret *DEJ* hęc *E.* hec *J* siquidem *EJ* etiam *Luchsius Hermae vol. 8 (a. 1873) p. 115:* haec iam *(*hęc *E.* iam *s. v. D) libri Fortasse* haec *delendum et* factust *scribendum esse putat Ussingius* facta est *libri* exuiro *J* hic iam mulier factust ex uiro *Pylades, Ferrari Elect. II 27*

ALCVMENA

Quíd ego feci, quá istaec propter dícta dicantúr mihi?

AMPHITRVO

Túte edictas fácta tua: ex me quaéris, quid delíqueris?

ALCVMENA

Quíd ego tibi delíqui, si quoi núpta sum tecúm fui?

AMPHITRVO

Tún mecum fuerís? quid illac ínpudente audáciust?
Sáltem, tuipte sí pudoris égeas, sumas mútuom.

ALCVMENA

Ístuc facinus, quód tu insimulas, nóstro generi nón decet.
Tú si me inpudícitiai cáptas, capere nón potes.

AMPHITRVO

Pró di inmortalés: cognoscin tú me saltem, Sósia?

SOSIA

Própemodum.

AMPHITRVO

Cenáuin ego heri in náui in portu Pérsico?

ALCVMENA

Míhi quoque adsunt téstes, qui illud quód ego dicam adséntiant.

816. *Osbernus p. 158:* edicto, unde Plautus Amphitrione: 'tute ... tua' 823. *Cf. v. 404*

815. quam *D.* quia *J* istaęc *E* . michi *E* 816. Tu te *J* edictas tua facta *vel* tua edictas facta *Muellerus 'Nachtr.' p. 41* ex me *(*me *s. v.) D.* exme *EJ* queris *E.* queris *BDJ* deliqueris *ex* deloqueris *D* *Interr. signum tollit Acidalius* 817. deliqui *ex* delique *(sequitur ras. 5 litt.) B* cui *libri* 818. Tune *BD.* Tume *E.* Tu ne *ex* Tume *ras. J* impudente *EJ* audaciust *Fleckeisenus:* audacius *(*audatius *BDE) libri* 819. tuipte *Fleckeisenus:* tute *(*tu te *E) libri* egeas *m. 3 ex* egens *J* *An* saltem sumas? mutuum *libri* 821. si *(*i *s. v.) B* inpudicitiai *Gruterus:* inpudicitię *BEJ.* inpudicicię *D.* impudicitiae *FZ* capere non potes *Muretus V. l. X 13, ubi* at capere *Acidalius:* non potes *(*potest *B)* capere *libri* *Ceterum totum v. suspectat Ussingius* 822. Pro *del. Lomanus p. 12* cognoscisne *scribens* Prodi *E.* Pro dii *J* inmortalis *BE.* inmortales *ex* inmortalis *D.* in mortales *J* connoscin *E.* cognostin *F* tume *E* saltim *D* sosia saltem *EJFZ: corr. Angelius* 823. Propemodum *BEJ* Caenaui n ego *J.* cenaui ego *EZ (*coenaui*): corr. Hermolaus* innaui *E* inportu *EJ* 824. *Alcm. pers. praem. F, Pius Sosiae BDEJZ* Michi *EJ* ego *s. v. J* assentiant *J* *Post h. v. intulit Pius e cod. 'reverendae fidei' hos tres versus:* Amph. Qui testes? Alc. Testes. Amph. Quid testicularis? uno sat est ‖ Nec nobis praesente aliquis nisi seruus africanus. In actione ‖ Adest si hunc ab-

SOSIA

Néscio quid istúc negoti dícam, nisi si quíspiamst
Ámphitruo alius, [qui forte te hic absente tamen
Tuam rem curet] té qui absente hic múnus fungatúr tuom.
Nám quom de illo súbditiuo Sósia mirúmst nimis,
Cérte de istoc Ámphitruone iam álterum mirúmst magis.

AMPHITRVO

Néscio quis praestrígiator hánc frustratur múlierem.

ALCVMENA

Pér supremi régis regnum iúro et matrem fámilias
Iúnonem, quam mé uereri et métuerest par máxume,
Vt mi extra unum té mortalis némo corpus córpore
Cóntigit, quo me ínpudicam fáceret.

AMPHITRVO

Vera istaéc uelim.

ALCVMENA

Véra dico, sed nequiquam, quóniam non uis crédere.

AMPHITRVO

Múlier es, audácter iuras.

---

836 sq. *Nonius p. 262, 25:* confidentia constantia. . . Plautus

sentem inuenerit puer. *Quorum medium Afranius in Auctione posuit: cf. Non. 76, 20: expulit hos v. Gruterus: cf. v. 400* 825. *Sos. pers. add. Pius: om. libri* negotii *DE.* negocii *BJ* si *om. Z* quispiam est *libri* (quis piam *J)* 826. 827. *Verba* qui . . . . . curet *inclusit Hermannus teste Lindemanno* 826. Amphytrio *BEJ.* Amphitrio *D* fortasse *Bentleius, Lindemannus* tet hic absende *J.* hinc te absente *F* sic tamen *Camerarius* 827. rem curet *ex* curet rem *J* te qui absente *Hermannus teste Lindemanno.* teque absente *libri.* qui te absente *Bombe de abl. absol. p. 32 V. 828 sq. del. Ussingius* tuum *libri* 828. Nam quom *Muellerus p. 20 probante Brixio Nov. ann. 101 (a. 1870) p. 427:* Namque *libri.* Nam quom *tel* Quamquam *Seyffertus Stud. Pl. p. 19* deillo *J* sub ditiuo *J* mirumst nimis *Guyetus:* mirum nimis (nmis *E)* est *libri.* est mirum nimis *Bothius*[2]. mirum est minus *Muretus V. l. X 13* *V. 829 Amphitruoni dant D, Angelius* Certo *Weisius cum aliis.* Cetero *Acidalius* hoc *Z* amphitrione *BD.* amphytrione *EJ* mirum est *BEJF.* est mirum *D.* nimis est *Z: corr. Valla* 830. *Amph. pers. praem. Bothius: om. libri* praestigiator *libri* 831. suppremi *E.* supremo *corr. in* supremum *D* familias *ex* famalias *E* 832. Iu nouem *J.* Iunonem et *Bothius*[1] me *om. J* ueteri *E* metuere est *libri* maxime *BJ* 833. Vt *ex* Ve *J* mihi *BD.* michi *J.* mi *E* 834. impudicam *libri* uestra, *puncto m. 2 posito J* istec *EJ* 835. Vera *ex* Vena *E* nequicquam *JFZ* 836. Mulieres *E*

ALCVMENA

Quaé non deliquít, decet
Aúdacem esse, cónfidenter pró se et proterué loqui.

AMPHITRVO

Sátis audacter.

ALCVMENA

Vt pudicam décet.

AMPHITRVO

Enim uerbís probas.

ALCVMENA

Nón ego illam míhi esse dotem dúco, quae dos dícitur,
Séd pudicitiam ét pudorem et sédatum cupídinem,
Deúm metum, paréntum amorem et cógnatum concórdiam,
Tíbi morigera atque út munifica sím bonis, prosím probis

SOSIA

Ne ísta edepol, si haec uéra loquitur, éxamussimst óptun

in Amphitryone: 'quae non delinquit decet audacem esse co fidenter consternari significat disci [*haec tria vocabula intrusa su* pro se et proterue loqui' 843. *Nonius p. 9, 3:* examuss dicitur examinate ad regulam uel coagmentum: est enim amus regula fabrorum, quam architecti cum opus probant rubrica illinu Plautus Amphitryone: 'si uera ... optima' *Charisius (G. I p. 198, 24):* examussim Plautus in Amphitryone: 'examussi est optima'; ubi Sisenna 'pro examinato' inquit. amussis autem tabula rubricata, quae dimittitur examinandi operis gratia an rect opus surgat Examussim *hinc excerpsit gloss. Plaut.: cf. Ritsch Opusc. t. II p. 272 Cf. Placidus p. 37, 13 D.*

Qnę *EJ* deliquid *DE.* delinquit *Nonius* · 837. prose *E, qu* libere *esse vult Colerus: cf. Muellerus p. 208* pro se et *m. 2 s. v. J* propterue *D, de qua forma cf. Loewius Acta soc. phil. Lips. t. II p. 4*

Cf. Nonii testimonium 838. decet pudicam *Bothius*[2]. pudic condecet *idem Bothius*[1]. pudicam decuit *Guyetus* Enim uerbis prob *Lachmannus:* In uerbis probas *libri (*inuerbis *J).* Tu uerbis prob *Camerarius.* Tu uerbis proba es *Gruterus.* Ain? tu uerbis proba es *Ta mannus.* Ain? tu uerbis probas *Fleckeisenus.* Tu in uerbis proba *Weisius.* nunc *(vel* Id Id tu*)* uerbis probas *Ussingius.* Id modo uer probas *Pylades.* Vt te uerbis probas *Acidalius* 839. ego eg *E* m esse dotem duco *Schoellius:* mihi (michi *J.* mi *E)* dotem (dot mihi *F, Lindemannus)* duco esse *libri, ubi* esse duco *Bothius* quę dos *E.* quęndos, *puncto m. 2 posito J* 840. pudiciciam *B D* sedatum *ex* se datum *B.* se datum *EJ* 841. et parentum *Fleckeisen*

842. Tibi ut *Ussingius* munificas in bonis *B.* munificas inbo *DE* 843. hęc uera *EJ.* uera haec *Nonius, Lindemannus* exam sim (examussim *E.* examussum *J)* est *libri cum Nonio* optima *li*

AMPHITRVO

Délenitus súm profecto ita, út me qui sim nésciam.

SOSIA

Amphitruo's profécto: caue sis né tu te usu pérduis:
Íta nunc homines ínmutantur, póstquam peregre aduénimus.

AMPHITRVO

Múlier, istam rem ínquisitam cértumst non amíttere.

ALCVMENA

Édepol me lubénte facies.

AMPHITRVO

Quíd ais? respondé mihi:
Quíd, si adduco tuóm cognatum huc ád te a naui Naúcratem,
Quí mecum una uéctust una náui, atque is si dénegat
Fácta, quae tu fácta dicis, quíd tibi aequomst fíeri?
Númquid causam dícis quin te hoc múltem matrimónio?

ALCVMENA

Sí deliqui, núlla causast.

AMPHITRVO

Cónuenit. tu, Sósia,
Dúc hosce intro. ego húc ab naui mécum adducam Naúcratem.

844. *Nonius p. 278, 8:* delenitus est mente alienatus. Plautus in Amphitryone: 'delenitus sum . . . nesciam' 845. *Nonius p. 453, 20:* Usu id est utendo, unde et usurpare dictum est ⟨de eo qui usu⟩ obtinere quicquam poscit. Veteres usu perire, hoc est non utendo, aliquid posse ⟨putarunt⟩ [*sic scripsimus: uncis inclusa libri om. et* possit *pro* poscit *exhibent*]. Plautus Amphitryone: 'est profecto . . . perduis'

cum Nonio 844. Delenitus sum *Nonius:* Delinitus sum *(*elinitus sum *in litura B.* l *m. 1 et prior* i *m. 3 e corr. E) libri.* Deliratus sum *Pareus*[3] sim *ex* sum *J* 845. Amphitrio es *BD.* Amphytrio es *EJ.*]est *Nonius* cauesis *J* sis *s. v. E* tute *BEJ* perdius *E* 846. homines] omnes *Scioppius Susp. l. III 7* immutantur *DEJ.* immutamur *Scioppius, Bentleius* omnes *scribentes* peregre *E* 847. istanc *(sic Fleckeisenus) ex* istam *B* certum est *libri* amittere *E.* amittier *Langiani* 848. libente *libri* michi *J.* in *E* 849. adduxero *Muellerus p. 543* tuum *libri* huc ad te *idem Muellerus eodem loco:* huc *libri* anaui *EJ* naucratem *ex* naucratam *BD.* naucratam *EJZ.* naucraten *Scutarius* 850. Quid *D* uectus *(*c *s. v. B. ex* uictus *D)* est *libri* issi *E* 851. Facta quę *J.* Factaque *E* aequum *(*ęquum *J.* equum *E)* est *libri* 852. Num quid *J* quinte *D* 853. causa est *libri* 854. hosce *Schmidtius de demonstr. pron. form. p. 38:* hos *libri* abnaui *E* adducam *JF,*

SOSIA

Núnc quidem praetér nos nemost: díc mihi uerum sério, 85!
Écquis alius Sósia intust, quí mei similís siet?

ALCVMENA

Ábin hinc a me, dígnus domino séruos?

SOSIA

Abeo, sí iubes.

ALCVMENA

Nímis ecastor fácinus mirumst, quí illi conlubitúm siet
Meó uiro sic me ínsimulare fálso facinus tám malum.
Quícquid est, iam ex Naúcrate id cognáto cognoscám meo. 86(

855. *Nonius p. 33, 29:* serium triste et quasi sine risu .. Plautus Amphitryone: 'nunc quidem ... serio'

Palat. 4 et 5, Guyetus: abducam *BDEZ* naucraten *Z* 855. *Sos pers. om. E* pręter *J.* preter *B* nemo est *libri cum Nonio* michi *EJ: om. Z* utrum *D* 856. Ec quis *EJ* albius *E* intus est *J* meis *(s. v. et* s *er. D)* similis *BDE* 857. Abinç *E* ame *EJ* seruus *libri* 858. fatinus *D* mirum est *libri* illuc *Weidnerus* conlibitum *ex* conlitum *D.* conlitum *BE.* collitum *J* 859. falso *Lindemannus:* falsum *libri, Ussingius* Fatinus *D* 860. Quicquid *ex* Quiquid, q *ex* d *facta D.* Quicquid id *Z* exnaucrate *EJ* id cognato *Guyetus:* cognato id *libri* meo *ex* modo *D*



ACTVS III

IVPPITER

Ego sum ílle Amphitruo, quóii est seruos Sósia,
Idém Mercurius quí fit quando cómmodumst,
In súperiore quí habito cenáculo,
Qui intérdum fio Iúppiter, quandó lubet.
Huc aútem quom extemplo áduentum adporto, ílico
Amphítruo fio et uéstitum inmutó meum.
Nunc húc honoris uóstri uenio grátia,
Ne hanc íncohatam tránsigam comoédiam.
Simul Álcumenae, quám uir insontém probri
Amphítruo accusat, uéni ut auxiliúm feram:
Nam méa sit culpa, quód egomet contráxerim,
Si id Álcumenas ínnocentiae éxpetat.

Act. III sc. 1 IUPPITER *B.*]PPITER *J.* IUPPITER DV *E.* *om. spatio relicto D* 861. E[ ]ille *J* go *cum spat. DE* amphitrio *BD.* amphytrio *EJ* cuiest *B.* cui est *D: cf. Luchsius de genet. p. 29.* cuius est *EF* (quoius) *Z, Brandtius de pron. gen. form. p. 35.* cuius *J* seruus *libri* (seruus est, est *m. 2 s. v. J*) 862. Idē /// *B* qui sit *EJFZ* commodust *B.* comodust *ut vid. E.* commodū est (e *s. v. D*) *DJ* 863. Insuperiore *E* habito *ex* habita *D* caenaculo (cu *m. 2 s. v.*) *J* *Lipsii et Acidalii portenta omissa sunt* *V. 864—866 del. Guyetus* 864. quando *s. v. J*[2] iubet *E* 865. quom E^3, *Valla:* quo *libri praeter* E^3 extemplo (t *s. v.*) *D.* ex templo *E.* exemplo *J* adpto (or *s.* p) *D.* apporto *J* aduentum apparo *Bothius*[1] me extemplo apporto *Lindemannus* extemplo aduento, a portu *Acidalius* Hunc . . . aduentum asporto *Hermannus teste Lindemanno* ilico *ex* ilco *J.* illico *DE* 866. Amphitrio *BD.* Amphytrio *EJ* immuto mecum *J* 867. uŕi *BD.* uestri *EJZ.* nostri *F* gracia *J* 868. inchoatam *E* (o *s. v.*) *J.* incoatam *BD* comędiam *J.* comediam *BDE* *V. 869—875 suspecti sunt* 869. alcumenę *J.* alcumene *E* 870. Amphitrio *DE.* Amphytrio *BJ* uenio ut *Bothius* auxillum *BD* 871. fit *ex* sit *D* ego met *EJ* 872. Alcumenas innocentiae *Lachmannus in Lucr. p. 161, Ritschelius Opusc. t. III p. 133 explosis eis quae Proleg. p. 319 dixerat:* alcumenae (alcumene *E*) innocenti *libri* expectat *E* Si id innocenti inmerito damnosum expetat *Hermannus teste Lindemanno.* Id Alcumenae si innocenti

Nunc Ámphitruonem méd, ut occepí semel,
Iterum ésse adsimulabo átque in horum fámiliam
Hodié frustratiónem iniciam máxumam.
Post ígitur demum fáciam res fiát palam
Atque Álcumenae in témpore auxiliúm feram
Faciámque ut uno fétu et quod grauidást uiro
Et mé quod grauidast páriat sine dolóribus.
Mercúrium iussi mé continuo cónsequi,
Siquíd uellem imperáre. nunc hanc ádloquar.

ALCVMENA. IVPPITER

ALCVMENA

Duráre nequeo in aédibus. ita mé probri,
Stuprí, dedecoris á uiro argutám meo.
Ea quaé sunt facta infécta re esse occlámitat:

---

883. *Nonius p. 456, 10:* stuprum quod cum uiduis committitur hoc solum dici putant: ueteres pro adulterio et uitio ponunt. Plautus Amphitryone: 'stupri . . . meo'

---

huic expetat *Camerarius* 873. amphitrionem *BDE.* amphytrionem *J* med *anonymus Ind. phil. Gotting. t. II (a. 1870) p. 239.* memet *libri.* me ita *Muellerus 'Nachtr.' p. 158* memet Amphitruonem ut *Hermannus teste Lindemanno* 874. Iterum esse adsimulabo *Fleckeisenus:* Esse adsimulabo *libri.* Ego adsimulabo esse *vel* Esse adsimulabo ego *Muellerus p. 495.* Esse hic adsimulabo *Pylades* inhorum *EJ.* in horunc *Bothius* 875. Hodie frustrationem *Fleckeisenus:* Frustrationem hodie *libri (*Frustracionem *J).* Frustrationes hodie *(et* maxumas*) vel* Frustrationem ita hodie *Muellerus p. 494.* Frustrationem hocedie *Ritschelius Nov. exc. p. 93.* Frustrationem hodie hic *Camerarius.* Frustrationem ego hodie *Pylades* initium *BE* maximam *E* 876. faciam, m *ex* t *E* ut res *Fleckeisenus, fortasse vere* 877. alcumaene *B.* alcumenę *J.* alcumene *E* inntempore *E.* intempore *J* 878. Fatiamque *E* fętu *E.* foetu *DJ* grauida est *libri* 879. grauida est *J* 880. iussime *E* sequi *JF* 881. Si quid *DJ* imperare *ras. ex* imperarē *E.* imperarem *Z: corr. Gulielmius* adloquar *ex* adloquor *D.* alloquar *J*

Act. III sc. 2 ALCVMENA · IVPPITER · *BE (alt.* A *ex* E*) J: om. spatio relicto D* 882. *Pers. om. BD* Dumre *B.* urare *c. spat. DE* nequęo *B* inedibus *E.* in edibus *J* ita sic probri *Braune Observat. gramm. p. 12* 883. auiro *EJ* arguta *Nonius* 884. Ea quę *EJ* infecta re esse *Lindemannus.* infectare est *BDE.* infectare *(*infactare *J.* infecta re *Z) JFZ* infecta esse *Saracenus.* infecta is esse *Pylades.* re, infecta esse *Hermannus teste Lindemanno* occlamitat *Gronovius:* at clamitat *B,* adclamitat *E.* acclamitat *ex* atque clamitat *D.* acclamitat *JFZ*

Quae néque sunt facta néque ego in me admisi, árguit
Atque íd me susque déque esse habiturám putat.
Non édepol faciam néque me perpetiár probri
Falso ínsimulatam, quín ego illum aut déseram
Aut fáciat satis mi ille átque adiuret ínsuper
Nolle ésse dicta quae ín me insontem prótulit.

IVPPITER

Faciúndumst mihi illud, fíeri quod illaec póstulat,
Si me íllam amantem ad sése studeam récipere,
Quando égo quod feci fáctum Amphitruoni óbfuit
Atque ílli dudum méus amor negótium
Insónti exhibuit, núnc autem insontí mihi
Illíus ira in hánc et maledicta éxpetent.

ALCVMENA

Sed 'éccum uideo, quí modo me miseram árguit
Stuprí, dedecoris.

IVPPITER

Té uolo, uxor, cónloqui.

886. Susque deque *hinc transiit in gloss. Plaut.: cf. Ritschelius Op. II p. 272*

infecta refert ac clamitat *Camerarius.* infecta restat clamitat *Gulielmius.* infecta esse instat clamitat *Ussingius: an* inf. testat clamitat? *Delet v. Guyetus* 885. Quę *EJ* inme *EJ* 886. Adque *BD* 887. Non *BDF.* Ne *EJZ.* Neque *Weisius cum aliis* fatiam *BE* propri *J* 889. faciat satis *Hermannus teste Lindemanno:* satisfaciat (satisfatiat *B.* satis fatiat *E) libri* mihi (michi *E) libri. om. Hermannus teste Lindemanno* ille *om. Z* at iuret *BD* 890. Nolle *ex* Nolli *D* quę *EJ* in *om. E* 891. Faciundum (Fatiundum *E)* est *libri* michi *E* illęc *J.* illec *E* 892. Sime *E* illam *ex* illum *D* adsese *J.* adse se *E Ceterum v. damnat Langenus p. 48, fortasse recte* 893. factum *Lindemannus:* factum id *libri.* id factum *Camerarius* amphitrioni *BDE.* amphytrioni *J* obfuit *JF?.* offuit *ex* olfuit *D.* offuit *BE* 894. Atquę *J* illi *Pylades:* ille *libri (om. J).* illae *Scaliger* negocium *J* 895. Insoniti exibuit *J* autem sonti *Angelius.* autem haec sonti *Hermannus teste Lindemanno* insoniti *J* michi *EJ* 896. inhanc *(alt.* n *s. v. J) EJ.* in hunc *Scaliger* maledicta, le *s. v. B.* maledicti *E* 897. Sed eccum *Guyetus, Ballas de part. coniunct. p. 31, Luchsius Hermae t. 8 (a. 1873) p. 121:* Et eccum *libri.* Ei, eccum *Muellerus p. 527.* At eccum *Lefebrius* qui modo me miseram *LG:* qui me miseram *libri.* miseram qui med *Bothius.* modo me miseram qui *Hermannus teste Lindemanno.* illum qui me miseram *Camerarius.* qui innocentem me *inter alia Muellerus p. 527 Talis versus placuit Henrico Schenkl l. s. s. p. 694:* Et ecce eum uideo qui me miseram arguit 898. decoris *E* colloqui *J*

Quor te áuortisti, quaéso?

ALCVMENA

Ita ingeniúm meumst:
Inimícos semper ósa sum optuérier.

IVPPITER

Heia aútem inimicos?

ALCVMENA

Síc est, uera praédico:
Nisi étiam hoc falso díci insimulatúrus es.

IVPPITER

Nimis íracunda's.

ALCVMENA

Pótin ut abstineás manum?
Nam cérto si sis sánus aut sapiás satis,
Quam tu ínpudicam esse árbitrere et praédices,
Cum ea tú sermonem néc ioco nec sério
Tibi hábeas, nisi sis stúltior stultíssumo.

IVPPITER

Si díxi, nihilo mágis es neque ego esse árbitror,

900. *Priscianus XI 19 (G. L. II p. 560, 15):* similiter 'o 'noui' 'osus' ex quo 'perosus' et 'exosus' 'notus'. Plautus in Amp trione: 'inimicos ... optuerier' *Nonius p. 148, 8:* osa s pro odi. Plautus in Amphitryone: 'inimicos ... obtuerier' *Osbernus p. 388* 901—903. *Nonius p. 183, 9:* uerecundum est auc et confidens. Plautus Amphitryone: 'sic est ... uerecunda es'

899. Quor te auortisti, quaeso *Umpfenbachius Mel. Plaut. p. probante Ritschelio Nov. exc. p. 39:* Quo te auertisti *libri.* Quor t auortisti? *Fleckeisenus.* Quo te auortisti nunc? *Pylades.* Quona ted auortisti? *Camerarius.* Quor te a me auortisti? *(et* ita natu ingenium meumst*) Muellerus p. 527* Est ita ingenium *Fleckeisenu* Ita enim est ingenium *Lindemannus* meum est *libri* 900. os *J* semper ososam *ex* ososam semper *(altera* o *ut vid.) E.* osa su semper *Z* optueriei *E.* obtuerier *plerique codd. Prisciani, Noni*

901. Eia *JZ.* Eya *F* Si est *E* ṗdico *B.* predico *D* 902. diti *B* insimilaturus *BD.* insimili laturus *E* est *Noni*

903. *Pers. om. EJ* iracunda es *Lambinus:* uerecunda *(uer* cunda *J)* es *libri cum Nonio* Potin ut *Camerarius:* Potin es *BF.* Potine st ut *D.* Potin est ut *JZ.* potui est ut *E* abstinc *J* 904. sanus *in litura D* 905. impudicam *J* prędices *E.* pr dices *D* 906. Cum ea tu *Camerarius:* Cum fatu *(*fatus *F m. 2, libri* ioco *ex* loco *D.* loco *BE* necserio *J* 907. nisi sis *Pylades:* nisi si sis *libri praeter J* stulcior *D.* stulticior *J* stu tissimo *libri* 908. nichilo *EJ* neque esse *Z: corr. Pylad* neque esse ego *F.* neque te esse *Acidalius*

Et id húc reuorti ut púrigarem mé tibi.
Nam númquam quicquam méo animo fuit aégrius
Quam póstquam audiui téd esse iratám mihi.
Quor díxisti? inquiés. ego expediám tibi.
Non édepol quo te esse ínpudicam créderem:
Verúm periclitátus sum animúm tuom,
Quid fáceres et quo pácto id ferre indúceres.
Equidém ioco illa díxeram dudúm tibi,
Ridículi causa. uél hunc rogato Sósiam.

ALCVMENA

Quin húc adducis meúm cognatum Naúcratem,
Testém quem dudum te ádducturum díxeras,
Te huc nón uenisse?

IVPPITER

Síquid dictumst pér iocum,
Non aéquomst id te sério praeuórtier.

ALCVMENA

Ego illúm scio quam dóluerit cordí meo.

914. *Nonius p. 364, 6:* periculum experimentum. . . Plautus in Amphitryone: 'uerum . . . tuum' *Osbernus p. 189:* 'periclitatus . . . tuum'

909. ut purigarem me *Ritschelius Opusc. t. II p. 432:* ut me purgarem *libri.* uti me purgarem *Camerarius.* med ut purgarem *Heineckius teste Holtzio.* ut me de hoc purgarem *Pylades* 910. numquam, qu *ex* q, *E.* nunquam *J* quic quam *E.* quiquam *J* *Post* quic quam *deleta* e *in E* egrius *E.* aegregius *J* 911. audiuit *B* ted *Camerarius, Ritschelius Nov. exc. p. 35:* te *libri* audiui id esse te *cum Parco Muellerus p. 518* te esse obiratam *Umpfenbachius p. 38* michi *EJ* 912. *Alc. pers. praem. D* Cur *libri* didixisti *(prius* di *del.) B* *Ante* ego *suprascr.* IVP *in D* 913. Ne edepol *J* impudicam *J* 914. animum sum *Camerarius* tuum *libri cum Nonio et Osberno* 916. Et quidem *EJFZ* 917. uel hunc *m. 3 ex* uel horag *ut vid. E.* uel hoc *Fleckeisenus, quod ipse reicit Ep. cr. p. 20.* uel *Weisius.* hunc uel *Guyetus.* id hunc *Camerarius.* etiam hunc *Bothius*[3], *qui alio tempore* uel rogato hunc *proposuit* *De* uel *cf. Langenus p. 71* 918. naugratem *E.* Naucraten *Z* 919. dixeras *ex* dixeris *D et ut vid. E.* dixeris *J* 920. Tetunc *J* si quid *D* dictum est *libri* periocum *J* 921. equum est *BDEJ* seriam (am *eras. et* o *sup.* i) *D.* serio *dativum esse* vult *Ussingius, quem contra cf. Langenus p. 80* prę uortier *B.* praeuorti est *E.* pręuortiter *J* 922. illud *FZ:* illum *BDEJ, quod def. Scioppius Susp. l. IV 19 et ed. Fleckeisenus* doluerit, o *e corr. E* *Cf. v. 972*

IVPPITER

Per déxteram tuam te, Álcumena, oro, óbsecro
Da sís mi hanc ueniam, ignósce, irata né sies.

ALCVMENA

Ego ístaec feci uérba uirtute ínrita.
Nunc quándo factis me ínpudicis ábstinei,
Ab ínpudicis dictis auortí uolo.
Valeás, tibi habeas rés tuas, reddás meas.
Iuben mi íre comites?

IVPPITER

Sánan es?

ALCVMENA

Si nón iubes,
Iubeo égomet: comitem míhi pudicitiam aúfero.

IVPPITER

Mane, árbitratu tuó ius iurandúm dabo

923. dexteram *EJFZ.* dextram *BD* 924. Da sis mi hanc *LG:* Da mihi (michi *J.* m̀ *E)* hanc *libri.* Te, da mihi hanc *Bothius*[2. 3] *(de-leto* te *v. 923), Fleckeisenus (servato* te *v. 923).* Hanc mihi da *ide[illegible] Ep. crit. p. 20.* Dato mi hanc *Lindemannus.* Da mihi hance *ide[illegible] Bothius alio tempore.* Da mihi tu hanc *Ussingius.* Da mihi ueniam hanc *Guyetus* 925. istec *EJ* irrita *libri* 926. me inpudicis abstine *Luchsius Acta sem. Erlang. t. II p. 358:* me impudicis (inpudici[illegible] *E)* abstines *libri.* sum inpudicis abstinens (abstinens *cum Bothio*[illegible]) *Fleckeisenus, qui Ep. crit. p. 20* fui inpudicis abstinens *praetuli*[illegible]. me inpudicis abstineo *Acidalius* Ilaec *(scil.* uirtus) quando facta[illegible] s me inpudicis abstinet *Ussingius* *Errat de hoc v. Lindemann*[illegible]s 927. Abinpudicis *E.* Ab impudicis *BDJ* 928. restitua[illegible]s *E* 929. luben mihi (m̀ *E)* ire *BDE.* luben michi ut *J, quo*[illegible]d luben mihi uel ire *olim fuisse suspicatur Goetzius Anal. Pl. p. 9*[illegible], *quam sententiam nunc E refutat.* luben mihi *ex Langianis Scioppi*[illegible]s, *Herma*[illegible]*us teste Lindemanno* Sann[illegible]n es *B.* Sana nes *E.* Sane es *D* Sinon iubes *J.* Sin, ibo ego *Scioppius Susp. l. III 7* 930. lub[illegible]o *LG:* Ibo *libri* ego met *J* michi *EJ* pudiciciam *libri praeter E* aufero *LG:* duxero *libri* Pudicitiam mihi mecum comitem *(vel* mihi comitem mecum*)* duxero *Muellerus p. 276,* Mecum comitem mihi pudicitiam duxero *Scioppius Susp. l. III 7* ibo egomet *eicientes (cf. v. 929): itemque* Pudicitiam egomet duxero comitem mihi *(vel* egomet mecum comitem duxero*) Fleckeisenus Ep. crit. p. 20,* Mecum comitem pudicitiam mihi duxero *Pareus*[3]. Sinito: egomet comitem mihi pudorem duxero (Sinito *ex Langianis) Lindemannus, unde* Sinito: pudicitiam egomet comitem duxero *Hermannus teste Lindemanno, quod edidit Fleckeisenus: cf. Spengelius Plaut. p. 84* 931. iusiurandum *BDE*

Me meám pudicam esse úxorem arbitrárier.
Id égo si fallo, túm te, summe Iúppiter,
Quaeso Ámphitruoni ut sémper iratús sies.

ALCVMENA

A, própitius sit pótius.

IVPPITER

Confidó fore:
Nam iús iurandum uérum te aduorsúm dedi.
Iam núnc irata nón es?

ALCVMENA

Non sum.

IVPPITER

Béne facis.
Nam in hóminum aetate múlta eueniunt húius modi:
Capiúnt uoluptates, cápiunt rursum míserias:
Irae interueniunt, rédeunt rursum in grátiam.
Verum írae siquae fórte eueniunt húius modi
Intér eos: rursum sí reuentum in grátiamst,
Bis tánto amici súnt inter se quám prius.

ALCVMENA

Primúm cauisse opórtuit ne díceres:
Verum éadem si isdem púrigas, patiúnda sunt.

IVPPITER

Iube uéro uasa púra adornarí mihi,
Vt quae ád legionem uóta uoui, sí domum

933. fallo *ex* sallo *D.* fallor *E* tu te *J* 934. Quęso *J.* Queso *E* amphitrioni *D.* amphytrioni *BEJ* 935. Apropitius *DE.* Apropicius *B.* Ah propicius *J* 936. iusiurandum *BDE* aduersum *EJ* 937. Benefacis *J* 938. inhominum *EJ* etatę *B.* etate *E* huiusmodi *BDE* 939. Voluptates capiunt *Bothius* rursus *F.* rusum *Fleckeisenus, item v. 940. 942* 940.]interueniunt *J* Ire *E* inter ueniunt *B* rurgsum *E* ingraciam *DJ.* ingrāmęn *E* 941.]um *J* irę *E.* ire *DJ* si quę *EJ.* si que *D* huiusmodi *BD* 942.]os *J* rursus *ex* rurus *J* re uentum *B.* reuerentum *E.* reuentum est *D* in gratiam est *BDE.* in gracia est *J* 943.]amici *J* 944.]imum *J* 945. isdem *BDJ.* eisdem *EZ.* iisdem *F.* eidem *Charpentarius.* idem *Camerarius: at* cf. *Ritschelius Opusc. t. II p. 482, IV p. 316* purigas *Ritschelius l. t. s.:* purgas mihi (michi *EJ.* pugas *E*) *libri.* mihi purgas *Lindemannus* 946. michi *EJ* 947. Vt quę *J.* Vtque *E.* Quae *Bothius:* cf. v. 948 ad legionem *Muellerus 'Nachtr.' p. 56:* apud legionem *libri*

Redíssem saluos, éa ego persoluam ómnia.

ALCVMENA

Ego ístuc curabo.

IVPPITER

Éuocate huc Sósiam:
Gubérnatorem, qui ín mea nauí fuit,
Blepharónem arcessat, quí nobiscum prándeat.
Is ádeo inpransus lépide ludificábitur,
Quom ego Ámphitruonem cóllo hinc obstrictó traham.

ALCVMENA

Mirúm quid solus sécum secreto ílle agat.
Atque áperiuntur aédes: exit Sósia.

SOSIA. IVPPITER. ALCVMENA

SOSIA

Ámphitruo, adsum: síquid opus est ímpera, imperium éxequar.

IVPPITER

Óptume aduenís.

SOSIA

Iam facta páx est inter uós duos?

957 sq. *Osbernus p. 603:* 'Quia pax est ... duo, gaudeo uolupe est mihi'

948.]dissem *J* saluus *libri* ea ego persoluam *LG:* ea ego exsoluam *(exoluam DE, ut vid. J).* ea ego ut *Bothius (deleto* Vt *947), Fleckeisenus (servato* Vt*) cum Kampmanno De re milit. p.* illa ego exsoluam *Guyetus.* ea ego hic *Muellerus p. 518* 949. ea *nota in ras. ubi* ivpp *scriptum fuerat E* 950. inmea *EJ.* in *Lindemannus e cod. Gudiano, Fleckeisenus, qui tamen Ep. cr. p. 17 sententiam retractat* 951. Blefaronem *BDEJ* 952. in pransus *J* lepide ludificabitur *Lindemannus inter alia:* lu ficabitur *BEJFZ.* ludificabatur *D.* pulcre *(vel* ludis*)* ludificabit *Muellerus p. 511.* hodie ludificabitur *Hermannus teste Lindemanno* ludificabitur dolis *Gulielmius.* ludificabitur probe *Pareus*[3]. ludis satiabitur *Acidalius.* ludificabitur, quum ego *(ex v. 953) Bentleius Post h. v. talem intercidisse suspicatur Brandtius Mus. Rhen. t. (a. 1879) p. 578 sq.:* Atque inspectabit rei incertus quid siet 95 Cum ego *libri: def. Luebbertus Gr. Stud. II p. 216, Fleckeisenus Ep. crit. p. 20.* Dum ego *Hermannus teste Lindemanno* amph trionem *D.* amphytrionem *BEJ* 955. acdis *D.* ędis *B.* edis sosia *ex* sesia *E*

Act. III sc. 3 SOSIA · IVPPITER · (ET *add. E)* ALCVMENA *BEJ: om. D spatio relicto* 956. *Sosiae notam om. B* Amphitri *B.* Amphytrio *J.* mphitrio *c. spat. DE* assum *BDE* si quid *DEJ* 957. *Vers. del. Ussingius* Optime *J.* Optume, optume

Nám quia uos tranquíllos uideo, gaúdeo et uolupést mihi.
Átque ita seruom pár uidetur frúgi sese instítuere:
Proínde eri ut sint, ípse item sit: uóltum e uoltu cónparet:
Trístis sit, si erí sint tristes: hílarus sit, si gaúdeant.
Séd age respondé: iam uos redístis in concórdiam?

IVPPITER

Dérides, qui scís haec dudum mé dixisse pér iocum.

SOSIA

Án id ioco dixísti? equidem hercle sério ac ueró ratus.

IVPPITER

Hábui expurigátionem: fácta pax est.

SOSIA

Óptumest.

IVPPITER

Égo rem diuinam íntus faciam, uóta quae sunt.

SOSIA

Cénseo.

IVPPITER

Tú gubernatórem a naui huc éuoca uerbís meis
Blépharonem, qui ré diuina fácta mecum prándeat.

Gruterus facta pax est inter uos *Muellerus p. 605:* pax est (est *om. J*) inter uos *libri.* pax est facta uos inter *Lomanus p. 12.* pax est inter uos, quaeso *Camerarius.* pax est inter uos, sodes *Bentleius. cf. Osbernus V. 958—962 suspecti* 958. uolupest *Angelius:* uolupe (uoluppe *E*) est *libri* michi *E* 959. Atquę *J* seruum *libri* (*ex* feruum *ras. E*) fruge *J* instruere *J* 960. heri *EJ* item ipse *B, unde* itidem ipsus *Fleckeisenus Ep. crit. p. 20* sit *ras. ex* fit *E* uultum *libri* e (et *EJ*) uoltu *libri* (euultu *B*) comparet *BEJ.* coparet *D* 961. fieri sint *E.* fuerint si *JF.* heri si *Z: corr. Angelius* hylarus *EZ.* hilaris *F* 962. iamuos *J* inconcordiam *EJ* 963. haec dudum *Camerarius:* haec (hęc *EJ*) iam dudum *libri.* iam dudum haec *Pylades* Deridesne qui scis iamdudum haec me dixe *Bothius*[1] (*de* dixe *iam Camerarius cogitabat*) 964. An illud ioculo dixisti *Fleckeisenus.* An id ioco dixisti tu *Camerarius.* An ioco dixisti id *Guyetus* equidem hercle *LG:* equidem *libri.* ego equidem *Ussingius* acuero *EJ* raptus *E* 965. *Alcumenae pers. praem. BDE* Habui expurigationem *Ritschelius Opusc. t. II p. 431:* Habui expurgationem *libri.* At habui expurgationem *Lindemannus* Optume est *libri* 966. quę *EJ* 967. Tugubernatorem *BE* anaui *EJ* huc *in v. 968 ponit Bothius* euoca *ex* euacabis *D* 968. Blefaronem *BEJ.* Huc Blepharonem *Bothius: cf. v. 967* qui re *LG (cf. v. 951):* ut re *libri.* is uti re *Lindemannus.* ut is re *Lambinus.* hic ut re *Ussingius.* una tu re *Muellerus 'Nachtr.' p. 110* prandeat *ras. ex* prandeant *D*

SOSIA

Iam híc ero, quom illíc censebis ésse me.

IVPPITER

Actutum húc re

ALCVMENA

Númquid uis, quin ábeam iam intro, ut ádparentur quíb
opust?

IVPPITER

Í sane et quantúm potest paráta fac sint ómnia.

ALCVMENA

Quín uenis quandó uis intro: fáxo haud quicquam sít mor

IVPPITER

Récte loquere et proínde diligéntem ut uxorém decet.
Iam hisce ámbo, et seruos ét era, frustra súnt duo,
Qui me Ámphitruonem réntur esse: erránt probe.
Nunc tú, diuine Sósia, huc fac ádsies.
Audís quae dico, támetsi praesens nón ades.
Fac Ámphitruonem iam áduenientem ab aédibus

---

978 sq. *Nonius p. 88, 21:* commentus pro commentitus. Pla tus Amphitryone: 'fac iam amfitrione ... commentus sis'

---

969. cum *libri* illi *Bothius* censebis *ex* censenis *B* *Iovis pe om. D* Actutum huc redi. Sos. Iam hic ero quom illic censebis es me *Acidalius, quem* Iam *deleto sequitur Ussingius* 970. habeam ituro *J* apparentur (apparetur *Z: corr. Angelius) libri* op est *J.* opus *B* 971. Isane *J.* Insane *E* potest *Pareus:* pot *ex* potest *ras, B.* potes *DEJFZ* fac sint *Pylades:* facta si (sint *ex* sunt *D) BDEJZ.* fac ut sint *F* 972. Quinueni *J.* Quin ueni *Angelius* haut *E* morę *J.* more *BDE* *Post hu v. inserunt Pius et Lambinus fr. XI (Non. p. 105, 17): idem post 922 ponit Osannus Anal. crit. p. 195* 973. perinde *Pius, unde pr fecti alii alia moliti sunt: cf. Brixius de Plauti et Ter. pros. p.* uxore *E* *V. 974 sq. delet Ussingius* 974. hisce *Fleckeisen Schmidtius de demonstr. pron. form. p. 27:* hi *BEFZ.* hii *D.* h *J.* hice *Bothius* Hi iam ambo *Pylades* seruus *libri* hera hęra *E* 975. amphitrionem *BD.* amphytrionem *EJ* errant *(pri r s. v.) B* probe *ut vid. ex* probo *E* 976. tu iam *Lindemann* Sosia, huc fac adsies *LG:* huc fac adsis sosia *libri.* mi huc f adsis Sosia *Fleckeisenus* diuinus *vel* tu fac adsis huc, diuine So *Muellerus p. 496* 977. quę *EJ.* que *D* tam etsi *E.* tametsi tamet si *J.* tam et si *B* praeses *BE.* praesens *ex* praeses pręsens *ex* pręses *J* non *s. v. B* 978. Amphitruonem iam *Læ binus duce Pylade:* iam amfitrione *Nonius.* amphitrionem *BDE* amphytrionem *J.* Amphitrionem huc *Pylades in contextu* aduenien *Nonius* abaedibus *J.* abedibus *E*

Vt ábigas: quouis pácto fac conméntus sis.
Volo déludi illum, dúm cum hac usurária
Vxóre nunc mihi mórigero. haec curáta sint
Fac sís, proinde adeo ut uélle med intéllegis,
Atque út mihi minístres quóm mihi sácruficem.

MERCVRIVS

Concédite atque abscédite omnes, dé uia decédite.
Nec quísquam nunc tam audáx fuat homo qui óbuiam obsistát mihi.
Nam míhi quidem hercle quí minus liceát deo minitárier
Populó, ni decedát mihi, quam séruolo in comoédiis?
Ille náuem saluam núntiat aut írati aduentúm senis:
Ego súm Ioui dicto aúdiens, eius iússu nunc huc me ádfero.

979. Ut abeat *Nonius* quouis pacto fac commentus sis *Nonius:* quouis (quo uis *B.* quo ///uis *J.* ęquo uis *E)* pacto fac commentus (cũmentus *E.* cũ mentus *B.* cum mento *D)* sies *libri.* quouis pacto commentus sies *Pareus.* quouis pacto hoc fac commentus sis *Ussingius* 980. deludi *JF.* diludi *BDEZ* illum dum *JFZ.* illum edum *BDE, unde* illunc dum *Pareus, Muellerus p. 222, vel* illum ego dum (hac cum) *idem Muellerus eodem loco* usuraria, *alt.* u *ex* a *E.* usuria *J* 981. m̄ *E* mihi nunc *Fleckeisenus* hęc *EJ* sint *Camerarius:* sient *(ex* sunt *D, ex* siet *J) libri* 982. perinde *Pylades* uelle med *Bothius, Ritschelius Nov. exc. p. 35:* uelle me *libri.* me uelle *Pylades.* uelle nunc me *Muellerus p. 482.* uelle me ea *Umpfenbachius Melet. Pl. p. 32* intelligis *J.* il̤l ntellegis *E* 983. Atquę *J* mihi ministres *Pylades, Brugmanus p. 18:* ministres mihi (michi *EJ) libri* cum *libri* michi *J.* m̄ *E* sacrificem *E* quom sacruficem mihi *Pareus, Fleckeisenus.* mihi quom sacruficem *Camerarius.* quom mihimet sacruficem *Ussingius* *Versum delet Guyetus*

Act. III sc. 4 MERCVRIVS *BJ.* MERCVRIVS F *E: cf. praef. Asin. p. XII: om. D spatio relicto* 984. *Merc. notam praef. D* oncedite *c. spat. DE* deuia *J* discedite *F* 985. quisquam nunc tam audax *Fleckeisenus:* quisquam tam audax *libri.* quispiam tam audax *Usenerus de Pseud. p 17.* quisquam tam audax nunc *Camerarius.* quisquam tamde audax *Bothius*[2]. quisquam tanti ausus *Gruterus et, nisi quod* tanto ausu, *Palmerius* nunc qui *Lindemannus.* qui se *Reizius* michi *J.* m̄ *E* qui obsistat obuiam mihi *vitiose Pylades* 986. michi *J.* m̄ *E* quidem, e *ex* a *E* 987. Populo ni *ex* Populoni *D.* Populoni *B.* Populon *E.* Populo ut *Z: corr. Pius* nidecedat *J* michi *E* incomoediis *BE.* incomędiis *J* 988. Nauem ille *Guyetus* nunciat *J* uel irati *Pylades.* aut ingrati *Acidalius* 989. ///eius, m̤ṳ *vel simile quid' er. et* e *ex* i *E* affero *J*

Quam ob rém mihi magis par ést uia decédere et concéder
Patér uocat me, eúm sequor, eius dícto imperio sum aúdiens. 9
Vt fílium bonúm patri esse opórtet, item ego súm patri.
Amánti subparasítor, hortor, ádsto, admoneo, gaúdeo.
Siquíd patri uolupést, uoluptas éa mi multo máxumast.
Amát: sapit. recté facit, animó quando obsequitúr suo: 9
Quod ómnis homines fácere oportet, dum íd modo fiát bon
Nunc Ámphitruonem uólt deludi méus pater: faxó probe
Iam hic déludetur, spéctatores, uóbis inspectántibus.
Capiám coronam mi ín caput, adsímulabo me esse ébriu
Atque ílluc sursum escéndero: inde óptume aspellám uirum 10
De súpero, quom huc accésserit: faciam út sit madidus sóbriu
Deindeílli actutum súfferet suos séruos poenas Sósia:
Eum fécisse ille hodie árguet, quae ego fécero hic: quid íd mea
Meo me aéquomst morigerúm patri esse: eius stúdio seruii
áddecet.

---

990. Quam obrem *BJ*. Quamobrem *D* m̀ *E* de uia *corr. Pylades* decedere *ex* decere *J* 991. *Vers. del. Guyetus* digo *ut vid. E* imperiosum *E* 992. oportet *ex* oporet *B*, oporter *E* item ego sum *Lindemannus:* itidem ego ego sum *BD*. (itide *ut vid.*). itidem ego sum *JF*. itidem *Z* (ego sum *add. Hermlaus*) patri *om. Z: add. Hermolaus* 993. subparasitor, *alt.* a *ex E*. subparasitabor *BZ: corr. Pylades* horto *Z: corr. Hermolaus* 994. Si quid *D* uolup est *E*. uolupest *ex* uolpest *D*. volup est *JF* uoluntas *D* m̀ *E* uolupest mihi uoluptas multo *Reisig cf. Hermannus de metr. p. 184* maximast *BEZ*. maxuma est *D* maxima est *J* 996. id mmodo *E*. idmodo *J*. modo id *Fleckeisen* flat bono *BE* 997. amphitrionem *BD (alt.* i *ex* e). amphitrionem *EJ* uult *libri* pater *om. D* probe *ex* per orbem 998. deludatur *Camerarius* uobis inspectantibus *Pylades:* uob spectantibus *libri*. uobis adspectantibus *e cod. Guelf. Bothius*. ac uob spectantibus *Ussingius* 999. mihi *BD*. michi *J*. m̀ *E* in capu *D*. incapud *E*. incaput *J* adsimulabo *ex* adsimilabo *D* adsimulal esse me *vel* med adsimulabo esse *Bothius* 1000. Atquę *J* illu *ex* illic *E* susum *Fleckeisenus* ascendero *FZ* aspellam *Camerarius, Bentleius ad Heautont. II 3, 20:* cispellam (scis pellam *J* cispella *E (i e corr.). cis pella J) libri*. expellam *cod. Guelf.* 100 Desupero *BEJ* cum *libri* huc *om. JF* accerserit *E* fatiu *BE* madidus *ex* maditus *D* ebrius *D* *Hunc v. explicari fr. IV vidit Pistoris* 1002. illi *Lambinus:* ille *(s. v. E) libri* ac tutum *E* sufferret *EJ* suus seruus *libri* poenas *ex* pena *J*. penas *E* 1003. Quod eum *F* quę *EJ* facero *J* quid id *Camerarius:* quid *BDJF*. quidē *E*. quid est *Z* 1004. Meo *ex* Mea *J* aequumst *BD*. ęquum est *J*. equum est *E* mori-

Sed éccum Amphitruonem: áduenit. iam ille híc deludetúr probe,
Siquidém uos uoltis aúscultando operám dare.
Ibo íntro, ornatum cápiam qui potís decet:
Dein súsum ascendam in téctum, ut illum hinc próhibeam.

AMPHITRVO

Naúcratem quem cónuenire uólui in naui nón erat,
Néque domi neque in úrbe inuenio quémquam qui illum uíderit:
Nam ómnis plateas pérreptaui, gýmnasia et myropólia,
Ápud emporium atque ín macello, ín palaestra atque ín foro,
In medicinis, ín tonstrinis, ápud omnis aedís sacras
Súm defessus quaéritando: núsquam inuenio Naúcratem.
Núnc domum ibo atque éx uxore mea hánc rem pergam exquírere,
Quís fuerit quem própter corpus suóm stupri conpléuerit.

1011. *Osbernus p. 432:* hoc myropolium . . . unde Plautus: 'omnes . . . myropolia'

gerum *ex* mirigerum *D* patri esse *Fleckeisenus:* patri *libri.* esse patri *Hermannus de metr. p. 186* ser uire *E* 1005. Set *E* amphitrionem *D.* amphytrionem *BEJ* *V. 1006—1008 parallelos esse putat versibus 999—1001 Muellerus p. 617, recte ut videtur* 1006. uultis *BDE* operam *m. 2 ex* operum *J* 1007. quin *D* potis *Lipsius Ant. lect. III p. 157, Scaliger:* potius *libri* 1008. Dein *Camerarius:* Deinde *libri* sursum *FZ* adscendam *J.* escendam *Bothius*[1] intectum *EJ* probeam *D*
Act. IV sc. 1 AMPHITRIO *BE.* AMPHYTRIO *J: om. D relicto spatio* 1009. *Ampli. notam pruef. D* Naugratem *B.* augratem *cum spat. DE.* Naucraten *Aldus* nolui *ut vid. E* innaui *EJ* 1010. inurbe *EJ* 1011. oms *D.* omnes *Osbernus* gimnasia *BDE* et *om. Z* miropolia *(miropalia E) libri* 1012. Apud *ex* Aput *D.* Aput *B* emponum *E (u e corr.) J* inmacello *EJ.* in macellod *Bothius, Ritschelius Nov. exc. p. 74* in palestra *BD.* inpalestra *EJ.* atque in palaestra *Acidalius.* fui, in palaestra *Muellerus p. 544* atqȩ *J* inforo *EJ* 1013. Inmedicinis *BEJ* intonstrinis *BEJ* omnis *ex* omnes *E.* omis *B* edis *B.* aedes *J* *Interpunximus cum Ussingio: vulgo punctum post v. 1013 ponitur* 1014. queritando *E.* qȩ ritando *J* Naucraten *Aldus* 1015. ibo domum *Pylades* atqȩ *J* ex uxore mea *Fleckeisenus:* ex uxore *BE.* exuxore *EJ.* ex uxored *Bothius*[1], *Ritschelius Nov. exc. p. 74* omnem pergam *Muellerus p. 544* exquirerere *B* 1016. quempropter *J* suum *libri* compleuerit *BDJ*

Nám me quam illam quaéstionem inquísitam hodie an
Mórtuom satiúst. sed aedis óccluserunt. eúgepae:
Páriter hoc fit átque ut alia fácta sunt: feriám foris.
Áperite hoc: heus, écquis hic est? écquis hoc
óstium? -

MERCVRIVS. AMPHITRVO

MERCVRIVS

Quís ad fores est?

AMPHITRVO

Égo sum.

MERCVRIVS

Quid ego sum?

AMPHITRVO

Íta loquor.

MERCVRIVS

Tibi Iú
Díque omnes iráti certo súnt, qui sic frangás fores.

AMPHITRVO

Quó modo?

MERCVRIVS

Eo modo, út profecto uíuas aetatém miser

AMPHITRVO

Sósia.

MERCVRIVS

Ita: sum Sósia, nisi mé esse oblitum exístumas

1017. illa *E* questionem *BDEJ* inquisitam, q *ex* p hodiae *D* 1018. Mortuum *libri* (]rtuum *J)* satius est *libri J)* edis *E.* sedes *J* eugepę *B.* euge *EJFZ: corr. Cam* 1019. fit *in litura D* fit[ ]ut *J* fores *JF* 1020. e hic est *BEJ* ec quis *BEJ.* ecqui *Fleckeisenus Ep. crit.* hoc *om. F* hostium *EJFZ*

Act. IV sc. 2 MERCVRIVS ET IDEM AMPHITRI BLEFARO *B.* MERCVRIVS ET EIDEM *E.* MERCVRIVS AI TRIO *J: om. D spatio relicto* 1021. *Merc. notam om. DE cum spat. DE* Quis ad fores *Z.* Quist ad fores *Fleckeisen* Quis ego *Bothius ex cod. Guelferb.: at cf. Muellerus p. 177 ad* 1022. diique *J* sint *Guyetus* fores *(e in a mut. m. 2) D* Quomodo *BJ* Eomodo *B* pfecto *E* etatem *E* 1024 *1 litt. er. B* mei me *Lindemannus: at cf. Fleckeisenus Krit. p. 22 et Mahlerus p. 28.* med *Guyetus* existimas *BDEJ*

Quíd nunc uis?

AMPHITRVO

Sceléste, at etiam quíd uelim, id tu mé rogas?

MERCVRIVS

Íta, rogo: paene écfregisti, fátue, foribus cárdines.
Án foris censébas nobis públicitus praebérier?
Quíd me aspectas, stólide? quid nunc uís tibi aut quis tú's homo?

AMPHITRVO

Vérbero, etiam quís ego sim me rógitas, ulmorum Accheruns?
Quém pol ego hodie ob ístaec dicta fáciam feruentém flagris.

MERCVRIVS

Pródigum te fuísse oportet ólim in adulescéntia.

AMPHITRVO

Quídum?

MERCVRIVS

Quia senécta aetate a mé nunc mendicás malum.

AMPHITRVO

Cúm cruciatu tuo ístaec hodie, uérna, uerba fúnditas.

MERCVRIVS

Sácrufico ego tibí.

AMPHITRVO

Qui?

MERCVRIVS

Quia enim té macto infortúnio.

. . . . . .

1033. *Nonius p. 43, 10:* uernas ueteres appellabant qui uere sacro fuerant nati et habebatur nomen hoc pro uitabili, maledicto. Plautus Amphitryone . . . Plautus qui supra: 'cum . . . funditas'

1025. aut etiam *J.* an etiam *Goellerus ad Trin. p. 116, Ussingius dubitanter* 1026. Ita, rogo *sic interpunxit Langenus p. 211* pene *BDEJ* effregisti *DEJFZ.* effregistis *B* fatue *J* 1027. fores *JF* censabas *J* publicius *B* preberier *EJ.* praehiberier *Fleckeisenus* 1028. tu es *(*tues *J) libri* 1029. ulmorum, m *quae in contextu est m. 2 corr. J* acheruns *libri* 1030. obistec *BJ.* obistec *E* fatiam *E* 1031. fuisse *ex* fuise *E* oportet *(*tet *e corr.) E* inadulescentiam B^1. in adulescentiam B^2D. inadolescentiam *EJ* 1032. aetate a me nunc *Muellerus p. 544:* aetate *(*aetate *ex* atate *D.* etate *E)* a me *(*ame *EJ) libri.* in aetate a me *Camerarius.* aetated a me *Guyetus, Ritschelius Nov. exc. p. 63. 74.* aetate iam a me *Schoellius* 1033.]cruciatu *J.* crutiatu *E.* cruciatur *Nonius* istec *B.* istec *E* funditas *ex* funditus *D* 1034. S[]fico *J* nunc tibi *Fleckeisenus* infortunio *om. EJFZ: add. Hermolaus*

FRAGMENTA

Inter v. 1034 et 1035 quamquam vetus codex (itemque Britanni nihil lacunae exhibet (quod contra E duorum versuum intervallu D folii 20ᵛ qui post v. 1034 restant septem versus vacuos reliquer etiam Vindobonensis quidam maius etiam spatium posuit Schneidero apud Hoffmannum p. 20), tamen lectorem nunquam pe non offendere sententiae hiatus. Iam cum a grammaticis, maxim Nonio, permulta afferantur quae in ipsa Amphitruone hodie exstant, dubium esse nequit quin casu aliquo (non consilio, ut Li manno visum praef. p. X, in adn. p. 101) in codicum nostro archetypo sat magnus foliorum numerus interciderit: ex nu autem versuum a Nonio et ex lacuna et ex reliqua fabulae p allatorum Hoffmannus 280 fere versus deperditos esse computavit. Q iacturam aegre ferentes iam exeunte saec. XV supplere conati sunt (de re cf. Ritschelii Opusc. II p. 42 sqq., Hoffmannus p. 26 sq., Th Hasper de duplici Poenuli exitu p. 1 adn. 2, Reinhardstoettner 'Plaut. Lustspiele in spätern Bearbeitungen' p. 6), adhibitis gr maticorum nonnullis versibus: id quod multis fraudi fuit. Re quae Plauti esse viderentur post Camerarii Fabriciique, Parei, B curas collegerunt Emanuel Hoffmann 'de Plautinae Amphitru exemplari et fragmentis' (diss. Vratislaviensis a. 1848), Ussingiu editione a. 1875 (p. 64—67. 330—335), Iohannes Schroeder 'de f mentis Amphitruonis Plautinae' (particula prior: diss. Argentorate a. 1879), Samuel Brandt 'Ueber die verlorene Partie aus Plau Amphitruo' (Musei Rhenani t. 34 (a. 1879) p. 575—592), qui om pro sua quisque parte rem promoverunt, maxime autem Schroederus, s sobrio ille iudicio usus. Idem recte rationem habuit glossarum a No excerptarum ordinis, unde quae ad fragmentorum ordinem constitu dum sint consectanea suo loco adnotabimus. Qui quidem ordo s diversus sane a viris doctis factus est: neque quid cuique de singu visum sit plene testari possumus. Itaque satis habemus indicasse, q modo fragmenta in integra fabula olim posita fuisse possint.

Scaenae alterius ad exitum spectant 1—4: atque 1 excepisse vid ipsum v. 1034. 2—4 Mercurii Amphitruonem ab aedibus arce abigentisve. | Sosia prodit: de hoc, quocum modo litigavisse se pu Amphitruo, 5. 6 dicta sunt. | Praesentibus multis civibus invicem se p moechis raptant Amphitruo (7. 8. 10) et Iuppiter (9). | Collocum Alcumena (11. 12. 13) et Amphitruo. | Blepharo prodit et frust arbiter est (14). | Fragmentorum 15—19 sedes accuratius definiri v potest

I

At ego te certó cruciatu máctabo, mastígia

II

Érus Amphitruost óccupatus

III

Óptumo iure ínfringatur aúla cineris ín caput

IV

Né tu postulás matulam unam tíbi aquae hinc infundi ín caput.

I. *Nonius p. 342, 6:* mactare malo afficere significat. Plautus Amphitryone: 'at ego certo cruce et cruciatum mactabo exuo mastigia' ita ego *Pylades* te *add. et* cruciatu *correxit idem* exuo *del. Ussingius, mutarunt in* exi foras *Pylades,* exito *Hoffmannus,* exitio (mactábo éxitio *cum hiatu) Schroederus,* maxumo *Brandtius,* exi ilico *Langenus p. 29* *Duorum versuum fragmenta cum alii discriminassent (*at cérto ego | crúce te et cruciatú mactabo *Hoffmannus,* at ego certó cruce | ét cruciatu té mactabo *Brandtius et Langenus p. 29), Ussingius et Schroederus recte statuerunt uno hoc versu excipi verba Mercurii* te macto infortunio. *Quorum ille* certo *cum parum placeret delevit, hic* cruce et cruciatu *e v. 1033 invectum exempli gratia* exitio *extrusisse putat. Immo* certo *et* cruciatu *coniuncta optime se habent; cum emphasi enim* cum cruciatu tuo *(v. 1033) iteratur. At displicet* cruce et cruciatu*:* cruce *fortasse glossema. Item mirum illud* exuo *pars videtur scholii* (s)erue (nequam) *ad* mastigia *olim adscripti: cf. Loewii glossa manu scripta:* mastigia**:** male serue aut serue nequam

II. *Nonius p. 354, 30:* occupatus impeditus; ut graece dicitur ἀσχολεῖ id est 'uacuus non est'. Plautus in Amphitryone: 'erus . . . occupatus'. — Amphitruost *Hoffmannus:* amphitryo *libri* III. *Nonius p. 543, 5:* aula quam nos ollam dicimus, est capacissimum uas. Plautus in Amphitryone: 'optimo . . . caput'. *De* infringetur *cogitaverit fortasse quispiam* *Praecessit hoc fr. quarto (cf. Nonius)*

IV. *Nonius p. 543, 12:* matella aquarium uas. Plautus in Amphitryone: 'ne tu postules matulam unam tibi aquam infundi in caput' *Hinc Pistoris vidit explicari v. 1001* postulas *Schroederus duce Hoffmanno* matulam unam tibi aquae hinc *LG* *Traditum ordinem servantes scripserunt* aqũae *Hoffmannus,* aquai *Bothius,* aquas *Schroederus et Brandtius,* in caput infundier *Schoellius;* iam *inseruerunt Ribbeckius apud Brandtium p. 581 et Langenus p. 94 sq. (*postules; matulam unam tibi aquae iam infundam*),* iam iam *Ussingius (*postules, matula iam iam tibi aquam infundo*),* a me *Seyffertus apud Schroederum (*tibi aquae a me infundi*)* *Secutum est hoc fr. id quod praecedit (cf. Nonius)*

V

Quíd minitabas té facturum, sí istas pepulissém fores?

VI

Íbi scrobes ecfódito tu plus séxagenos ín die.

VII

Láruatu's: édepol hominem míserum! medicum quaérita.

VIII

Nílne te pudét, sceleste, pópuli in conspectum íngredi?

V. *Nonius p. 473, 26:* minitas pro minitaris ... Plautus Amphitryone: 'quid ... fores'. — VI. *Priscianus V 41 t. p. 168, 5 H.:* feminina ... 'scrobs' ... et masculino tamen gen inuenitur. Plautus in Amphitrione: 'ibi scrobes effodito p *(al. codd.:* effodi duplos*)* sexagenos in dies'. — *Idem VII t. I p. 320, 24:* in 'obs' feminina latina: 'haec ... scrobs hu scrobis' (sic alii; sed Probus nominatiuum protulit similem ge tiuo), quod Plautus masculino genere profert in Amphitrione: ' scrobes effodito duplus *(sic vel* duplos *nonnulli libri; pleri* effodito plus*)* sexagenos in dies'. — *Commenta Lucani V 756* 'exigua scrobe' *(I p. 283 Usen.) haec exhibent. G (=* *Bruxellensis 5330 saec. X):* hic scrobem feminino genere pos Plautus masculino: 'scrobes sexagenos fodi in die'. — *(= scholiorum antiqua sylloge, cui 'adnotationes' nomen est):* scrobem feminino genere posuit, Plautus masculino 'scrobes se genos' in Amphitryone. *cod. Bernensis 370 saec. X:* 'scrol feminini generis, licet Plautus posuerit masculino: quod et artis e nam hic contra rationem posuit *(cf. Servius in Vergil. Georg. II* nos scrobes genere dicimus masculino licet Lucanus dixerit con artem 'exigua posuit scrobe'*). Glossa 'libri glossarum' ab Angelo B Class. Auct. t. VII p. 579 e codice Palatino 1773 excerpta:* sc bonem Lucanus feminino genere dixit secutus Plautum *(ubi error subesse patet et improbandus esset qui coniceret* secus ac Plautus*). Probi Catholica IV p. 20, 2 K.:* hic scrobis huius scrobis gen masculino; sic Plautus 'sexagenos scrobes'. — *Servius in Ver Georg. II 288 item affert* 'sexagenos scrobes' ecfodito dup *Bothius, cuius coniecturam (*duplos *enim trochaeum explet) sic emen Hoffmannus:* duplos effodito. *Recte* effodito tu plus *Hertzius ad I scianum* in die *Schroederus: et sic scholiasta codicis Bruxellen Fallitur Brandtius p. 583 adn.* VII. *Nonius p. 44, 22:* cerriti laruati male sani et aut Cereris ira aut laruarum incursatione uex Plautus Amphitryone: 'laruatus ... quaeritat' *Fortasse* laru tust quaerita *Acidalius, qui* laruatus *voce deleta fragmentum 12 continuat:* edepol hominem te miserum! m. q. *Prius fuit integra fabula hoc fragmentum simili illi 12: cf. Nonii ad illud ver* idem qui supra in Amphitryone *Hic v. inter 739 et frgm. 12 lectu est (cf. Non.)* VIII. *Nonius p. 453, 30:* ingredi non solum intra

IX

Mánufestum hunc obtórto collo téneo furti flágiti

X

Ímmo ego hunc, Thebáni ciues, quí domi uxorém meam
Ínpudicitia ínpediuit, téneo, thensaurúm stupri.

XI

Exiúrauisti té mihi dixe pér iocum

XII

Quaeso áduenienti mórbo medicarí iube:
Tu cérte aut laruátus aut cerrítus es.

---

ut est manifesta eius uerbi significatio, sed et uenire ac se ostendere **auctoritate** Plauti possumus dicere, in Amphitruone: 'nihilne ... **ingredi**' *Cf. v. 735 et Men. 708* *Fragmentum post v. 845 et ante fr. 8 positum fuit (Nonius)* IX. *Nonius p. 453, 24:* furtum etiam **non** ablata res, sed omne quicquid occulte geritur auctoritate ueterum **dici** potest... Plautus Amphitryone: 'manifestum ... furem flagitii' manufesto *Schroederus* furti *LG.* teneo furem flagiti *quoquo modo explicas permire dictum: et* furtum *in lemmate Nonii est. Quamquam praestabit synonymum vocis* thensaurus *(frg. 10, 2)* *Fragmentum post id quod praecedit positum fuit (Nonius)* X. *Nonius p. 331, 15:* impedire sordidare, ad probrum ducere. Plautus Amphitryone: 'immo ... impudicitia impediuit'. *Idem p. 456, 16:* thesaurum etiam copiam pessimae rei dici posse Plautus uoluit in Amphitryone: 'qui ... impudicitia impediuit ... thesaurum stupri' *Cum hoc et eo quod praecedit fragmento cf. argum. acrost. v. 6 sq.:* in uicem raptant pro moechis XI. *Nonius p. 105, 17:* exiurare et deiurare id est ualde iurare, ut deamare. Plautus Amphitryone: 'exiurauisti ... iocum' exiurare *Ussingio potius* iurando amouere *videtur significare: at cf. v. 916* *Cf. Poenuli V 3, 50* quod ego dixi per iocum XII. *Nonius p. 44, 22:* cerriti et laruati male sani et aut Cereris ira aut laruarum incursatione uexati. Plautus Amphitryone *(cf. fragm. 7).* idem qui supra in Amphitryone: 'quasi aduenienti morbo medicati iuuem *(al. libri:* iuuenem*)* tu certe aut laruatus es aut cerritus'. *Nonius p. 247, 6:* aduenire incipere. Plautus Amphitryone: 'quaeso aduenienti moribo iube *(al. codd.* iure*)*' quaese aduenient morbo nunc medicum tibi | enim tu certe aut laruatus aut cerritus es *Acidalius.* *Trochaice Brandtius sic:* [age] quaeso aduenienti morbo medicinam fieri iube | nam tu certe aut laruatus aut cerritus es: [abi] quaeso aduenienti m. ius medicabile *Bothius.* quaese a. m. medicatum tibi *Hoffmannus itemque Ussingius, nisi quod* medicamen*: potius* medicinam *debebant.* quaese a. m. medicari Iouem *Quicheratius.* quasi a. m. medicari iubent *Hauptius Opusc. II p. 367.* *Nos sic ut Schroederus versum dubitanter conformavimus* *Utrum* laruatu's *legendum sit an* cerritus es *dubitari posse dicit Ussingius* *Post fragmentum 7 hoc lectum est (cf. Nonius)*

XIII

Nisi hóc ita factumst proínde ut factum esse aútumo
Non caúsam dico quín uero insimulés probri.

XIV

Quí nequeas nostrórum uter sit Ámphitruo decérnere

XV

.... ábitendi núnc tibi etiam occásiost

XVI

.... quaé me absente córpus uolgauít suom

XVII

Péssumo nolí precari

XIII. *Nonius p. 237, 2:* autumare est dicere ... Plautus phitryone: 'nisi ... probri' factum est *Nonius* quin insimules *Brandtius, Langenus p. 117:* uerum quin simules *(qu* simules *cod. P) Nonius* quin uerum *Hoffmannus.* quin iure *Ussi* uir, quin *Quicheratius* insimuler *Hoffmannus* uerum qui insi probri? *Pareus* uerum ne insimulet probri *Bothius* XIV. *N p. 285, 29:* decernere est dicere. Plautus in Amphitryone: neque has ... amphitryo decernere' *Post v. 1038 insere putavit Gulielmius* nequeo uostrorum *Acidalius et Gulielmius hoc v. scriptor argumenti acrostichi v. 7 sq. pendet:* Blepharo c arbiter | uter sit non quit Amphitruo decernere XV. *Priscianu 24 t. I p. 564, 12 H.:* declinantur autem participia ad similitudin regulam nominum in 'ns' desinentium uel in 'us' mobilium, exc ut supra dictum est, illis, quae nascuntur a uerbis quartae coniuga in 'eo' desinentibus, quorum genetiuus uocales nominatiui 'ie' mu 'eu': 'iens euntis', 'quiens queuntis', quamuis Plautus 'abiendi' pro 'abeundi' in Amphitryone: 'abiendi ... occasio est' abiendi etiam nunc tibi est occasio *Bothius.* abiendi *mendum esse codicis quo usus sit Priscianus pro* abeundi *putat Schroederus: id* abitendi *cogitare non audet* XVI. *Nonius p. 182, 21:* uulg honeste positum uile habuit et quasi in uulgus dedit. Plautus phitryone: 'cuiusque ... uulgauit suum'. — cuique med ab corpus uxor *Gulielmius (et* uxor corpus *supplevit Rothius quoqu Nonium, L codice usus qui* ucorpus). cui usque med absente c *Hoffmannus.* quisquam (Qui? quae *alio tempore)* me absente c *Bothius.* [eccam uideo] quae me absente corpus *Ussingius.* huius me absente corpus *Schroederus.* quoiusque [techinis] med absente c *sive* quoiusque [techinis] me absente [uxor] corpus *Brandtius* *Servius Danielis in Vergil. Aen. VIII 127* 'et cui me precari'] ueteres et 'precor illi' pro 'precor pro illo' dicebant. Plautus in phitrione: 'noli pessimo precari (nobili pessime precari *cod. 1 7929)*' hoc est (et hoc est *idem)* 'pro pessimo noli precari'

XVIII

Animam conprime

XIX

Clandestino

Videtur grammaticus pessumo *dativum non recte* 'pro pessumo' *interpretatus esse: cf. Asin. v. 477. Ceterum qui non nescit, quantopere immutari soleant et verba Plautina et comoediarum nomina apud Servium excitata, fieri posse concedet ut Asinariae v. 477:* pergin precari pessumo *a grammatico allatus sit, non Amphitruonis fragmentum nescio quod* XVIII. *Nonius p. 233, 19:* anima iterum significat iracundiam uel furorem; unde et animosi dicuntur iracundi. Plautus Amphitryone: 'a. com prime'. *Errorem scholiastae (tacere enim iubentis haec verba sunt) notavit Ussingius, eiusdem interpretationem defendit Schroederus, ut tamen etiam librarii mendum pro* animum *esse posse statuat* XIX. *Excerpsit qui adverbia Plautina collegit: v. Ritschelii Opusc. II p. 236. 273. Vocabulum inter v. 886 et 1116 lectum esse constat De fragmento apud Nonium p. 76 servato, quod Schroederus rectius versum 400 esse censet, vide ad hunc versum. Ceterum singulari consensu ad Amphitruonis hanc lacunam et Schroederus et Brandtius rettulerunt versum a Festo p. 169 sine fabulae nomine allatum:* naualis scriba, qui in naue apparebat, inter aliud genus scribarum minimae dignitatis habebatur, quod periculis quoque eius ministerium esset obiectum. Plautus: 'nón ego te nouí naualis scríba, columbar *(sic Scaliger:* columbari *cod.; pronuntiandum est* colubar*)* ímpudens'. Siue quod columbaria in naue appellantur ea, quibus remi eminent, siue quod columbariorum quaestus temerarius incertusque. *Et possunt sane haec de Blepharone dicta esse*

ACTVS IV

* * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * *

BLEPHARO. AMPHITRVO. IVPPITER

. . . . . .

BLEPHARO

Vós inter uos pártite: ego nunc ábeo, mihi negótiumst: 1
Néque ego umquam usquam tánta mira mé uidisse céns

AMPHITRVO

Blépharo, quaeso ut áduocatus mi ádsis neue abeás.

BLEPHARO

Vale.
Quíd opus est med áduocato, quí me utri sim néscio?

Act. IV sc. 3 *Pers. om. libri: cf. p. 114 init.* 1035. Vos inter uos partite: ego nunc *LG:* Vos inter uos partite *(*parcite *B)* ego *BD (ante* VOS *prius spat. initiale ut in novae scaenae principio) Z. cf. — Palmer Hermath. vol. VII (a. 1881) p. 134.* Vos inter uos istęc partite ego *JF (*istec*), qua scriptura interpolata (cf. E) usi proposuerus* Vos ista inter uos partite, ego *Ritschelius Proleg. p. 130 (cf. Anal. p. 78, ubi* Inter uos istaec partite, ego *coniecit Goetzius),* Vos inter uos istaec partite *(omisso* ego*) Bothius,* Vos inter uos partite: ego istaec *Hermannus teste Lindemanno, contra* istaec *spernentes* Vos inter uos dispertite, ego *Muellerus p. 355,* At uos inter uos partite, ego *Lindemannus,* Vos inter uos iam partite, ego *Guyetus,* Vos inter uos partite ego adeo *Braune Quaest. gramm. p. 38* habeo *E* michi *EJ* negotium *(*negocium *J)* est *libri* 1036. Ne[ ] ego *J* unquam *D* meuidisse *J* 1037. Blefaro *BE.*]lefaro *J* quęso ut *J.* quęso ut *E.* quęso te ut *Z: corr. Hermolaus* mihi *D.* m̄ *BE.* michi habeas *E.* abeas *ex* abas *D* uate *J* 1038. opus est me *Hermannus teste Lindemanno, Ritschelius Nov. exc. p. 24:* opust me *(*med *s. v. E) DE.* opus est *J.* opus me *B.* opust me *F (*opus es *Z* qui me utri *Hermannus teste Lindemanno, Ritschelius l. s. s.:* quī utri *libri.* quine utri *Gulielmius.* qui utri *Camerarius* sim *Hermannus l. s. s., Ritschelius l. s. s.:* sim aduocatus *libri Vulgata* Quid opust me aduocato qui utri sim aduocatus nescio *def. Umpfenbachius Melet. Plaut. p. 11, Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 2*

IVPPITER

Íntro ego hinc eo: Álcumena párturit.

AMPHITRVO

Perií miser:
Quíd ego faciam, quem áduocati iam átque amici déserunt?
Númquam edepol me inúltus istic lúdificabit, quísquis est.
Jám ad regem rectá me ducam résque ut factast éloquar.
Égo pol illum ulcíscar hodie Théssalum uenéficum,
Quí peruorse pérturbauit fámiliae mentém meae.
Séd ubi illest? intro édepol abiit, crédo ad uxorém meam.
Quí me Thebis álter uiuit míserior? quid núnc agam?
Quem ómnes mortalés ignorant ét ludificant út lubet.
Cértumst, intro rúmpam in aedis: úbi quemque hominem aspéxero,
Síue ancillam, síue seruom, si úxorem, si adúlterum,
Sí patrem, si auóm uidebo, eum óbtruncabo in aédibus:

Ante v. 1039 inculcat Gulielmius fragm. XIV 1039. *Totum v. dat Gulielmius* 1040. Quid ego faciam *Guyetus:* Quid ego *libri, nisi quod* Quid ago *Z et* e *(ego) in litura B.* Quid ego ago *Gruterus.* Quid ego, quid ago *Bothius.* Nam quid ego ago *Lindemannus* Quid ego *(vel* ago*) retinentes coniecerunt* iam omnes *Camerarius, Muellerus p. 752 et* iam aeque *Spengelius Plaut. p. 41: cf. Muellerus p. 305* 1041. Nunquam *J.* Numquem *B.* Num quem *DE* ludificabit *F, Camerarius:* ludificauit *BDEZ.* ludificabunt *J* quisquis *ex* quiquis *J* 1042. Iam *Gruterus:* Nam iam (iam, *1 litt. er. B.* Namiam *E) libri.* Nam *Guyetus* ad regem (em *in* ia *corr.) D.* adregem *EJ* rectam *J* me ad regem recta *Lindemannus* Nam iam ad regem recta ducam me resque ut facta eloquar *Bothius* (est *cum Camerario omittens)* facta est (factaest *E) libri* eloquar, a *e corr. E* 1043. thesalum *E* ueneficium *J* 1044. peruerse *EJ* pertubauit *D* familię *J.* familie *E* meę *EJ* 1045. ille est *J.* illic est *F* me in ultus *(del. lineola)* abiit *E* aduxorem *EJ* 1046. Quis me *J* quid nuc *J.* quid nun *ut vid. E.* quidnam *Z: corr. Pylades* 1047. Quę oīs *J* iubet *E* 1048. Certust *BDEZ.* Certum est *JF* introrumpam *BDE* in aedis *Camerarius.* in aedibus *DFZ.* in aedibus *BJ.* inedibus *E* 1049. seruum *libri* si uxorem si *Bothius, Ritschelius Proleg. p. 85:* siue uxorem siue (Siue *ex* Se *D.* sev *B) libri* siue uxorem seruom siue adulterum *Goellerus ad Trin. p. 60* 1050. Si patrem, si *Bothius, Ritschelius Proleg. p. 85:* Seu patrem siue *libri* auum *libri* seu patrem uidebo siue auom *Acidalius* eum obtruncabo *Fleckeisenus:* obtruncabo *ex* obtruncapo *D.* obtrancabo *E.* ibi obtruncabo *Muellerus 'Sive' p. 7. alia haud pauca idem*

Néque me Iuppitér neque di omnes íd prohibebunt, sí uolet
Quín sic faciam utí constitui: pérgam in aedis núnciam.

Pros. Pl. p. 544 inaedibus *J*. inedibus *E* 1051. Nequę *J* dii *J* id *om. JF* uolent *ex* uolint *J*. uolunt *Z*. uelint *Labinus* 1052. sic *ex* sin *B* fatiam *E* uti *Camerarius:* ut *lü* pergam *ex* pegam *D* in aedis *Camerarius:* in aedibus *DF* inaedibus *J*. in edibus *B*. inedibus *E* nuntiam *E*. nunc iam *reliq*



V 1, 1–8

ACTVS V

BROMIA. AMPHITRVO

BROMIA

Spes átque opes uitaé meae iacént sepultae in péctore
Neque úllast confidéntia iam in córde, quin amíserim.
Ita míhi uidentur ómnia, mare, térra, caelum cónsequi,
Iam ut ópprimar, ut énicer. me míseram: quid agam néscio.
Ita tánta mira in aédibus sunt fácta: uae miseraé mihi.
Animó malest, aquám uelim: conrúpta sum atque absúmpta sum.
Caput dolet neque aúdio neque óculis prospició satis.
Nec mé miserior féminast neque úlla uideatúr magis.

Act. V sc. 1 BRONIA ANCILLA · AMPHITRIO *B.* ANCILLA AMPHITRIO *D.* ANCILLA BROMIA AMPHITRIO (AMPHYTRIO *J*) *EJ* *V. 1053—1061 dimetros esse voluit Kiesslingius Anal. Pl. p. 8* 1053. *Pers. om. D* pes *c. spat. D.* apes *c. spat. E.* Dapes *JFZ: corr. Hermolaus* atque *s. v. E* uitę *E.* uite *D* meę *EJ* sepultę *J.* sepulte *E* inpectore *EJ.* impectore *D* 1054. ulast *D.* ulla est *J* confidentiã *B.* confidentiã *DE* ulla confidentiast *Lindemannus* iam incorde *EJ.* in meo corde *ed. Fleckeisenus, quod ipse reicit ep. crit. p. 17.* iam meo in corde *Camerarius. Errat de librorum scriptura Muellerus p. 616* 1055. michi *J.* m̃ *E.* me *Guyetus* uidetur *EJ* cęlum *J.* celum *BDE* concoqui *Ussingius* 1056. I iãm, m *eras. D* opprimar, iam *Guyetus: cf. Ritschelius Proleg. p. 181* inicer *E.* inicier *B.* enecer *JFZ* memiseram *J* agam[*J* 1057. in edibus *B.* inaedibus *J.* inedibus *E* ue *BEJ* miserę *B.* misere *E* michi *EJ* 1058. male est *J* aquam *trium syllabarum esse vult Kiesslingius l. s. s.* corrupta *BEJ.* corrupta (r *alt. ex* p) *D.* corrumpta *Fleckeisenus* 1059. Capud *E* dolet /// *B* nec oculis *BDEJ* prospitio *BE* 1060. me *om. D* memiserior *B* miserior *ex* miseor *D* femina est *libri* nequę *J* illa *vir doct. teste Lomano p. 13* uidetur E^3, cui *recte coniunctivus offensioni fuit* *Exspectes* ulla cruciatur magis. Cf. *Muellerus p. 643, qui tradita verba intellegi posse negat*

Ita eraé meae hodie cóntigit: nam ubi párturiens deos í
uocat,
Strepitús, crepitus, sonitús, tonitrus: ut súbito, ut propei
ut uálide tonuit.
Vbi quísque institerat, cóncidit crepitu: íbi nescio qı
máxuma
Vóce exclamat: 'Alcumena, adést auxilium, né time:
Ét tibi et tuís propitius caéli cultor áduenit.
Exsúrgite' inquit 'quí terrore meo óccidistis praé metu'.
Vt iácui, exsurgo: ardére censui aédis: ita tum cónfulgeba
Íbi me inclamat Álcumena: iam éa res me horrore ádfic
Erílis praeuortít metus: accúrro, ut sciscam quíd uelit,
Atque íllam geminos fílios puerós peperisse cónspicor:

1062. *Nonius p. 227, 13:* tonitrus positum pro tonitru. Pl tus Amphitryone: 'screpitus sonitus tonitrus' 1068. 10 *Nonius p. 362, 20:* praeuertit reuocat. Plautus Amphitryo 'ibi ... uelit'

1061. ere meę *BE.* herę meae *J.* ereme at *D* parturie deos *LG:* parturit deos sibi *libri.* partuis deos sibi *Bothius*[2. 3]. part *(vel* parti*)* deos sibi *Spengelius 'Reformvorschlaege' p. 338.* partu deosque *Ussingius.* parturit, deos *Pylades.* parturit, deos ubi *Lin mannus.* partulos sibi *Hermannus teste Lindemanno* 1062. *V. marg. add. in J, ubi haec tantum apparent:*]crepitus s[]trus [] propere ut[Screpitus *Nonius omisso* crepitus tonitrius *B.* tonit *singius* subito *(pro* ut subito*) Bothius, Hermannus Elem. p. 413* ualide *ex* ualde *E* ut subito ut propere fremit *trochaeis discri Schoellius Anal. Pl. p. 48 Versum hypercatalecticum def. Spengel 'Reformvorschlaege' p. 330 V. 1063—1072 Hermannus tractat El p. 171* 1063. Ubi quisque *ex* Ubique *D* institerat *ex* inciderat *ex* institerit *D.* steterat *Gud. II* crepitu *del. Bothius* maxi *EJ* 1064. Uoce xclamat *E* ad est *E* netime *J* 1065. tuis *ut vid. E* propicius *J* cęli *BE.* celi *D* 1066. Exurgi *EJ* inquid *BDE* praemetu *B.* premetu *EJ* 1067. exurg *BEJ* aedes *m. 2 ex* aedis *B.* edis *E.* ędes *J* itatim *E.* it tunc *D.* ita *Camerarius* confulserant *Camerarius* 1068. Ibi tu me *praefert scripturae* inclamauit *Muellerus p. 28.* Ibi med *Guyet* Ibi mein clamar argumenta a mea res *cod. Paris. 7667 Nonii in aliis similiter erratum est* ita ea *J.* tum ea *Lambinus.* ea *U singius* me *om. EJF'Z* afficit *J* horrore affileberis praeuertitu *cod. H Nonii De v. 1069—1077 cf. Kiesslingius l. s. s.* 1069. *C 1068* Eriliis *E.* Herilis *J* praeuertit *BDE.* pręuertit *J* metus *F' (ut vid., e corr.) Z, Nonius:* motus *D.* meotus *B.* me otiu *J.* meo totius *E.* me metus *Langenus p. 79* ac curro *E* scisc *Nonius*

Neque nóstrum quisquam sénsimus, quom péperit, neque prouídimus.
Séd quid hoc? quis hic ést senex, qui ante aédis nostras síc iacet?
Numnam húnc percussit Iúppiter? 1073
Credo édepol: nam pro Iúppiter 1074ª
Sepúltust quasi sit mórtuos. 1074ᵇ
Ibo út cognoscam, quísquis est. 1075ª
Amphítruo hic est quidem érus meus. 1075ᵇ
Amphítruo.
AMPHITRVO
Perii.
BROMIA
Súrge.
AMPHITRVO
Interii.
BROMIA
Cédo manum.
AMPHITRVO
Quis mé tenet?
BROMIA
Tua Brómia ancilla.
AMPHITRVO
Tímeo totus, íta me increpuit Iúppiter. Nec sécus est quasi si ab Áccherunte uéniam. sed quid tú foras Egréssa's?

1071. sensibus *J* cumpeperit *J* Neque *J* preuidimus *EZ* 1072. hoc quid *EZ* edis *E.* aedes *J* hic iacet *Spengelius l. s. s. Septenarium tutantur Kiesslingius et Spengelius l. s. s.* 1073. num nam *B (in* numnam *corr.) J* *V. 1074ª et 1074ᵇ del. Guyetus* 1074ª. Crede *E* 1074ᵇ. sepultus *D.* sepultus est *EJ* mortuus *libri* 1075ª. ut cognoscam *Acidalius:* et cognoscam *(*cognosco *B) libri* 1075ᵇ. amphitrio *BD.* amphytrio *EJ.* Amphitruost *Lindemannus.* Est Amphitruo *Fleckeisenus* hic est quidem *Kiesslingius l. s. s.:* hic quidem *libri.* hic quidem est *Camerarius* herus meus *J. om. Z: add. Angelius* *Trochaeos discribit Spengelius l. s. s.* (quidemst) 1076. Amphitrio *BD.* Amphytrio *EJ* Credo *J* 1077. tuabromia *J* timeo totus *Fleckeisenus:* totus timeo *(*teneo *J.* tremo *F) libri.* totus contremo *Lindemannus* ita med *Guyetus.* tam me *Schoellius* me *s. v. D* increpuit *(*e *add. rubricator) E* 1078. secus *(*ecus *in litura) B.* secius *ex* secus *D.* secutus, *m. 2 exp. J* acheronte *BD* si abac quasi cheronte *E.* quam si ab acherunte *JF (*acheronti*) Z (*cheronte*): cf. Brixius ad Capt. 909 append. et Langenus p. 320* Sed *ex* Set *ut vid. J.* set *E* qui *D* 1079. Egressa es *EJ.* Egessa es *BD*

BROMIA

Eadem nós formido tímidas terrore ínpulit:
In aédibus, ubi tu hábitas, nimia míra uidi. uaé mihi,
Amphítruo: ita animus méus mihi etiam núnc abest.

AMPHITRVO

Agedum éxpedi:
Scin mé tuom esse erum Ámphitruonem?

BROMIA

Scío.

AMPHITRVO

Vide etiam núnc.

BROMIA

Scio.

AMPHITRVO

Haec sóla sanam méntem gestat meórum familiárium.

BROMIA

Immo ómnes sani súnt profecto.

AMPHITRVO

At me úxor insanúm facit
Suis foédís fáctis.

BROMIA

Át ego faciam tu ídem ut aliter praédices,
Ámphitruo: piam ét pudicam tú tuam esse uxorem út scias
De eá re signa atque árgumenta paúcis uerbis éloquar.

---

tumidas *J* terrore *ex* terroris *D* impulit *BDEJ* *Interpunctionem delet Ussingius ante* Nimia *v. 1080 distinguens* 1080. Inedibus *E* ubi tu *Pylades:* tu ubi *libri.* ubi tute *Fleckeiserus.* cubi tu *Ritschelius Opusc. t. III p. 139* nimia (ni *ex* m) *E* *Inter* nimia *et* mira *lacuna J* Ve *EJ* michi *EJ* 1081. Amphitrio *BDE.* Amphytrio *J.* Ere Amphitruo *Muellerus p. 679* animus meus mihi *Fleckeisenus:* mihi (michi *J*) animus *libri.* meus mi animus *Lindemannus* nunc *om. F* age dum *BEJ* 1082. tuum *libri* herum *J* amphitrionem *BDE.* amphytrionem *J* iam nunc *non apparuit in J* 1083. Hęc *E.* Hec *B* sanam *Camerarius:* saccam *B.* sarcam *DEJFZ.* sartam *Lambinus* mentem *om. EJFZ* meorum *Acidalius:* mearum *B.* morum *D.* mea (meam *F*) *EJFZ* familiarium *ex* familarium *J* sola sanam sartam gestat mentem familiarium *Lindemannus praef. p. IX* 1084. uxori *D* insaniam *D* 1085. Suis *ex* Suus *D* foedis *s. v. D, ex* foedus *J* factis *ex* factam *D* tuidem *B* *De v. 1086 sq. cf. Hermannus Elem. p. 169* 1086. Amphitrio *BDE.* Amphytrio *J* tu tuam esse uxorem *LG:* tuam esse uxorem *BJ.* esse uxorem *D.* esse tuam uxorem *EFZ.* tuam esse uoxorem *Kochius Nov. annal. t. 101 (a. 1870) p. 285.* tuam tibi uxorem *Luchsius Studemundi Stud. t. 1 p. 24* uti *Bothius* scias *ex* sciam *D*

Ómnium primum Álcumena géminos peperit fílios.

AMPHITRVO

Aín tu, geminos?

BROMIA

Géminos.

AMPHITRVO

Di me séruant.

BROMIA

Sine me dícere,
Vt scias tibi tuaéque uxori deós esse omnis própitios.

AMPHITRVO

Lóquere.

BROMIA

Postquam párturire hodie úxor occepít tua,
Vbi utero exortí dolores, út solent puérperae,
Ínuocat deos ínmortalis, út sibi auxiliúm ferant,
Mánibus puris, cápite operto. tum íbi continuo cóntonat
Sónitu maxumo. aédis primo rúere rebamúr tuas.
Aédes totae cónfulgebant tuaé, quasi essent aúreae.

AMPHITRVO

Quaéso, absoluito hínc me extemplo, quándo satis delúseris.
Quíd fit deinde?

BROMIA

Dum haéc aguntur, ínterea uxorém tuam
Néque gementem néque plorantem nóstrum quisquam audíuimus:
Íta profecto síne dolore péperit.

AMPHITRVO

Iam istuc gaúdeo,

1089. dii *J* mes eruant *E* seruent *F* 1090. tueque *EJ* oms *BD* propicios *J* 1091. Eloquere *F* 1092. Vbi E^3FZ: Ibi *BDEJ* ut ero *D* puerperę *J*. puerpere *E* *Recte comma ponit Ussingius, gravius distinxit Fleckeisenus cum aliis* 1093. Inę uocat *E* inmortales *BE*. immortales *D*. immortales *J* 1094. opertod *Guyetus, Ritschelius Nov. exc. p. 74* tum ibi *Muellerus p. 544:* ibi *libri* contonar *E* *Folii 126r, quod 39 tantum versuum est et v. 1094 terminatur, in fine unus versus er., qui tamen ad Plautum non pertinuisse videtur J* 1095.]maximo *J* Sonti maximo *E* aedes *BD*. edes *J*. edęs *E* primo ruererebamur *B*. primor uererebamur *ante corr. D* 1096. Aedis *BDE* totę *J*. tote *E* tuę *EJ* auree *D*. aurcace *ex* aurace *E* 1097. Quęso *EJ*. Queso *B* absoluto *E* extemplo *ex* exemplo *D* 1098. sit *BEJ* de inde *EJ* hęc *E* *Inter* haec *et* aguntur *parva lacuna J* 1099. Neque *J* nostrorum *F* 1100.]profecto *J*

Vtut me erga meritást.

BROMIA

Mitte istaec átque haec quae dicam áccipe.
Póstquam peperit, púeros lauere iússit nos. occépimus.
Séd puer ille quém ego laui, ut mágnust et multúm ualet.
Néque eum quisquam cónligare quíuit incunábulis.

AMPHITRVO

Nímia mira mémoras: si istaec uéra sunt, diuínitus
Nón metuo meae quín uxori látae suppetiaé sient.

BROMIA

Mágis iam faxo míra dices. póstquam in cunas cónditust,
Déuolant angués iubati deórsum in inpluuiúm duo
Máxumi: contínuo extollunt ámbo capita.

AMPHITRVO

Vaé mihi.

BROMIA

Né paue. sed ángues oculis ómnis circumuísere.

1102. *Nonius p. 503, 37:* lauit pro lauet . . . lauere inde tractum est . . . Plautus Amphitryone: 'postquam . . . accedimus' 1103. *Nonius p. 191, 21:* angues feminino. Plautus Amphitryone 'deuolant . . . duo' *Servius Danielis in Verg. Aen. II 206:* iubae autem proprie equorum sunt. Plautus in Amphitruone: 'angues iubati'

1101. Vt ut *BDEJ* me erga *Schmidtius de pron. demonstr. form. p. 75:* erga (ergo *D*) me *libri* merita est (est *om. EZ*) *libri* Mitte istaec (istęc *E.* istec *B*) *libri.* Istaec mitte *Pylades* (est *delens*): *idem* (est merita *scribens*) *Camerarius.* Mitte ista *Lindemannus.* Mitte istaec (atque *delens*) *Bothius* haec que *BD.* haec q̄ *E.* hęc quę *J* 1102. Post quam *BE* lauere *F, Hermolaus ex Nonio:* lauare (lau///are, l *ex* p *D*) *BDEJZ* nos] ut hos *Nonius* occepimus (i *e corr.*) *D.* accedimus *Nonius* 1103. illic *Lindemannus* magnus est *libri* ut multum *Bothius, fort. recte* 1104. colligare *libri* qui uit *J* incunabulis *BEJ.* in cunabulis *ex* in cubulis *D.* in cunabulis *FZ: corr. Turnebus* 1105. me moras *E* istec *E.* istaec ///, *1 litt. er. D* 1106. me tuo *J* meae quin *Bothius, idem inter alia Muellerus p. 701:* quin meae (meę *E*) *libri* quin meae uoxori *Kochius Nov. annal. t. 101 (a. 1870) p. 285.* quin uxori meae *Guyetus* laete *ex* latae *D.* latę *EJ* suppetię *E* 1107. Mage iam *Pylades* fixo *E* diceas *J* incunas *EJ.* in cunis *F, Lindemannus* conditus est *libri* 1108. Deuolant *ex* Deuolans *D* iubati *ex* iuuati *D.* iuuati *BE.* iubatae *Nonius* deorsum ininpluuium *BE.* deorsum ut impluuium *J.* in compluuium *Nonius* due *Nonii cod. Par. 7579* 1109. Maximi *libri* Vae mihi *Lachmannus:* Ei mihi (michi *J.* mi *E*) *libri.* Ei mihi occidi *Muellerus p. 720* 1110. set *E* . circum uisere *DEJ*



Póstquam pueros cónspicati, pérgunt ad cunás citi:
Égo cunas recéssim rursum uórsum trahere et dúcere
Métuens pueris, míhi formidans, tántoque angues ácrius
Pérsequi. postquám conspexit ánguis ille altér puer,
Cítus e cunis éxilit, facit récta in anguis ínpetum:
Álterum alterá prehendit eós manu perníciter.

AMPHITRVO

Míra memoras: nímis formidolósum facinus praédicas:
Nám mihi horror mémbra misero pércipit dictís tuis.
Quíd fit deinde? pórro loquere.

BROMIA

Púer ambo anguis énicat.
Dum haéc aguntur, uóce clara inclámat uxorém tuam

AMPHITRVO

Quís homo?

BROMIA

Summus ímperator díuom atque hominum Iúppiter:
Is se dixit cum Álcumena clám consuetum cúbitibus

1116. Perniciter *hinc excerptum in glossario Plautino: cf. Ritschelii Op. II p. 236. 273*

1111. Post quam *E* con spicati *J* adcunas *EJ* 1112. recessim *Valla:* recessum *libri.* uicissim *Meursius Crit. Arnob. cap. 4* rursum *om. Z: add. Hermolaus* uersum *J.* prorsum *Pylades* ducere (du *ex* tui) *D* 1113. michi *J.* m̄ *E* 1114. angues *BDEJ* ille *om. F* *V. 1115. 1116 hoc ordine Pylades 'e codicibus vetustis': inverso BDEJFZ* 1115. Amph. *notam praef. E* ecunis *EJ* inanguis *E.* inangues *J* dat recte in anguis *Lindemannus* *Versum iambice sic metitur Bothius*[2 3]*:* citus éxilit e cunis, recta facit in anguis impetum, *cum Fleckeisenus* facít recte in eos inpetum *praeferat ceteris servatis: cumulatam anguium commemorationem mulierculae quaesitam esse suspicamur* impetum *EJ* 1116. Alterum, u *ex* a *D* altera p̄hendit *B.* altera praehendit *D.* alter aprehendit *J.* alter apprehendit *EFZ, unde* altera apprehendit *Saracenus,* altera prehendit *Scioppius* eos per niciter, n *ex* u *J.* eos perniciter *F* 1117. *Pers. om. E* formidolusum *J* predicas (*ex* predica *m. 3 J*) facinus *EJFZ* 1118. michi *EJ* menbra *BJ.* membra *ex* menbra *D* misero *ex* misera *D* perciit *Pius* 1119. sit *BJ* de inde *J* Puerambo *D* ambos *FZ* angues *BJ* (n *ex* m *ut vid.*) enicat *E.* enecat *J* 1120. hęc *EJ.* hec *B* inclamat *Dousa:* exclamat *libri, Ussingius.* acclamat *Lindemannus* 1121. summis *J* diuum *BDJ.* diuinum *E* 1122. Isse *E* cum *s. v. E* clam] dam *E:* clara *JF* consuetum, t *ex* r *ut vid. J* cubitibus

Eúmque filiúm suom esse, quí illos anguis uícerit:
Álterum tuom ésse dixit púerum.

AMPHITRVO

Pol me haud paénitet,
Sí licet boní dimidium míhi diuidere cúm Ioue.
Ábi domum, iube uása pura actútum adornarí mihi,
Vt Iouis suprémi multis hóstiis pacem éxpetam.
Égo Teresiam cóniectorem huc áduocabo et cónsulam,
Quíd faciundum cénseat, simul hánc rem ut factast éloc
Séd quid hoc? quam uálide tonuit. di, óbsecro uos
fidem.

IVPPITER. AMPHITRVO

IVPPITER

Bono ánimo es: adsum auxílio, Amphitruo, tíbi tuis:
Nihil ést quod timeas: áriolos, arúspices

1127. *Nonius p. 388, 6:* supremum susum altum . . . Pl in Amphitryone: 'ut . . . petam' *Idem p. 460, 9:* pacem et a diis posse Vergilius significat in Georgicorum lib. IIII . . . Pl Amphitryone: 'ut . . . expetam'

Scaliger: cubilibus *libri.* cubiculo *Lindemannus* 1123. suum angues *BEJ.* anguos *D* 1124. tuum esse *BD:* esse *EJFZ, corr. Pylades* aut *E* pẹnitet *J.* penitet *BDE* Scilicet *DEJFZ, corr. Lambinus* michi *EJ.* me *(et* scilicet*) liger* diuidere *ex* diuidore *D* 1126. iube *ex* iuue *D.* iuue *I* ac tutum *EJ* m̀ *E* 1127. Vtio uis *B.* Vt iouis *(s eras.) I* suppremi *J.* subp̄mi *E* multus *E* hostus *ex* hostis *E.* l *Nonius priore loco* pacis *J* expectam *E.* petam *Nonius p loco* 1128. teresiam *(*te resiam *BE.* teresiam *ex* tiresiam *D) B Fleckeisenus ep. crit. p. 20:* tiresiam *JF (*ty-*) Z* con iector huc aduocabo *Muellerus p. 544 (ubi simul de* ad me *vel* e *inserendo cogitat):* aduocabo *libri.* mi aduocabo *Bothius* 1129 *J* facta est *libri* 1130. dii *J* ur̄ām *BDE (*ūram*) J* *Act. V sc. 2* IVPPITER *BDE: om. spatio relicto D* 1131. *Pers. om. BDE* ono *c. spat. DE* adsum auxilio, Ar truo, tibi tuis *LG:* adsum *(*assum *Z)* auxilio amphitrio *(*amph *E)* tibi et tuis *BDEZ.* adsum amphitrio *(*amphytrio *J)* auxili et tuis *JF.* adsum auxilio, Amphitruo, tibi *Bothius.* adsum ego au Amphitruo, tibi *Fleckeisenus* 1132. Nichil *EJ* timieas

Mitte ómnis: quae futúra et quae facta éloquar,
Multo ádeo melius quam ílli, quom sum Iúppiter.
Primum ómnium Alcuménae usuram córporis
Cepi ét concubitu gráuidam feci fílio.
Tu gráuidam item fecísti, quom in exércitum
Profectu's: uno pártu duo peperít simul.
Eorum álter, nostro quíst susceptus sémine,
Suis fáctis te inmortáli adficiet glória.
Tu cum Álcumena uxóre antiquam in grátiam
Redi: haúd promeruit quam ób rem uitio uórteres:
Mea uí subactast fácere. ego in caelúm migro.

AMPHITRVO

Fáciam ita ut iubés et te oro prómissa ut serués tua.
Íbo ad uxorem íntro: missum fácio Teresiám senem.
Núnc, spectatorés, Iouis summi caúsa clare plaúdite.

---

hariolos *libri* haruspices *BDE* 1133. oms *BDE* quę futura et quę *EJ* facta sunt *ex* facta *D* 1134. ad eo *E* qm̃ *J* sim *Camerarius* qui sum *Palat. aliquot* 1135. alcumena eusuram *BE* *(in* alcumenae usuram *corr.)*. alcumenę usuram *J* 1136. Cępi et *J*. Cępiet *ex* Copret *D*. Coepi et *E* feci filio *B* 1137. ita *EJFZ: corr. Saracenus* cum *libri* inexercitum *EJ* 1138. Profectus *libri* unci *E* partu *ex* parto *B* duos *EJFZ* 1139. qui est *libri* *'Quidam libri' (Langiani)* conceptus *Misc. obs. novae III (a. 1741) p. 18* 1140. Si uis *E* inmortalis *E* adficiet (et *in litura m. 2) B*. adfitiet *E*. afficiet *J* 1141. in graciam *D*. ingratiam *E*. ingrām *J* 1142. aut *E* quam obrem *BEJ*. quamobrem *D* uicio *J* uerteres *D* 1143. uis *D* subactast *E*: subactast *B*. subacta est *D*. sub acta est *J* in cęlum *BJ*. incęlum *E*. in celum *D*

Act. V sc. 3 AMPHITRIO *B*. AMPHYTRIO *J*. AMPHTRIOO, *priore* O *male formata et ob id repetita E: om. D spatio relicto (cf. ad titulum prologi Asinariae p. 5)* 1144. *Pers. praef. J* aciam *c. spat. D*. atiam *item E* ita *om. J* pro missa *J* 1145. aduxorem *E (*uxo *e corr.) J* facio *ex* fatio *D*. fatio *B*. faciam *Z* te res iam *B*. teres iam *E*. teresiam *ex* tiresiam *D*. tiresiam JF *(*ty-*) Z* 1146. *Ω praem. Ussingius*. Cantor *praem. Fleckeisenus* Spectatores, nunc *Fleckeisenus* spectator es *D* *Ante* Iouis *parva ras. B* clare *FZ*. dare *E*. cla/re *D*. clara *BJ* applaudite *Gruterus dubitanter* PLAVTI AMPHITRIO EXPLICIT *BE* (AMPHTRIO) *J* (AMPHYTRIO)*: om. D*

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT
INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS
AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI I FASCICVLVS IV

ASINARIA

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXI

T. MACCI PLAVTI

A S I N A R I A

RECENSVERVNT

GEORGIVS GOETZ ET GVSTAVVS LOEWE

ACCEDIT CODICIS AMBROSIANI J 257 INFER. SPECIMEN PHOTOTYPICVM

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI I FASCICVLVS IV

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXI

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

ALFREDO · FLECKEISEN

RITSCHELII · IN · SOSPITANDO · PLAVTO · SOCIO

L · L · M

GEORGIVS · GOETZ GVSTAVVS · LOEWE

PRAEFATIO

Forte magis quam consilio cum accidisset, ut in eadem fabula quae mutanda vel restituenda invenisse nobis videremur inter nos communicaremus et alter quid de alterius inventis iudicaret rescriberet et re ipsa monente id saepius saepiusque fieri coepisset, nihil mirum quod alter haud semel partem tantum veri perspexerat quam alter postea supplevit, ita ut utrius beneficio praecipuo novata deberentur interdum vix sciri posset. Tali autem societate, unde et nos capiebamus summam dulcedinem et propositum ipsum haud mediocrem — ut videbatur certe — fructum, quae coniunctis viribus effecta essent rursus disiungi cum iudicaremus nefas esse, Asinariae quam instituere coeperamus recensionem utriusque nomine inscribi voluimus: cuius societatis quoniam ne nunc quidem nos paenitet, futuro quoque tempore, quotienscumque res ita feret, operam et curam coniungere constituimus.

Iam de subsidiis quibus in edenda hac fabula usi sumus et de ipsius recensionis ratione haec praemonenda visa sunt:

Codicis veteris (**B**), cuius foliis 21^r—30^r continetur fabula, praesto fuerunt quaecumque Ritschelius enotaverat: idem ut codex denuo ab Hinckio excuteretur ipse curaverat: qua in re ne summam quidem diligentiam supervacaneam esse ratus tertium illum contulit Gustavus Loewe. Praeter ea autem quae in ipsa adnotatione testati sumus pauca quaedam praefationi reservavimus, eaque nunc placet absolvere.*)

*) In praefatione Epidici ab Ussingio editae p. 246 exstant haec: 'Vaticanum et Britannicum ..... ipse contuli; horum igitur

Ac primum quidem qualis in B sit discriptio ita indicabimus, ut versuum principia a nostro exemplo discrepantia afferamus. Sciendum est autem reliquos quorum quidem in hac re ratio habenda est codices omnes (DEJ) plane cum B consentire nisi ubi differentiae aliquid testabimur. In adnotatione critica iam dicta hic non iterabimus.

109 sqq. *Atque audin — Vbi cumque libitum — Quem iam dehinc — Nequid nocere — Omnem animum — Quinte quoque —*

202 sqq. *Semper occulate — Vetus est — Mihi orationem — Longe aliam —*

386 sqq. *Propterea huc — A te uerberarier — Pol haud —*

528 sqq. *Ante id — Te facturum — Dum eius —* (DE recte discribunt)

589 sq. *Nimis uellem — Si forte —* (sic solus B)

631 sqq. *Quia ego — Hinc med — Quas hodie —* (solus

644 sqq. *Proinde istud — Ego uero — Vinerum* (in *ernm* corr. m.²) — *Vin faciam —* (solus B)

876 sqq. *Sequere hac — Nihil ecastor — Quid — Po si —* (sic DE, recte BJ)

939 sqq. *Depalla memento — Immo intus — Da sau — Grex hic* (solus B)

Vides DEJ melius quam B conservasse genuinum suum ordinem; nec te fugerit, si alias contuleris fabulas, pusillam omnino esse in discribendo codicum et editio discrepantiam. Neque id mirum ob versuum simplicitatem *μονοτονίαν*. Quae res num graeco poetae tribuenda sit qu

---

scripturae si quando apud me aliter quam apud Goetzium afferun non incuria hoc fit, sed quia me aliter legisse mihi persuasum e Quae cum legissemus — neque enim quicquam humani a nobis a num esse putamus — statim graviora quae non recte nos rettul arguit Ussingius (negavit v. 141 sq. Chaeribulo, v. 225 verba *Quid mirabilest* Periphani dari, v. 262 esse *eia* ex *euge* correctum, v. 5 *multi de ubi andant* sed *multi mihi de ubi andant*, v. 705 *minas* il exstare) excerpsimus, ut iterum in rem inquireremus: rogantibus nobi Augustus Mau respondit Ussingium in omnibus miro modo oculo fefellisse. Qua re si quando Ussingio denuo persuasum erit se alite legisse, amicum Romanum in posterum non sollicitandum esse intelloximus.

quam nescimus, probabile tamen esse putamus: argumentum enim non minus simplex ac *μονότονον*.

Transimus ad personarum notas, quas suo quamque loco ex singulis codd., qui in hac quoque re plane concinunt, afferre nimiae esset diligentiae, ex BDEJ coniunctas afferemus, ut tamen singularia quaedam certis locis et libris adscribamus.

Per primam scaenam (I 1) praeter primum (LIBANVS) et octavum versum (DEMENETVS) personarum notae sunt SERVVS (vel SERV̄ SER̄ SER) et SENEX (vel SEN̄ SEN. SENES· E v. 15), nisi quod septuagesimo versui E praefixum habet DEME.

I 2. Solus loquitur Argyrippus. Item comparata est scaena II 1.

I 3. Pro Cleaereta: LENA leñ (EJ) Cler (in primo v. J) Pro Argyrippo: ADOLESCENS ΔdolesC ΔDOŁ ado (E) adł (J)

II 2. LEONIDA LEONIδ leonid LEONĪ leoni leoñ leoñ (E 102) lenid (E 74) leon leō leo

LIBANVS libañ liba LIB̄ liδ lib labanus (E v. 66)

II 3. MERCATOR MERCAT̄ MERCA MERC̄ merc MER̄ mer

LIBANVS liba lib̄ lib

II 4. Praeter titulum 'chlamydati' mentio fit in solis v. 4 ('cHlamidatus' B;]MIDATVS D ita, ut etiam dimidia pars M litterae interciderit; 'ciamidatus' E; 'chiamidatus' J) et 25 (in solo B 'clamidatus' praefixum, quod reliqui om.), ceteroquin audit MERCATOR vel compendiis significatur sic ut II 3.

LEONIDA LEONIδ Leoni LEON̄ LEŌ LEO LEON̄, O ex D (v. 46 D) LEO, O s. v., m.² (v. 65 B)

LIBANVS LIB̄ lib

III 1. CLERETA cleř

PHILENIVM PHILeni phileñ phił

III 2. LEONIDA et LIBANVS eorumque nominum compendia supra iam exscripta (LIBAN², LI s. v. D v. 43. E in margine fere semper plena nomina exhibet).

III 3. Pro ARGYRIPPVS ubique ADOLESCENS (ȧdolescẽ; ADOLES; ȺDOŁ; Ȧdoscens B v. 19; adł raro J). Singulare est quod, cum reliqui omnes nullas exhibeant nisi per *-o-* formas, E in margine habet *-u-* (ȧdvlescẽ advles advle. advł), in contextu *-o-* (semper 'adoł'). Aliter in sc. IV 1.

Libani et Leonidae solita compendia (labanus E v. 6. LEON, O s. v. E v. 26. leonida, o s. v. E v. 49)

PHILENIVM philenĩ phileñ phyle (v. 5 E) phił pH (v. 114 B). Nusquam secunda nominis syllaba per *ae* vel *e* effertur.

IV 1 et 2. DIABOLVS semper notatur ȧdoł (ne in E quidem usquam *-u-*)

PARASITVS parasi PARAS̃ PȺRȺS. PȺR̃Ȧ par̃ (PARASIT^{2}, SI s. v. D v. 45)

V 1. Pro DEMAENETVS habes: SENEX. Sene. Señ

Pro ARGYRIPPVS notatur: adoł

V 2. ȺRTEMONȦ artemõ ȺRTEM̃ ȺRTẼ ȺRTE ȺRT̃ ȺR (ARTEMONA, N ex R v. 1 D)

ARGIRIPPVS argiripus (sic constanter in B, ubicumque plenum nomen exhibetur) Ȧrg̀rip^{9} ȺRGYR̃ ȺRGYR. Ȧrgiř ȺRG̃ arg. ȡg̃

PARASITVS PȺRȺS̃ PȺRȦ PhȺR̃ PAR̃

Pro DEMAENETVS habes SENEX SEÑ SE

PHIŁ Phil.

Adicimus —'ne quis in errorem incidat — ut B ita reliquorum quoque librorum discrepantias uncinis circumclusas ad eum solum codicem spectare, cuius nota proxime praecedit. Ita ad v. 405 si adnotamus: *eachidinis* DE(in ras.)J(m.^{2} ex *cachi dinis*), sequitur ut in Ursiniano simpliciter *cachidinis*, idem in Ambrosiano in rasura scriptum, in Britannico autem ex *eachi dinis* factum sit.

Codicis Ursiniani **D** (f. 23^{r}—41^{v}) scripturae eidem eorundem virorum curae debentur, quibus veteris copias deberi diximus, sed ut iterum accedat Gustavi Loewe opera.

S l. b istuc ē q̄ cū lisidā olimpio. o. cū ipso q̄ tu
s ēp. cū uxore tua. o. q̄ tu m̄ q̄si uxorē.
c enator tu q̄de es. dies atq; noctes cū cane estate ꝯgeris
S d. b aut q̄ loq̄re tec. o. orat obsecrat. ne casinā
c ꝯiugē ducās. q. qd tu p̄ta. o. negaui et ipsi me
q. cessit[illegible] tou si res mea orat. dū te[illegible] tu
S h. c iserrito totasitat[illegible] urge m̄ edepol ego illā
o odiā dirupta[illegible] li. o. credo edepol ex lig[illegible] tu
f tuga bone es. uerū edepol tua m̄ odiosa ē amatio.
j nimica ē tua uxor. m̄ tuus inimic̄ fili[illegible]
l nimica familiares. s. q̄d id refert tua. m̄ e hic dū
p pti[illegible] sit iuppite tu istos minutos caue dos flocci feceris.
c h uge sic iste magne. q̄ tu uelcias repente ut emoriare
h utinam iouis[illegible] tu iuppite sic mortuus
c ut ad dos minores redierit regnū tuū
d s m̄ subuenies tu aut capiti aut cruribus.
S d [illegible] pi[illegible]one ei rei ē b[illegible] rei tua illi īpetra[illegible]ue
t go cū casina nubō. o. n̄ hercle opinor posse. m̄
u xor acē tua ista[illegible] ne[illegible] ti dei. sat ego sic agā
q uitiā sortes i sitellā; sortiar ē ut casino. m̄ re[illegible]
h at[illegible] intelligo. necessū ē uorsis gladiis depugnarier.
O q. ob lori[illegible] al[illegible] euenit q̄ uoles.
S b enecte csiliū sic ē. dos speramus
O h ego istuc ubi[illegible] emissū re[illegible] ē[illegible]
p a dos mortales dei ē bre[illegible] [illegible]
c ubi ego diseruos sepe multo decepi [illegible] tace pass[illegible]
o d. o ui[illegible] ceteri [illegible] forat calini [illegible] cū situlla z sortib;
[illegible] nos globatis signis depugnabim[illegible].

[illegible] SERVUS EIDEM

[illegible] chaling[illegible] ceraorē [illegible] [illegible] uer me uelit.
.c. Jlle edepol arduite te aderi[illegible] [illegible] portā metuā
c [illegible] ea[illegible] uellet at pol ego haud [illegible] crepes[illegible] cto scio
S p b[illegible] artificiū tu quā rebare [illegible] [illegible] b[illegible] ab ep[illegible] [illegible].
l uid si ppl[illegible] attolland[illegible] legua famulsa[illegible] [illegible] obuid[illegible]



Praesto fuit etiam Henrici Brunn collatio in Ritschelii usum confecta. De m.^{2} et m.^{3} cf. quae dicta sunt in Analectis Plautinis p. 186. Scaenarum titulos ubi exstant scripsit m.^{2}, personarum notas, quarum fere nulla a B discrepantia, m.^{1}

Ex Ambrosiana quae Mediolani est bybliotheca novum priorum octo fabularum codicem (E) protraximus (cf. praef. Curc.). Qui liber quin saeculo XIII scriptus sit ab artis palaeographicae peritis vel dubitari posse omnino negamus. Sed quoniam a quibusdam dubitatum esse scimus, subiecimus duarum paginarum exemplum phototypice expressum, cuius photographiam ut faciendam curaremus permisit Antonii Ceriani, illustrissimi Ambrosianae praefecti, liberalitas. Has autem paginas elegimus propterea, quod manuum tertiae et maxime secundae operam luculentius ostendunt aliis. Continentur versus Casinae II 5, 9—6, 39.

Totam autem nostram et conferendi et collationis communicandae rationem facillime illustrabimus addita horum versuum a Gronoviana quam vocant vulgata discrepantia. Qua in re non aliter atque in Asinariae commentario critico earum manuum variarum, quae saeculo decimo quinto codicem innumerabilibus locis vel correxerunt vel — id quod multo frequentius est — corruperunt (= m.^{3}), tum demum rationem habebimus, cum m.^{1} vel m.^{2} (de quibus discernendis cf. Mus. Rhen. t. 34 a. 1879 p. 53 sqq.) scripturae iam erui non possunt. Quas nota non addita afferemus discrepantiae sunt primae manus: secundam sua nota testabimur.

Discriptionis varietas haec est: *Quid' istuc — Semper — Venator — Quid' ait — Vxorem ducas — Concessurum — Nunc infermento — Mediam — Frugi bone — Inimica — Inimici — Propitius — Nuge — Humani — Cum ad — Quis m — Opinionem — Ego cum — Vxor — Connitiam — Natam — Quid si — Vidi ego — Quid uis — Nunc nos — Sin secus — Sortem tibi — Vnum inicus — Cedo mane — Alias oris — Est habe — Tuum sit m — Tibi quidem —*. Reliqua versuum principia non discrepant.

Senex et servus *S* et *O* notis significantur | 9. *Quid'* | *qui cum legitas olimpio* | 10. *Semper es cum uxore mea,*

mea m.^{2} ex *tua* | 11. *m̀**) | *uxorem quasi* ex *quasi uxore* 12. *ætate* | 13. *Quid' ait* | 14. *ducas* | 16. Pers. nota oi *dii* | *seruassint m̀, int* m.^{2} in ras. | 17. *S* nota praefig | *infermento totastitat urget m̀* | 18. Pers. nota om. | *u* m.^{1} ex *olim* | 19. *bone* | 20. *m̀* | 21. *m̀ tuus inimicus* | *q̀id' id* | 23. *hic* ex *hinc* ras. | 24. *munitos* | *flocci fecer* 25. *C* praef. | *Nuge* | *iste magne* | 27. *set tandem si, tan si* m.^{2} s. v. | *si se mortuus* | 28. *Cum* | 29. *Quis m̀ subueni Quis m̀* m.^{2} ex *Quid m* | 30. *Opinionem eius* | *habeat res res* del. m.^{2} | 31. *cubem* m.^{2} ex *nubem* | 33. *istarne m̀ de Sat ego* | 34. *9nitiam* | 35. *et* m.^{2} ex *ut* | *calino* | *ita, t* et male intra v. et melius supra eum picta | *intelligo* | *aliter, i* ex *t* | *euenerit quam uoles* | 38. *Benedic edissu sperauimus* | 39. *istud* | *emissum ut t̀staltitio,* duarum litt rum spatio ante *ut* | 40. *ōs* | *set* | 41. *ego disertos. sepe* | *cepi. Set tace* | 42. Pers. notae omissae sunt | *ectum* | *calinus* | *sistella* | 44. *Nunc* m.^{1} ut vid. in ras. | *consolat depugnauimus* | II 6. *MVLIER SERVVS EIDEM, EID* m.^{2} add. | Personarum notae in hac parte scaenae sextae omnes | 1. *acc,* spat. initiali vacuo | *chalinę* | *me* om. | *tiorem equidem* | 2. *edepol ardentem te uidere* | *metuan Crede* | *uellem* | *hau* | *set certo* m.^{2} ex *si certo* ut vid. | 4 *ficū ē* m.^{2} et m.^{3} ex *artificē ē* ut vid. | *hariolum* | *ab e famusque* f. 12^r: 6. *Seq̄re* | *adsunt* | *q̄* | *impetrauisti est* | 9. *cortulum* | *ad suda si siam,* altera *d* s. v. | *astigia* | 10. *caline coprime istunc immo* | *quid' dicit* | *pone* | *si tellam sortis* | *m̀* | 12. *apste* | *mecum* | 13. *Vxor ut* m.^{2} ex *Vxor ut casi na, ut* m.^{1} ex *mea* | *m̀* | *ha* | 15. *m̀* | *ad eo* | *m̀* | 16. *Iam dudum* | 17. *im redi uixeram* | 18. *sepe* | *tanto opere, to* m.^{2} ex *go*

---

*) Quod hic et in fabula *m̀* pro *mihi* scriptum testa non putidae est diligentiae tribuendum. Dici enim neq stantem librarii usum, utrum *mihi* voluerit an *michi.* S bus iudicandum.

tuo | *atque ego* | *qid*^{7} *est* | 20. *uilico* | 22. *utrimque* | *uotat* | 23. *Optimum equissimum* | 24. deest | 25. *equis* | 25. 26. *scriptum. Vnum inicus est* | *prius quam m* | 27. *in* om. | 28. *nequa illic sit*, *sit* ras. ex *sit̄* | *Alias oris* | 29. *mente cesses* | *q̄ tum* | 30. *quid bonum* | *fortunatum Tuum sit m magnum* 31. *credo* ras. ex *credo* | *pietatem tuam noui* | 32. *Sct ne dum inunista* | *abiegnas tuas* | 34. *Auge* | *conicite* | *eccere* | 35. *equa* | *noli* | 36. *deuobit sorti* | 37. *q̄so aut quidem* | 38. *M* | 39. *ut* s. v. *cnūgare.* — *F.* 11^{v} in margine addita sunt m.^{3} haec: II 5, 20 *amatio pro dilectio est* 36. *Necessum est pro necessarium* 39. *at̄ emissin atr empsin titiuilitio .i. emerem re uilissima* 41. *al diis fretos* II 6, 2 *porta nictua .i. nocturna*

Hunc igitur codicem non solum antiquiori illi qui in museo Britannico asservatur anteponendum esse, sed hic illic adeo Veteri Ursinianoque praestare l. s. s. comprobavimus. Cuius bonitatis egregium nunc accedit documentum: in gravissimi momenti memoria Veterem Ambrosiano E plane vinci demonstrabimus. Namque dum denuo eum excutit maioremque partem confert Gustavus Loewe, incidit etiam in litterulas quasdam scaenarum titulis in fine subiectas, quales integro codice perlustrato repertae sunt hae:

Amphitruonis

(1) II, 1 f. 9^{r}: AMPHYTRIO SOSIA ·P·
(2) 2 10^{r}: ALCUMENA 7 EIDEM ·C·
(3) III, 1 13^{v}: IVPPITER DV
(4) 4 15^{r}: MERCVRIVS F

Asinariae

(5) II, 3 23^{r}: LIBAN^{9} SERUS MERCHATOR ·C·
(6) III, 2 25^{r}: SERVI DVC̃
(7) IV, 2 29^{r}: ADOLESCENS. ARÇIRIPPUS · 7 PARASIT^{9}· DVO·

Captivorum

(8) III, 1 49^{v}: PARASITUS DV

Curculionis

(9) V, 3 f. 67r: CAPPADOX EIDĒ · LENO ·C·

Casinae

(10) III, 2 74r: SENEX · DV.

(11) III, 4 74v: SENEX ·II· DV

(12) IV, 1 76v: ANCILLA DV

(13) 2 76v: ANCILLA SENEX· DV

(14) V, 1 77v: MVLIER ANCILLE ·II· C·

Cistellariae

(15) I, 2 81r: LENĘ A RESTITIT DV·

(16) 3 81r: PLOCVS DV

(17) II, 1 82r: ALCHESIMARCVS · ADOLESCENS· ·C -

(18) 2 82v: LAMPADISCVS SERVVS MELENIS LENA DV

(19) 3 82v: PHANOSTRATA MVLIER LAMPADISCVS SERVVS MELEN[illegible] LENA - DV

(20) III 83v: MELENIS·LENA SELEN,V̄ MERETRIX —C·

Epidici

(21) I, 2 87r: STRATIPPOCLES · CHERIBOLVS ADOLE[illegible]C ENTES SERVVS DV

(22) II, 1 87v: APOECIDES PERIPHANES SENES ·II· DV

Mente, non oculis tantum haec perlustrantem haud fac[illegible]le te fugerit uberrimas has esse eius *σημειώσεως* reliquias, qu[illegible]ae ad cantica (C·) et diverbia (DV·) discernenda spectat, p[illegible]ri- mum erutae illius ex BCD codicibus et admirabili cum su[illegible]b tilitate pertractatae a Friderico Ritschelio in Musei Rhe[illegible]n. t. XXVI (a. 1871) p. 598—637 = Opusculorum t. III p. 1—54*).

*) Ad opuscula redeundum est, si quis Ritscheliana de hac mate[illegible]ria omnia in unum locum congesta commode noscere cupit. Ibi etiam a Gepperto (Studiorum Plautinorum I p. 1—15) et Bergkio (Philolo[illegible]gi t. XXXI a. 1872 p. 229—246), qui de eadem scripserunt, prolatorum ratio habetur.

ollectarum ibi ex B codice, qui solus priores octo fabulas hibet integras, quinquaginta trium fere notarum undecim antum ad has comoedias pertinent, cum in Ambrosiano E iginti sint: demptis nimirum utpote aliter comparatis eis, quas 1 et 4 numeris insignivimus. In utroque autem fonte exstant 7. 8. 12. 13. 17. 18. 19. 21. 22, in solo E reliquae. In novam hanc memoriam inquirentibus nobis apparuit comrobari omnino ea quae Ritschelius l. s. s. docuit: versibus nim lyricis (ut eiusdem utamur compendio) et septenariis · praefigitur (2. 5. 9. 14. 20), senariis DV · (3. 11. 15. 16). rror est — cui totum hoc adnotationis genus quam sit obxium non nesciunt periti —, quod semel (10) DV · habes ptenariis praescriptum.*) In Asinariae III, 2 titulo (6) bitari potest utrum DV$\overline{C}$ factum sit ex Veteris DVO an pleniore memoria DVO C·: nam de hoc explicandi modo gitari posse non negabit qui supra collectae notarum in servatarum copiae memor est.

Restat Amphitruonis duorum titulorum *παρεπιγραφή*: · et F. Utroque loco si cui corrigendum videatur C· prorea, quod scaenae illae lyricis sint adnumerandae, non s equidem habebit adsentientes: nimis enim abhorrent litarum formae. Quod contra sic statuimus: Veteris codicis e fabulae, quae omnium plurimas retinuerunt C· et DV · tas, cum etiam graecas litteras quibus actores distinguunr exhibeant fere solae, hic quoque alterius generis agnocimus reliquias. Ex quibus autem litteris factae sint P et ? nemo pro certo contendere ausit: veri simillimum nobis videtur ex *B* (quoniam de *P* cogitari nequit) et *Γ*. Quod utut est, sufficiunt quae proposuimus ad demonstrandam singularem**) E codicis bonitatem, quam ab eo iam non abiudicabunt, qui exquisitiora illi tribuere dubitaverunt.

Scripta est Asinaria, ut ad hanc redeamus, in Ambro-

*) Ibi J ex SENEX · DV · fecit SENES · DVO, prioris scaenae titulo duce.

**) Quamquam hic illic socium habere videtur J codicem (sicut B quoque, licet raro, C et D), quem nondum satis novimus. Sic Cistellariae I 2 et 3, quamquam altero loco J corruptus exhibet DVC.

siano E inde a f. 17^{v} usque ad 31^{r}. Bis eam contulit Gustavus Loewe.

J nota significatur musei Britannici codex, quode plura vide in praefatione Epidici p. XVII sqq. Cuius libri specimen phototypicum publicavit nuper Eduardus Sonnenschein in Captivorum editione (Lipsiae et Londini a. 1880), unde patet initio fere saeculi duodecimi tribuendum esse. Scripta est ibi fabula inde a f. 127^{r} usque ad 139^{v}. Contulit codicem idem ille vir doctus qui Epidicum et Curculionem (cf. praef. p. XIX) descripsit, apographon confecit integrae fabulae Hermannus Mueller-Struebing, cuius benevolentiae etiam eorum versuum veram utpote denuo examinatam debemus scripturam, de quibus aliter rettulerat qui prior contulerat. Pessime habitum esse codicem, maxime igni, identidem narratum est, idemque ex nostra adnotatione colliges, ubi aut plenius diximus *haec vel illa verba legi non posse*, aut uncinulis additis quae interciderint ita significavimus, ut velut

] *libanus* significet versum inde ab initio usque ad *libanus*,
libanus [versum post *libanus* usque ad finem mutilatum esse vel legi nequire.

Marginibus laesis magna versuum pars personarum notis praefixis privata est. Addimus conservatarum indicem. Reliquorum versuum initio positae ex solis BDE codd. allatae sunt. Pepercit ignis his versuum principiis: 58—63 (ut tamen prima solum notarum littera S supersit). 51. 52. 85—91. 153—175. 227—248. 249. 299—340. 381—420. 462—501. 541—580. 620—661. 703—744. 775—823. 865—906 (excepto 870).

De F (Lipsiensi) et Z (editione principe) non habemus quod eis quae a nobis et aliis dicta sunt addamus, nisi quod disertis monemus verbis haud paucas illorum scripturas consulto omissas esse. Quodsi quis plures etiam omittendas fuisse censuerit, ei obiciemus non sine utilitate cognosci, qualis tum, cum resuscitatis in novam vitam litteris Plautus laeto cum studio et lectitabatur describebaturque et — exeunte saeculo decimo quinto — imprimebatur, species fabulae fuerit.

Praeter codices diligenter usi sumus testimoniis grammaticorum et scholiastarum similiumque id genus scriptorum: alii enim ex Asinaria afferre non videntur, unde non iniuria concludi posse putamus ne antiquis quidem temporibus fabulae argumentum vel sententias nimis placuisse. Linguae veteris sane usus illustrari poterat ieiuniore etiam opusculo. Horum testium praecipuus est Nonius, qui decimam fere fabulae partem exscribat, idque non sine aliquo emendationis fructu: cf. velut v. 145. 262. 319. 425. 506. 942 et maxime 174. Quamquam plus etiam facile quispiam exspectaverit, tam antiquo fonte. Sed quo minus inest, eo certius constat iam ea aetate, qua glossographi illi qui Nonio auctores sunt primas tres poetae fabulas scholiis ornabant, Asinariae condicionem non multum discrepuisse ab ea, quam in nostris codicibus traditam habemus. Immo tam similes sunt loci illic allati, ut ad eandem plane recensionem, non ad illam pertineant, cuius unus testis nunc exstat codex palimpsestus. Is quod ne parvulas quidem Asinariae lacinias continet magno opere est dolendum. Bambergensis Noniani Ribbeckius nobis misit scripturas. Ceteroquin non potuimus non uti copiis Quicheratianis neque plenis neque planis. Indici eius omnino fides habenda est nulla, qui solius Asinariae decem locos omittat. Varro bis eundem versum affert. Utriusque loci (atque alter quidem ex solis apographis Victoriique collatione peti potest) lectiones debemus Augusto Wilmanns, ut nihil novi didicerimus ex Adolfi Groth scriptione 'de M. Terenti Varronis de lingua latina librorum codice Florentino', et separatim a. 1880 edita et dissertationibus Argentoratensibus inserta. Festi Paullique codicum discrepantias Toeroeckius Budapestensis, Gellii commodavit Hertzius. Glossas accurate adscivimus. Osberno cave ne nimium tribuas: cf. quae exposita sunt praef. Curc. p. xx. Ex Asinariae quoque apparatu (cf. velut v. 238. 343. 706) patet, quam ille simili usus sit eius libri, qui cum Osberno eidem et saeculo et terrae ascribendus est, Londinensis qui in Museo Britannico asservatur J.

De Scaligeri et Reizii scripturis, de exemplaribus Hermanniano, Lachmanniano, Ritscheliano conferan-

tur quae in praefatione Epidici p. XXI exposita sunt: h exemplaribus debentur coniecturae quaecunque loco non ind cato adferuntur. Quam v. 295 commemoravimus Fleckeisei lectionem, Ritschelius adnotaverat. Reisigii emendati quam v. 804 recepimus, ex Lingiani de hiatu libelli*) p. margine desumpta est. Nostras coniecturas LG significam

Editiones et commentationes eadem qua voluit Ritsch lius cura adhibuimus, ut quae recte inventa essent ad e qui primi invenissent referremus, neque eos silentio praet mitteremus, qui aut verum vidissent ante quam ex codicib esset protractum, aut locum corruptum esse recte perspex sent improbabilem coniecturam proponentes ipsi, despera autem locis et difficilioribus qui nondum persanati ess non excluderemus nisi scripturas aperte vitiosas aut fa librorum manu scriptorum lectione fultas, saepe fieri rati etiam scripturae improbabiles alium ad verum propius ducerent. Interdum etiam sic tantummodo prohiberi po perspeximus, quominus quae consulto oblivioni traditae ess ab editore denuo emergerent coniecturae viles et inutil Qua in re quamquam scimus nos vituperari, ne sic quid ut aequitati ita *κρίσει* Plautinae optime consuli diffidimus

Asinaria saepius separatim vel cum paucis aliis coniunc fabulis est edita. Notae nobis fuerunt editiones hae:

1) M. Actii Plauti Asinii | COMICI CLARISsimi Comœdi quinq3 | 1 Amphitryo. | 2 Asinaria. | 3 Aululariа 4 Captiui duo. | 5 Curculio. | Cum lucubratiunculis e commentarijs | Pylade Brixiani, ornati. | *In fine:* Arge torati. Ex Aedibus Matthiae Schürerij | Mense August Anno Christi Saluatoris. M. D. XIIII. — Inspeximu huius editionis exemplum Gottingense nec aliud exhibe vidimus quam commentarios Pyladis in brevius con tractos et hic illic depravatos.

2) M. Accii | Plauti | comoediae V | magna cum cur

*) Emimus nuper Hamburgi. Inscriptum est titulo: 'Wensch. E libris beati Car. Reisigii, praeceptoris mei longe dilectissimi', in fin praeter alia adnotatum: 'Inepte disserit contra me p. 23'. Margine pleni sunt obelis et diplis, quem usum praeceptoris continuavit Ritschelius

emendatae a Ioach. Camerario Pab. modo editae cum annotationibus eiusdem. Lipsiae M . D . XLV. — Insunt Amphitruo, Asinaria, Curculio, Casina, Cistellaria. Integra repetita sunt omnia in editione maiore.

3) M. A. Plauti Asinaria. Textum recognovit, virorum eruditorum notas collegit, suasque adjecit Ernestus Iulius Richter. Norimbergae 1833. — Haec editio bonae frugis fere nihil attulit.

Non notae fuerunt editiones hae:

1) PLauti Comici poete clarissimi Asinaria emaculatissime impressa . . . . . Impressum Liptzk per Jacobum Tanner Herbipolensem. anno 1506. Die 25 Junii. — Cf. Ritschelius Opusc. philol. vol. V p. 49. — Deinde ex Schweigeri libro addimus has:

2) Asinaria 4. Paris 1546.

3) Asinaria accurate et studio singulari Ioach. Camerarii emendatius quam unquam ante edita. 4. Paris. 1555.

Asinariam ex Demophili Onago expressam esse prologus indicat utcumque male habitus. Is autem comicus cum aliunde notus non sit*), multi Diphili nomen restituere conati sunt: quos conatus ipsum metrum eludit, nisi quis cum Guyeto hanc inducat scripturam:

Diphílus hanc scripsit e. q. s.

Quod autem Fleckeisenus Bergkium ducem secutus in indice quodam comicorum poetarum Demophili nomen restituendum esse censuit (cf. Nov. annal. vol. 97 (a. 1868) p. 215), hanc eum sententiam fefellisse nunc prorsus constat. Nihilominus Demophili nomen retinendum videtur.

Secuntur nunc quae ad personarum indicem addenda visa sunt. Ac primum quidem consentaneum est Diabolus nos e libris recepisse, cum Diabulus 'aliud agenti sibi excidisse' Fleckeisenus ipse professus sit (cf. Ritschelii Opusc. philol. vol. III p. 309). Ceterum notandum est neque *Διάβολος* neque *Διάβουλος* apud Graecos inveniri, nisi quod

*) Argumentum Asinariae ieiunum magnaque ex parte et inurbanum et inlepidum est, unde facile explicabis quod praeter hanc fabulam servis libertinisque Romanis a poeta barbaro procul dubio probatam ne nomen quidem memoriae proditum habemus.

coniectura hoc posuit Erwinus Rohde (Mus. Rhen. vol. XXX p. 148) apud Apuleium Metam. IV 14 p. 65, 9. Mira sunt quae contra Fleckeisenum disputat Ussingius. Philaenium esse meretricis nomen primus perspexit Pylades, qui ad v. 53 haec adnotat: 'Proinde *Philaenium* legendum est hoc loco, quod mulieris est nomen apud Graecos et secundam per ae diphthongum habet; scribitur enim *φιλαινιον* a verbo *φιλεω*, quod est 'amo' vel 'osculor' quasi amasiam dicas. Similiter et Philaenis, de qua Martialis: *paedicat pueros tribas Philaenis*'. Philenium quod multi receperunt non recte defendi vidit C. Keilius Mus. Rhen. vol. XX (a. 1865) p. 563. Cf. Ritschelius Opusc. philol. vol. III p. 331. Cleaeretae nomen in libris ita exhibetur:

leęna cleereta (e *alt. s. v.*) superscr. I 3 E.
LENA CLEERETA superscr. I 3 J.
CLEERETA LENA superscr. III 1 D^2.
cleaeratae (at *ex* æt) v. 751 in contextu D.
claeaerate v. 751 in contextu E.
claearatę v. 751 in contextu B.
cleretę v. 751 in contextu J.
LENA CLERETA superscr. I 3 B.
LENA CLEREA superscr. I 3 D.
CLERETA LENA superscr. III 1 BEJ.

Itaque apparet duas esse formas traditas *Cleaereta* et *Clereta*, quarum posterior ex priore corrupta est. Inde iudicanda sunt quae Ussingius de hoc nomine protulit. Ceterum cf. Fleckeiseni Annal. vol. 113 (a. 1876) p. 358.

Fabulam non integram ad hanc aetatem pervenisse dubium intellectum est. Velut quod post v. 809 quaedam intercidisse iam Scaliger suspicatus est, cum *λείπει* in margine adnotaret. Ac ne Guyeto quidem omnia sana visa sunt*), quippe qui scaenam IV 2 post V 1 ponendam esse censeret, novam difficultatem contrahens: eandem enim molestiam quam vitaturus fuit ultimae scaenae intulit. Scaligeri via

*) Cf. vol. I p. 297: 'haec scena post sequentem locanda videtur tum quod eorum quae in ea fiunt mentionem faciat, tum quod easdem personas habeat cum praecedenti, quod in comoedia fieri non solet' –

keisenus ingressus lacunae signa addidit. Sed ne quis
huic coniecturae parari adminiculum eo, quod Nonius
5, 30 versiculum adfert ex Asinaria ubi iam non ex-
hunc:

Qui etiam me miserum famosum facit flagitiis suis

Gulielmius post Asinariae v. 875 posuit probantibus
no et Quicheratio, monendum est hunc versum a Gu-
o Studemundo Ind. schol. Gryphisw. a. 1871/72 p. 15 Am-
ano duce rectissime ad Casinam esse relatum. Ceterum
sa lacuna dubitari posse iure contendit Ussingius p. 424.
Maiores lacunas sibi indagasse visus est Andreas Spen-
in libello quem de actibus Plautinis conscripsit. Quo in
lo et ipsam scaenam II 4 plenam esse negavit et aliam
eam intercidisse contendit, qua Demaenetus e foro revo-
fraudis factus sit particeps — id autem concludit ex
0—584: simul cum ea aliam desiderat, qua Argyrippus
ns e foro, quo v. 248 abiit, desperationem suam indicet:
e enim illum intrasse domum Philaeni ita ut a ceteris
conspiceretur. Quam opinionem fefellisse Spengelium
e apparet: nisi forte simul v. 329 exturbat, ex quo pateat
antea Argyrippum domum Philaeni intrasse. Deinde
ex v. 580—584 conclusit scaenam periisse: contrario
imus, si talis scaena qualem ille vult exstitisset, num-
n talia dicentes servos facturum fuisse poetam. Denique
ipsam scaenam II 4 lacunosam esse dicit, praeter par-
lacunam quam post v. 495 statuimus in adnotatione
desiderari iudicamus. Namque versum 479 coniungen-
esse cum v. 485, ut resecentur interpositi, statuimus
Ussingio. Praeter has autem maiores lacunas nemo
agavit.

Interpolationis varia genera experta est Asinaria.
lumus nunc immorari in eis locis plurimis, quos sine iustis
pe argumentis damnavit Guyetus: maioris interpolationis
spicionem movent v. 480 sqq.; accedunt minores, glosse-
ata plerumque, velut v. 66, 77, 126, 250, 252, 552: aliunde
sertus videtur v. 93: v. 105 iniuria temptatus est. De aliis
nae huc pertinent cf. adnotatio.

Nihil commune habet cum his interpolationibus id ad-

ditamentorum genus, quod ex diasceue repetendum didicimus: cuius generis plura quam adhuc creditum est exempla nobis detexisse videmur. Atque versus quidem 309 sqq. turbatos esse post Guyetum perspexit Ussingius: a cuius suspicione profecti v. 312—317 ad alteram recensionem spectare statuimus atque destinatos fuisse ut pro v. 309—311 et 318—324 legerentur. His addendus est exitus primae scaenae, cuius altera recensio haec fuisse videtur:

Dem. Redimám. Lib. Tum tu igitur áliud cura quíd lubet.
Ego eo ád forum, nisi quíd uis. Dem. Ei, bene ámbula.
Atque aúdin etiam? Lib. Écce. Dem. Si quid té uolam,
Vbi erís? Lib. Vbiquomque lúbitum erit animó meo.
Profécto nemost quém iam dehinc metuám mihi,
Ne quíd nocere póssit, quom mihi tú tua
Orátione omnem ánimum ostendistí tuom.
Quin té quoque ipsum fácio haud magni si hóc patro.
Pergám quo occepi atque íbi consilia exórdiar.

haec autem altera:

Dem. Redimám. Lib. Tum tu igitur áliud cura quíd lube— :
Ego eo ád forum nisi quíd uis. Dem. Ei, bene ámbula—
Audín tu? apud Archibúlum ego ero argentárium.
Lib. Nempe ín foro? Dem. Ibi, si quíd opus fuerit. Li[illegible]
Méminero.
Dem. Non ésse seruos péior hoc quisquám potest
Nec mágis uorsutus néc quo ab caueas aégrius.
Eidem hómini, si quid récte curatúm uelis,
Mandés: moriri sése misere máuolet,
Quam nón perfectum réddat quod promíserit.
Nam illúd ego argentum tám paratum fílio
Scio ésse, quam me hunc scípionem cóntui.
Sed quíd ego cesso ire ád forum quo incéperam?

V. 126 spurius est.

Tertius accedit locus, quem huc referendum esse primus perspexit Fleckeisenus: v. 23 sq. idem dicunt quod v. 25—28: adde quod *eloquere* exstat v. 28, *eloqui* v. 24. Utra tamen recensio genuina sit merito dubitaveris.

Quartus est locus v. 210 sqq.: versus enim 210 eadem

exhibet quae v. 211—214, nisi quod hic omnia ad nauseam usque amplificantur.

Eodem spectare viderentur v. 32^{b} et 47, nisi uterque pariter loci sententiam turbaret. Eodemque fortasse pertinent v. 140 sq. et 558—560. Praeterea de v. 856 sqq. dubitavimus, num forte v. 858—860 ex alia essent recensione, maxime propter v. 860. Quod versus 896 sqq. huc pertinere putat Langenus, non sine probabilitatis specie eum hoc proposuisse statuimus.*)

Praeter dittographiarum genus ad diasceuen pertinent alia additamenta. Ac primum quidem huc referendi videntur v. 828 sq., qua de re conf. Weisius in libello qui inscribitur 'Die Komoedien des Plautus' e. q. s. p. 34 sq. et Geppertus Stud. Plaut. vol. I p. 81. Paullo aliter explicandi sunt v. 77—83, si quidem cum Ribbeckio pro spuriis sunt habendi, quippe qui ad illorum societatem accedant, quos Bacch. III 1 expulit Weisius, Epid. I 2 Geppertus.

Magis dubitavimus de v. 489 sqq. Primum enim illud notandum, quod v. 488 finis indicatur, v. autem 503 desideratur: praeter cetera autem hoc mirum est, quod post v. 471 —485 talis omnino sermo adiectus est: unde suspicio nata est integros hos versus ad eam quam habemus recensionem postea adiunctos esse sive ex priore recensione sunt repetendi sive ex posteriore.**)

Praeter eas quas commemoravimus turbas saepius sententiarum nexus eo turbatus est, quod versus suo loco moti alio migraverunt. De singulis conferenda est adnotatio. Una autem difficultas ne his quidem quibus adhuc usi sumus rationibus expediri potest. V. 74 sqq. narrat Demaenetus sese a filio aditum esse, ut viginti minas pararet quas meretrici daret. Versu autem 230 Argyrippus audit viginti

*) Ad v. 45 Ribbeckius monuit sibi videri lacunam post *optes* v. 44 statuendam: desiderari enim interrogationem quandam Libani, ad quam v. 45 sqq. spectent. Nobis contra v. 45—50 aut interpolati aut ex alia recensione esse repetendi videntur: in hunc certe locum eos quadrare negamus et transponi alio in loco vix possunt. Cf. v. 77—83, quos Ribbeckius damnavit.

**) Eodem fortasse spectat scaena III 3 nimis amplificata: de singulis suum cuique iudicium esto.

lenam poscere minas. Qui factum est ut a patre mane viginti minas peteret, cum multo post demum certior fieret tot minas postulari?*) Nec illud neglegi posse duximus, quod v. 245 sqq. filius prorsus oblitus est patrem sese adiisse. Accedit quod idem Argyrippus, qui v. 248 in forum abierat, v. 329 in Philaeni aedibus versatur una scaena interiecta nec ratione reddita, cur statim redierit. Denique qui potuit Argyrippus domum Cleaeretae intrare post ea quae v. 152 locutus erat? Non videmus qua certa ratione hae turbae removeantur: qui ferri posse negaverit, is haud scimus an ad contaminationem confugiat et scaenas 2 et 3 ex alia fabula in hanc insertas esse suspicetur. Sed suum quisque sequatur iudicium: nos satis duximus rem enotasse.

V. 203 servavimus quod in libris est *coctio*. Hanc formam veram esse, *cocio* non item Sophi Bugge sententia est 'Altitalische Studien' p. 35. Et *coctio*: *arillator* multis traditur in glossariorum codicibus (cf. Prodr. p. 285).

V. 223 perrara exstat vox *vinnulus*, cuius novum testimonium afferimus hoc:

vinnulus: *mollis, blandus*
uinnolus Vat. 1469[1]; Casin. 218; Vat. 1468
uinnubis, om. *blandus* Sangall. 912 p. 310.

Eadem restituenda videtur in Philoxeni glossario p. 225, 48 *vinnicus*: *ναχελής* collato Paulli Festo p. 377, 7 *vinnulus dicitur molliter se gerens et minime quid viriliter faciens*. Nusquam habes formam per *n* simplicem scriptam, qualem et

*) Primus in hac re offendit M. Antonius Muretus, qui Variarum lectionum X 5 (t. I p. 279 sq. editionis a F. A. Wolfio curatae) haec eleganter scripsit: 'Cum animi caussa Plauti Asinariam evolverem, quiddam reperi quod mihi scrupulum obiecit: neque audenti accusare ἀτεχνίαν Plauti, neque tamen ad eum defendendum ac vindicandum ab illo crimine quidquam satis probabile reperienti. Nam in prima fabula senex cum servulo colloquens scire se ostendit filio opus esse viginti minis, multo autem post Argyrippa lena [Cleaeretam dicit] super illis viginti minis cum adolescente paciscitur ... ante igitur resciverat senex, quantum argenti filio opus esset, quam id filius ipse ex lena cognoscere potuisset. Ac scio visum esse nonnullis etiam Terentium in Adelphis similiter ipsum quoque peccasse. Sed Terentii quidem caussam veteres critici facile expediunt eumque omnibus suffragiis liberant. Plautinum hoc vereor ut aeque facile defendi queat'.

saec. XII Osbernus et saec. XVII philologi nonnulli probaverunt. Duplex tradita est etiam apud Isidorum Orig. III 19, 13: *vinnolata vox est levis et mollis atque flexibilis: et vinnolata dicta a vinno, hoc est cincinno molliter flexo*, qui locus similitudine cum versu Plautino intercedente et singulari quadam doctrina insignis est. Num autem recte ibi Arevalus emendaverit *vinnola* satis dubium est.

V. 606. Scriptura *orchum* omnium est librorum, haud aliter atque Mostellariae v. 499: neque neglegendum quod *horcus* habes Epidici v. 176 in AJ. Noti sunt veterum grammaticorum de hac aspiratione loci: ex recentioribus nominamus Brambachium 'Die Neugestaltung der lateinischen Orthographie' p. 288—292.

V. 685 quod optimi libri exhibent *conticinno* satis miro consensu bis ex eodem versu affert Varro: nam etiam altero loco quo Laurentianus nunc caret sic olim scriptum fuisse testatur lectio optimi apographi. Accedit Frontonis p. 31, 17 ed. Nab. palimpsestus eiusdem formae testis. Nihilo minus tamen Ussingium qui eam probavit secuti non sumus, quoniam explicare non possumus et simile est *gallicinium* et frequentissime traditur *conticinium*, velut apud Varronem Servii in Aen. II 268 (p. 264, 15 ed. Thilo et Hag.) coll. eodem in III 587 (p. 441, 14), Nonium p. 62, 19, Priscianum partitt. XII vers. Aen. 57 (p. 472, 9 ed. Hertz.), Censorinum 24, 2 (p. 51, 11 ed. Hultsch.: nam *conticium* quod nihili est facilius ex *conticinium* quam *conticinnum* explicatur), Isidorum Origin. V 31, 4. 8, in glossis hisce:

conticinio: *tempore noctis post galli cantum quando cecinit et conticuit* (Placidus p. 28, 27: haec ad ipsum Plauti versum redire videtur)

conticinium dicimus quando omnes silent ... (idem p. 70, 6)

conticinium: ὁ μεταξὺ ἀλεκτρυοφωνίας χρόνος (Philox. p. 53, 33)

conticinium: *primum tempus noctis cum omnia quiescunt* (cod. Sangall. 912 p. 68; Ambr. B 31 sup.: *requiescunt*)

conticinium: *silentium post primum galli cantum* (glossarium Mettense: haec fluxit ex Servii altero loco)

Macrobii Saturn. I 3, 12 formam *conticuum* ex *conticinium* corruptam putamus.

V. 896 ex UXORISTUAE#NAUTEAM fecimus UXORIS #FUFAENAUTEAM, illam restituentes interiectionem, cuius meminit Iulius Romanus apud Charisium p. 239, 6: *fufae ut cum putoris aliquid perhorrescimus* et glossa exstat haec:

fufae: *interiectio est mali odoris*
est om. Sangall. 912 p. 113
fufę fere Vaticanus 1469[1]. Casinenses 90. 218.

Facit autem haec glossa ad defendendum Charisii locum, ubi Lipsius *fu fu* corrigendum putavit. *Fufae* scribimus etiam Mostell. v. 39: *At te Iúppiter Dique ómnes pérdant: fúfae, obóluisti álium*, ubi libri *fue* in eum qui praecedit versum receptum exhibent.

Tradita iam bibliopolae hac recensione Iulii Brix adfertur epistula, qua de nonnullis versibus quid sentiret benigne nos edocuit. In tractandis versibus 123, 379, 529 ei cum Bothio, v. 613 cum Lachmanno, v. 85 et 289 nobiscum convenit. V. 141 'Quaé priusquam istanc ádii ego atque méum amans animum istí dedi', v. 233 'Nón omnino iám ego perii: est étiam quo pereám magis', 296 'saluere summa uoce', 306 'istuc' coll. Most. 174 et Append. ad Capt. 314, 330 'túm tu igitur diues es factus' proponit; idem v. 405 Libano dat: 'siquidem hercle' enim semper in initio orationis esse positum; deinde v. 592 esse parallelum v. sequenti statuit.

Restat ut coniecturarum mantissam inter corrigendum subnatarum Friderici Schoell (S) et Gualtarii Brachmann (B) subiciamus.*)

11. Plautus uortit (S). 20. si quid med erga hic hodie (S). 40 et 41 parallelos esse putat S. 58. bene hercle factum et (S). 67. egomet facere id studeo (B). 85. Sauream huc (S). 98. si quid (S). 151. elecebra (S). 271. Equidem quam sum nanctus (B). 278. nam illic si huic occasioni sese (B). 332. aeque mecum hau nescias (S). 347.

*) In Curculione corrigenda esse monemus praeter alia quaedam minora haec: 428. *scr.* auferam, *non* aufero. 633. dicam, *non* dico. 795. apúd Sicyonem, *non* apud Sícyonem.

Sauream mox quom imitabor (S). *An* Mox quom Saureae iram imitabor, caue tu *?* 377. contra hostire (S). 416. contempsti — Perii, mi hospes (S). 430. haud aliter habitat (S). 459. Suscenseat: quin (S). 465. sist, scire eumpse (S). 473. Fur, flagitium hominis (S). 506. Probe piem (S). 524. ad me: an tu tibi (S). 527. spurium putat B. 626. Lubet hercle hunc uerberari (B). 714. etiamne tu, ere, istam amoues (B).

De trapezitae nomine qui versibus 436 et 438 commemoratur Gulielmus Dittenberger haec ad nos scripsit: 'Auch mir ist ebensowenig als Casaubonus und Ritschl ein griechischer Name bekannt, der sich besser zu dem überlieferten 'Exaerambo', oder wie man unter diesen Umständen vielleicht besser nach cod. J schriebe, 'Exerambo' schickte, als *Σήραμβος*. Dies wird wohl die einzig richtige Schreibung sein, nicht *Σάραμβος*, da auf einer Inschrift von Hermione, die in ganz streng dorischer Weise *ᾱ* und *η* von einander scheidet (Bulletin de corr. Hell. III p. 75), der Name immer so geschrieben ist; zugleich zeigt diese Inschrift zusammen mit den Stellen der Literatur, welche Lobeck anführt und welche sich auf Aegineten beziehen, dass dieser Name den Städten der Nord- und Ostküste von Argolis eigenthümlich, hier aber ein nichts weniger als seltener war. Nun lässt es sich wohl denken (irgend einen Beweis, dass es thatsächlich der Fall gewesen, giebt es meines Wissens nicht), dass man in andern griechischen Landschaften den dort nicht vorkommenden und seiner ganzen Gestalt nach fremdartigen Namen verdreht hat, vielleicht um durch den Anklang an ξηρός den Schein einer Bedeutung hineinzubringen (wie das ja mit eigentlich fremdländischen Namen bei Griechen und Römern öfter geschehen ist); und dass dann dieser vorauszusetzenden Form *Ξήραμβος* ein *ε* vorgeschlagen wurde, wäre auch nicht unerhört, indem sich nicht nur von dem Fremdwort *σατράπης* (Altpersisch Kshatrapâvan) im vierten Jahrhundert vor Chr. die Verbalform *ἐξαισθραπεύοντος* findet (C. I. G. 2691 *c d e*), sondern auch die Bezeichnung des attischen Demos der *Ξυπεταιόνες* in römischer Zeit mehrmals in der Form *Ἐξυπεταιών*, *Ἐξυπετεών* auftritt (so ganz sicher

C. I. Att. III 1119. 1892; möglicher Weise ist so auch die Abbreviatur *Ἐξ*. C. I. Att. III 1101 und 1240 aufzufassen; denn ein attischer Demos, dessen Name mit diesen Buchstaben anfängt, gibt es nicht, und die Präposition kann es auch nicht sein, aus mehr als einem Grund. Doch könnte man daran denken *Ἐξωνεύς* für *Αἰξωνεύς* zu lesen, was ich aber wenigstens für die aus dem Anfang des zweiten Jahrhunderts stammende Inschrift 1101 für sehr unwahrscheinlich halte, da *ε* für *αι* vor Consonanten in Attika erst sehr spät vorkommt). So käme man also zu einem der lateinischen Form, wie sie bei Plautus überliefert ist, buchstäblich entsprechenden *Ἐξήραμβος*. Die Bedenken, die diese Erklärung hat, übersehe ich nicht: Plautus hat den Namen doch ohne Frage aus dem griechischen Original, und ob man in diesem eine solche im Volksmunde entstellte Namensform voraussetzen kann, ist mir zweifelhaft. Hat andrerseits im Text des Originals die richtige Form *Σήραμβος* gestanden, so würden die vorhin angeführten Analogien aus dem Griechischen jede Bedeutung verlieren und es würde darauf ankommen, vom lateinischen Standpunkte aus zu erklären, wie der Dichter zu der Form 'Exerambus' gekommen ist. Endlich läge ja immer die Möglichkeit vor, dass die unerhörte Form des Namens auf die Rechnung der Abschreiber käme und 'Serambo' das Ursprüngliche wäre; denn ein anderer Name wird schwerlich darin stecken.'

Dedimus Ienae et Gottingae m. Apr. a. MDCCCLXXXI.

T · MACCI · PLAVTI

A S I N A R I A

GRAECA · ONAGVS · DEMOPHILV

ARGVMENTVM

Amánti argento fílio auxiliárier
Sub inpério uiuens uólt senex uxório.
Itaque ób asinos relátum pretium Saúreae
Numerári iussit séruolo Leónidae.
Ad amícam id fertur. cédit noctem fílius. 5
Riuális amens ób praereptam múlierem
rem ómnem uxori pér parasitum núntiat.
Decúrrit uxor ác uirum e lustrís rapit.

3. *Donatus in Ter. And. III 5, 4:* pretium ob stultitiam] Plautus locutus est 'pretium ob asinos' pro 'asinorum pretium'

6. *In Du Cangii glossario (t. V p. 780 c editionis Henschelianae) qui ueter hunc versum duas glossas allatas legerit hasce: graecolatinam ἀντίζηλος: emulus, rivinus et latinograecam* rivinus: *ἀντίζηλος, is dubiam rivinam facile defendi posse putabit. (Cf. Ribbeckius, Mummii Atell. fab. poet. fr.*[2] *p. 273) At sciendum Labbaei demum beneficio duas factas esse ex Onomastici p. 131 hac una:* rivinus: *ἀντίζηλος, quod quidem Onomasticum ut glossis Plautinis refertum ita noviciae originis esse doctum est Prodromi p. 194 sqq.*

Argumentum post prologum exstat in libris omnibus PLAVTI ARGVMENTVM INASINARIA· *B.* PLAVTI (Plant *J*) ARGVMENTVM INASINARIAM *EJ. unius versus spatium D* 1. manti *cum spat. init. DE.* Amati *J* argeno, o *ex* i *D* 2. imperio *libri* uult *D* senex *ex* senesx *E* 3. itaquę *J* obasinos *BD* (si *s. v.*) ab asinos *E.* ab asinis *J* ꝑtium *B.* praetium *D.* precium *J* saureę *BDEJ. om. Z: add. Scutarius* 4. seruolo *Aldina:* seruo *libri, nisi quod* s *ex* r *E.* seruo suo *Pylades* leonidae, a *ex* o *D.* leonidę *EJ* 5. cędit *BD* 6. riualis *Pylades 'ex antiquis codicibus' (Pal. III?):* riuinus *BDE.* riuinus *JZ.* primus *F.* ruit alius *Ussingius.* amens est *Barthius Adv. V 8, Pareus, scribentes* ob raptam ob praereptam *Camerarius:* obrereptam *BDE* (ob re). ob raptam *JFZ, unde* ob raptam sibi *Pylades* 7. It, rem omnem *Gulielmius* uxore *E* nunciat *J* 8. Accurrit *libri* e lustris rapit *Camerarius ex ipsius fabulae v. 934:* eius trisrae *BD* (tris rae) *E* (tris re). eius triste agit *J* (eius *s. v.*) *E*[3] (agit *in ras.*) *FZ.* e lustris trahit *idem Camerarius* Sequitur *in libris sc. I 1*

PERSONAE

LIBANVS SERVOS
DEMAENETVS SENEX
ARGYRIPPVS ADVLESCENS
CLEAERETA LENA
LEONIDA SERVOS
MERCATOR (CHLAMYDATVS)
PHILAENIVM MERETRIX
DIABOLVS ADVLESCENS
PARASITVS
ARTEMONA VXOR
GREX

Prol. 1—4

PROLOGVS

Hoc ágite sultis, spéctatores, núnciam:
Quae quídem mihi atque uóbis res uortát bene
Gregíque huic et domino átque conductóribus.
Face núnciam tu, praéco, omnem auritúm poplum.

1. *Donatus in Ter. And. I 2, 15:* hocine agis] 'agis' id est audis ... Plautus: 'hoc agite ... nunc iam', pronuntians simul demonstrative, veluti aurem suam tangens. — *Idem in Eun. I 2, 50:* hoc agite] pro adverbio corripientis est positum: aut certe pro adhortatione audientiae praebendae. Sic Plautus: 'hoc agite sultis spectatores'. Et convenit velut nutu audientiam significantis et gestu hoc ipsum adiuvari. hoc agite id est illud desinite et hoc attendite

Prologum, qui argumento praecedit in libris omnibus, non integrum esse putat Camerarius, non Plautinum Osannus Anal. p. 170, a grammaticis consutum (10—12 = Trin. prol. 18—21; 4. 5 = Poen. prol. 11—15; 6 = Rud. prol. 31; 14 = Mil. gl. 80; 15 = Cist. I 3, 49) Dziatzko de Plauti et Ter. prol. p. 19 sqq.: cf. Ritschelius Par. p. 233 et Liebigius de prol. p. 24. Quem si ad posterius tempus spectare putaveris, facile inde repetes quae insunt turbas et obscuritates. De singulis v. Geppertum in Iahnii annal. vol. suppl. 19 (a. 1853) p. 283 sq.
INCIPIT PROLOGVS IN ASINARIAM PLAVTI · *in spatio unius versus* **B**. PLOG' INASINARIĀ PLAVTI *E*. Incipit plogus in asinariā plauti; *J. spatium duorum versuum vacuum: ante ultimam praecedentis fabulae scaenam m.*[3] *scripsit* PLAVTI *(V s. v.)* ASINARIA, *quod huc pertinere alia quaedam manus indicavit lineola traducta D* 1. oc *cum spat. init. DE* agite, e *ex* o *B* sultis *Donatus, E(u ex corr., fort. ex* ti, *m.*[3]*)Z:* sultis, *sed* iu *s. v. D.* si uultis *BJ.* si uoltis *F'* nunc iam *Donatus, libri (*iani *J)* 2. Quę *DEJ* michi *E* mihi quidem *Geppertus l. s. s.* atquę *J* uertat *BDEJ* 3. Gregique huic et domino *Camerarius.* Gregique huic et dominis *libri (*dominus *E): de dominis unius gregis vix recte cogites; cf. Schoellius in Fleckeiseni Ann. vol. 119 (a. 1879) p. 43.* gregique et dominis *Bothius.* gregique huic dominisque *Guyetus* et conductoribus *F, Barthius Adv. V 8* 4. Face *DF, Pius:* Eace *B.* Eacę *E.* Ecce *JE*[3]*Z.* Exci *Gulielmius* nunciam *Lingius de hiatu p. 59 et Brixius de Pl. et Ter. pros. p. 45:* iam nunc *libri Inter* nunc *et* tu *ras. J* p̃co *B.* prę̃co *D.* preco *EJ* poplum *E*[3]*(ex* psiplum *ut vid.), Camerarius.* poplum *B (~ lineola fort.*

Age núnc reside: cáue modo ne grátiis.
Nunc quíd processerim húc et quid mihi uóluerim
Dicam: út sciretis nómen huius fábulae.
Nam quód ad argumentum áttinet, sané breuest.
Nunc quód me dixi uélle uobis dícere,
Id dícam: huic nomen graéce Onagost fábulae.
Demóphilus scripsit, Máccius uortit bárbare.
Asináriam uolt ésse, si per uós licet.
Inést lepos ludúsque in hac comoédia.
Ridícula res est: dáte benigne operám mihi.
Vtí uos alias, páriter nunc Mars ádiuuet.

11. *Donatus in Ter. Eun. prol. 7:* qui bene uertendo] bene p ualde. et uertendo in linguam latinam transferendo. Plautus 'uert barbare'. *Quae huc spectare possunt, quamquam a Ritschelio ad Tr nummi prol. v. 19 relata sunt*

Dum réperiam qui quaéritet argéntum in fenus, híc uos
Dormítis intereá domi atque erus ín hara, haud aedibus,
hábitat. 430
Em ergo hóc tibi.

LIBANVS

Hospes, te óbsecro, defénde.

MERCATOR

Saurea, óro
Mea caúsa ut mittas.

LEONIDA

Ého, Coriscus pró uectura olíui
Rem sóluit?

LIBANVS

Soluit.

LEONIDA

Quoí datumst?

LIBANVS

Stichó uicario ípsi
Tuo.

---

430. *Placidus p. 53, 1:* hara *(*hira *codicum pars)* locus est tenebrarum uel porcorum, *quam glossam Deuerlingius ad hunc versum refert, non adeo magna cum probabilitate*

---

ex i *B.* fusist, i *in* t *mut. m.*[3] *D.* fuste *J* 428. [. . . .] *J* triduum *BDEJF* Quadriduum *Z, quod corr. Pylades* foro, o *post. m.*[2] *in lit., ubi* v̄ *scriptum erat B* assiduam *J* dedo *scripsimus cum Bentleio (cf. Goetzius in Nov. ann. vol. 113 (a. 1876) p. 360):* dedi *libri* foro dedi o. a. *Guyetus.* dedi foro o. a. *Reizius* 429. [. . .] *J* repperiam *DJ* quęritet *BJ.* queritet *DE.* quaeritet par argentum *F* infenus *E.* in fęnus *D.* in foenus *BJ* 430.]mitis *J* herus *EJ* inhara *E.* in ara *J* haut *E* ædibus *B.* edibus *DE.* aede *Bothius.* aedid *Mohrius de iamb. sept. p. 30: cf. Goetzius Nov. ann. vol. 113 (a. 1876) p. 357* habet *Pylades, Ussingius* 431. clamidat? *praef. B*] hoc *J ita, ut spatium* Hem ergo *non capiat* Em *Brixius Emend. in Capt. p. 18:* Hem *libri Ante* LIB̃ *duae litterae minio pictae er. B* 432.]a *J* cusa *E* uti *Bentleius* eho — oliui *in ras., ubi* cui datū sit? lib. Stico uicario ipsi *scriptum erat E* Eho *m.*[2] *ex* Eo *B* Coriscus *scripsimus cum Fleckeiseno exempli causa:* ec quis *vel* ecquis *libri* prouectura *BJ*[2]. prouectum *J*[1] olim *FZ: corr. Scutarius* 433. Rem soluit? Li. Soluit *Turnebus Adv. IX 11:* Resoluit *(in ras. E.*]luit *J)* Lib. Resoluit *(*-it *ex* -e *E) libri* cui *BDE.* cui cui *J* datum st *B.* datum est *J.* datum sit *EZ: corr. Hermolaus Pers. om. D* sticho *ex* stico *m.*[2] *J.* stico *E* 434.]uii *e corr. ut vid. J*

LEONIDA

Váh! delenire ádparas. scis míhi uicarium ésse,
Neque eo ésse seruom in aédibus eri quí sit pluris quam íllest.
Sed uína quae heri uéndidi uinário Serámbo,
Iam pro ís satis fecít Sticho?

LIBANVS

Fecísse satis opínor:
Nam uídi huc ipsum addúcere tarpézitam Serámbum.

LEONIDA

Sic dédero: prius quae crédidi, uix ánno post exégi.
Nunc sát agit: adducít domum etiam últro et scribit núммos.
Dromó mercedem réttulit?

LIBANVS

Dimídio minus opínor.

LEONIDA

Quid rélicuom?

LIBANVS

Aibat réddere quom extémplo redditum ésset:

---

delimire *ut vid. J* apparas *libri* scis *LG:* scio *libri* mihi scio *E(m̄)Z* michi *J* 435.] esse *J* Nequeo esse *ex* Nequeom esse *E.* neque esse *FZ* seruum *J* inaedibus *BD.* inedibus *E* heri *J* illest *Aldina:* ille sit *libri* 436.]ina *J* quę *BDEJ* eri *DE(ex* ego*)* uiuario *J* Serambo *Ritschelius Opusc. vol. III p. 310:* exaerambo *libri (m.² ex* exaer ambo *B.* exerambo *J). Dubitationem iam moverat Casaubonus in Athen. III p. 112 E idemque de Σάραμβος (quo de nomine cf. Ussingius) cogitaverat: cf. v. 438 et praefatio* 437.]pro *J* pro is *Pareus:* pro iis *DE.* prohis *ex* proiis *B.* pro his *J* fecit *ex* facit *J* oppinor *DE* 438.]uidi *J* hunc *JFZ* tarpezitam *Fleckeisenus* (tarpessitam*):* e(e *er.*)t rapezitam *B.* et rapere ita *E(*ta *ex* tā *ras.)JZ.* et rapere *F.* et rape *cum septem litt. spat. D.* etrapereita *ad* trapezeitam *spectare vid.* huc ipsum abducere ad trapezitam *Acidalius* Serambum *Ritschelius l. s. s.:* exerambum *E.* ex erambum *B.* exeranbum *m.² ex* exerabam *J.* ex aerambum *D: cf. v. 436* 439. Sic dedero: prius *sic interpunxerunt primi Palmerius et Acidalius* prius quae *Pius:* priusquam *D.* priusq *J.* prius quam *BEFZ* priusquam creduim *Scaliger* exaegi *B* 440. satagit *BDEJ(*] s.*)* abducit domo *Acidalius* et iam *BD.* ei *(*i *ex* o*)* iam *E* 441. Dr[·]mo *J.* Dromon *Fleckeisenus* mercede *E* retulit *libri* opinor Leoñ *et er. verba* Quid — esset *(v. 442) m.² scripta (*aiebat *ut vid., non* alebat*) B* 442. *Pers. om. BE* reliquum *BDE.* relinquam *ut vid. m.² ex* relinquum *J* aibat *Reizius, Bothius:* aiebat *DJFZ.* aiebat *ex* alebat *B.* alebat *E* quom *Lambinus:* quam *libri*

Nam rétineri, ut quod sít sibi operís locatum effíceret.

LEONIDA

Scyphós quos utendós dedi Philodámo rettulítne?

LIBANVS

Non étiam.

LEONIDA

Em rem sis pérdere, da cónmoda homini amíco.

MERCATOR

Perii hércle! iam hic me abégerit suo ódio.

LIBANVS

Heus iam satís tu:
Audín quae loquitur?

LEONIDA

Aúdio et quiésco.

MERCATOR

Tandem, opínor,
Contícuit: nunc adeam óptumumst, priusquam íncipit tinníre.
Quam móx das mi operam?

LEONIDA

Ehem, óptume: quam dúdum tu aduenísti?
Non hércle te prouíderam: quaesó, me uitio uórtas:
Ita íracundia óbstitit oculís.

MERCATOR

Non mirum fáctumst.

---

443. locanum *J* 444. Sciphos *BDE*. S[··]phos *J* philo damo *BD*. phylodamo *J* retulit ne *BDE*(ne *ex* me)*J* 445.]am *J* Em rem sis (si uelis *factum ex* si ueis: *cf. v. 1*) perdere da *LG*: hem non si uelis da *BD*(nunc *s.* non *m.*³)*E*. hem nunc si uelis da *JF*. hem nunc si uelis *Z*. *Versum nondum persanatum esse assentimur Muellero de Pros. Pl. p. 445*. Non? hem si uelis dare *Fleckeisenus, inventis usus Acidalii* (non? hem) *et Dissaldaei Brantiique* (dare) *frustra Ussingius addit* si quid commoda *libri, nisi quod* comoda *E et* accommoda *Z* 446.] hercle *J* hodio *et* heusiam *E* 447.]din *J* Audin *ras. ex* Audim *E* quę *BDEJ* quiesco, i *s. v. J* opinior *J* 448.]ticuit *J* optimum est *BDEJ* 449. Q[.]am *J* das mi operam *LG*: mihi operam das *libri* (m¹ *E*. michi *J*. operam das *m.*² *ex* operas *D*. das *m.*² *s. v. J*). mihi operam? *Fleckeisenus*. mi operam das (*et* hem) *Reizius, Bothius* optime *E*(im *e corr.*)*J* 450. ercle *B* prouideram *ex* prouidam *D* quęso *D*. queso *EJ* uicio *J* uortasi *D* 451. iracundia *ex* iracunda *D* factum est *libri*

Sed sí domist, Demaénetum uolébam.

LEONIDA

Negat esse íntus.

Verum ístuc argentúm tamen mihi sí uis denumeráre,
Reprómittam istoc nómine solútam rem futúram.

MERCATOR

Sic pótius, ut Demaéneto tibi eró praesente réddam.

LIBANVS

Erus ístunc nouit átque erum hic.

MERCATOR

Ero huíc praesente réddam.

LIBANVS

Da módo meo perículo: rem sáluam ego exhibébo.
Nam sí sciat nostér senex fidém non esse huic hábitam,
Suscénseat, quoii ómnium rerum ípsus semper crédit.

LEONIDA

Non mágni pendo: né duit, si nón uolt. sic sine ádstet.

LIBANVS

Da, inquám. uah! formidó miser ne hic mé tibi arbitrétur
Suasísse sibi ne créderes. da, quaéso, ac ne formída:
Saluom hércle erit.

---

452. domi est *libri* demenetum *BDEJ* LEON̄ *ex* LEDN̄ *D* negant *JF* Negat esse intus? *Ussingius et Seyffertus Stud. Plaut. p 1 (hic* uerum *v. 453 mercatori tribuens)* 453. istuc *ex* istū *E* tamen *m.*² *vel m.*³ *ex* tuum *J* m̄ siuis *E* 455. demeneto *BDEJ* hero *J* p̄sente *B.* pręsente *D.* p̄sente *E.* presentem *J* 456. ″erus, H *er. D.* Herus *BEJ* istuc *EJ* nouit atque *ex* nouitatque *B*². nouit aut *JF* herum *BEJ* hero *E*²*FZ.* hero *m.*² *ex* here *J.* ego *BDE* p̄sente, te *ex* tē *ras. E.* p̄sente te, te *s. v. m.*² *B.* praesente *c. spat. 2—3 l. D.* presente *J* praesente huic *Bombe de abl. abs. p. 33* 457. periculo *JF, Pylades:* periclo *BDEZ* exhibebó *J*² exibebo *BJ*¹ 458. fidem *ex* finem *B*² habitam huic, *alt.* a *ex* u *et* huic *m. posteriore ut vid. scripto J* 459. Sus *(ex* Suis*)* censeat *B.* Succenseat *J* quoii *LG:* qui *libri.* quoi *Pylades.* qui huic *Fleckeisenus. Fortasse* quia ipsus *ex* ipsius *ras. E.* ipsius *J* credit *Camerarius, Bentleius:* credidit *libri* 460. *V. recte interp. Ussingius* magnipendo *E* neduit *J* uult *libri* astet *BDEZ* 461. uahc *BDE* nec *J* 462. Suauisse *J* *Post* sibi *del.* c *ut vid. E* necrederes *J* ne crederes *ex* ne crederis *D.* ne crederes *m.*² *in* nec redderes *correctum, qua correctione deleta* ne crederes *restitutum est B* quęso *BDEJ* ah ne *Gulielmius.* ne *Fleckeisenus. Fuit qui* caue formides *coniceret* fo[*J* 463. Saluum *libri* ercle *D*

MERCATOR

Credám foro, dum quídem ipsus in manu hábeo.
Peregrínus ego sum: Saúream non nóui.

LIBANVS

At nosce sáne.

MERCATOR

Sit, nón sit: non edepól scio. si is ést, eum esse opórtet.
Ego cérte me incertó scio hoc datúrum nemini hómini.

LEONIDA

Hercle ístum di omnes pérduint: uerbó caue supplicássis.
Ferók est uigintí minas meás tractare sése.
Nemo áccipit: te aufér domum, abscede hínc, molestus né sis.

MERCATOR

Nimis íracunde: nón decet supérbum esse hominem séruom.

LEONIDA

Malo hércle iam magnó tuo, ni istí nec recte dícis.

LIBANVS

Inpúre, nihili, nón uides irásci?

LEONIDA

Perge pórro.

LIBANVS

Flagítium hominis, da, óbsecro, argentum huíc, ne male loquátur.

quidem [*J* ipsus *(vel* ego ipse*) Muellerus Pros. Pl. p. 714 (quamquam is* habebo *praefert):* ipse *libri* inmanu *BDEJ* habebo *ex* habeo B^2 in manu ipse habebo *Acidalius.* habebo in manu ipse *Reizius* 464. Peregrinus, *priore* r *ex al. l. B* nonnoui *B* at [*J* nosce *ex* noso *E* 465. si is *ex* sus E^3 cum *J.* quem *F* eum scire *Weisius.* eum nosse *Ribbeckius* 466. scio hoc, hoc *s. v. m.*^{2} *ut vid. D* 467. dii *J* oms̄ *BDEJ* perduint, i *s. v. m.*^{2} *B.* perdiunt *E* cane *J* supplicas sis *E* 468. minas *m.*^{2} *e corr. J* se se *E* 469. accipit *Pylades:* accepit *libri* te aufer *Engerus de pros. p. IX, Fleckeisenus Nov. ann. t. 95 (a. 1867) p. 630, Mohrius de sept. iamb. p. 12:* aufer te *JFZ.* aufer te *ex* aufert te *ras. B.* aufert *(exp. m.*^{3}*)* te *D.* aufert te *E* dominum *e corr. J* sies *J* 470. Ninnis *E* seruum *libri* 471. *Leon. pers. add.* B^2, *Gulielmius: om.* B^1DEJ, *Libani praef. FZ* cum *pro* iam *Lomanus Spec. crit. (a. 1855) p. 18, C. F. W. Muellerus Philologi t. 9 (a. 1854) p. 741: at cf. Fleckeisenus ibid. t. 2 (a. 1847) p. 95* niisti *D.* nc isti *J.* nunc isti *F.* nunc istuc *Z. Vel* ni isti *vel* isti *Bentleius* ne recte *JF.* recte *Z* 472. Impure nihili *BD:* Impure nibili, *prima* i *er. E.* Impuren i. bili *J.* Impuren bili *Z.* Impure atrabilem *F: corr. Pylades* pergo *ex* porge *B* 473. Flagicium *J* homonis *Spengelius T. M. Plautus p. 223, Darn-*

MERCATOR

Malum hércle uobis quaéritis.

LEONIDA

Crura hércle diffringéntur,
Ni istum ínpudicum pércies.

LIBANVS

Perii hércle: age inpudíce,
Sceléste, non audés mihi scelésto subuenire?

LEONIDA

Pergín precari péssumo?

MERCATOR

Quae rés? tun libero hómini
Male séruos loquere?

LEONIDA

Vápula.

MERCATOR

Id tíbi quidem hercle fíet
Vt uápules, Demaénetum simulác conspexero hódie.
[In iús uoco te.

---

477. *Seruius in Vergilium Aen. VIII 127 sq.:* cui me Fortuna precari ... uoluit] antiquum est; nam modo 'quem precari' dicimus. Terentius ... Sane ueteres et 'precor illi' pro 'precor pro illo' dicebant. Plautus in Amphitryone: 'noli pessimo precari' hoc est 'pro pessimo noli precari'

---

mannus de hiatu p. 14, Usenerus de scaen. Pseud. p. 9 me *J* nemaleloquatur *D* 474. quęritis *BJ.* queritis *DE* diffringentur *libri omnes: def. Ribbeckius praef. Com.² p. 56.* defringentur *Acidalius Addunt in fine huius versus* age in pudice *B.* age ī pudice *D.* age impudice *E* (m *ex* n) *J* (impu[ ) *FZ: cf. v. 475* 475. impudicum *BDEJ* perties *E.* percuties *JFZ* Age inpudice *h. l. om. libri: cf. v. 474. Restituit locum codd. Langianorum vestigia secutus Gulielmius* 476. m̄ *E.* michi *J* sceleste *Z* 477. *Pers. om. JF* [cari *BE* pessimo *BDJ.* pessimo *ex* p̄ssimo *ras. E* quę res *DJ.* que res *B.* queres *E* homine *BDEZ* 478. Malo *BDE* logre *E* id tibi quidem *F, Reizius, Fleckeisenus:* id quidem tibi *EZ.* id quid ē tibi *B.* id quidē tibi, tibi *s. v. m.² D.* idquidem tibi *J* fiet *ex* flet *ras. D.* flet *BE.* siet *F* 479. demenetum *BDEJ* simul ac *BDEJ* hodie. od *in lit. D V. 480—483 ut a sententia metro sermone alienos damnat Ussingius: cf. praef.* 480. *Personarum notae in marg. scriptae v. 480 — III 1, 11 omnes in ras. E* Iniuste, te *ex. D*

LEONIDA

Nón eo.

MERCATOR

Non eís? memento.

LEONIDA

Mémini.

MERCATOR

Dabitúr pol suppliciúm mihi de térgo uostro.

LEONIDA

Vaé te!
Tibi quídem supplicium, cárnufex, de nóbis detur?

MERCATOR

Atque étiam
Pro díctis uostris máledicis poenaé pendentur mi hódie.]

LEONIDA

Quid, uérbero?

MERCATOR

Ain tu?

LEONIDA

Fúrcifer, erum mé fugitare céuses?

---

485. *Osbernus p. 221 sq.:* Fugito .as uerbum frequentatiuum; unde Plautus: 'an tu . . . censes?'. — *Idem p. 219:* furca componitur hic furcifer .ri et hic trifurcifer .ri id est portarius *(sic scripsimus pro* potarius*)*, qui tres habet furcas ad honus gerendum; unde Plautus: 'an tu furcifer herum nos fugitare. Etiam fur trifurcifer', *ubi extrema tria vocabula ad Aululariam II 4, 47 spectant*

---

iis *B(*Noniis*)D(priore* i *m.*[3] *exp.)E.* is *JFZ* Lib. Memini *Bothius* memini *ex* memto *D* 481. Dabitur, i *s. v. D* supplitium *E* m̀ *E.* michi *J* detergo *BD* urō *BDEJ* ue te *libri:* uae te *latinum esse docent grammatici et Seneca apoc. 4; cf. Hauptius Opusc. phil. 1 p. 78 sq.* 482. quidem *sanum esse negat Lambinus* supplitium *E* carnifex *BEJ* denobis *BEJ* *Hunc v. sic conformat Bothius:* Tibi quidem de nobis carnifex detur supplicium? Atque etiam *V. 483 merum glossema est versus 481* urīs *EJ* maledicis *Langiani, Bentleius:* maledictis *libri* penę *B.* pene *DE.* pęne *J* mihi *BD.* m̀ *E.* michi *J* *Post h. v. quaedam intercidisse putat Fleckeisenus (v. 484)* 485. *Merc.pers. add. Bothius: om. libri* furtifer *D.* furcifer *mercatori dat Ussingius* erum me *Ussingius:* erum nosmet *(*herum *J*, nos met *EJ) libri.* erum nos *Osbernus bis (*herum*), Langiani, Bentleius, Reizius (*fugitare erum nos*).* nosmet *Bothius.* *Fort.* erum nosmet fugere *coll. Ter. Ad. v. 60*

Ei núnciam ad erum quó uocas, iamdúdum quo uolébas.

MERCATOR

Nunc démum? tamen numquam hínc feres argénti nummum, nísi me
Dare iússerit Demaénetus.

LEONIDA

Ita fácito: age ambula érgo.
Tu cóntumeliam álteri faciás, tibi non dicátur?
Tam ego hómo sum quam tu.

MERCATOR

Scílicet: ita rés est.

LEONIDA

Sequere hac érgo.
Praefíscini hoc nunc díxerim: nemo étiam me accusáuit
Meritó meo, neque mést Athenis álter hodie quísquam,
Quoi crédi recte aequé putent.

MERCATOR

Fortásse: sed tamén me
Numquam hódie induces út tibi credam hóc argentum ignóto.
Lupusést homo homini, nón homo, quom quális sit non nóuit.

LEONIDA

Iam núnc secunda míhi facis. scibam huíc te capitulo hódie

---

486. Ei, E *er. B.* Ii *D(i exp. m.³)E.* I *JFZ* nunc iam *libri (nuntiam E)* adherum *BD* quo *m².* *in* quem *corr. J* iam dudum *BDEJ* 487. tam *Fleckeisenus* hic *F* nū mū *J* 488. iusserit, er *m.² s. v. D* demenetus *BDEJ* *V. 489—503 aut transponendi aut, quod probabilius est, ex al. rec. repetendi sunt: cf. praef.* 489. altim *J* fatias *E* 490. *Leon. pers. add. FZ: om. BDEJ* 491. *Leon. pers. praem. BDEJ* Praefiscini *Curio, Scaliger Coniectan. in Varr. p. 152 (ed. a. 1581):* Preficisci ni *B²D.* Preficiscini *E.* Perficisci ni *B¹.* Proficiscin *JZ.* Proficisci *F* nunc *om. J.* te *F.* hoc *Z* dixerim *E.* dixerimus *JFZ* 492. nequę *J* mest Athenis alter *Kampmannus de re mil. p. 29, Mohrius de sept. iamb. p. 11:* me athenis alter est *libri.* me alter est Athenis *Bentleius, Reizius, Bothius* 493. Cui, C *ex* Q *m.² D.* Cui *reliqui* ęque *B.* aequę *J.* eque *in ras. E³* putent, e *ex* a *D* fortasse *Bentleius ad Ter. Andr. I 1, 92, Bothius:* fortassis *libri* set *E* 494. igneto *E* 495. ē *inser. D²* cum *J* qualissit *D* 496. *Ante h. v. nonnulla intercidisse putat Scaliger, 'quae pertinebant ad relationem accepti'* secundā *m.³ ut vid. ex* secunda *E.* secundas *Lipsius* m̀ *E.* michi *J* scibam *D².* cibam *BD¹E* huc *E.* hoc *JFZ*

Factúrum satis pro iniúria: quamquam égo sum sordidátus,
Frugí tamen sum néc potest pecúlium enumerári.

MERCATOR

Fortásse.

LEONIDA

Etiam hódie Periphanes Rhodó mercator díues
Absénte ero solús mihi taléntum argenti sóli
Adnúmerauit et crédidit mihi néque deceptust ín eo.

MERCATOR

Fortásse.

LEONIDA

Atque etiam tú quoque ipse si ésses percontátus
Me ex áliis, scio pol créderes nunc quód fers.

MERCATOR

Haud negássim.

---

497. proiniuria *E* aequā quam, a *er. E* sum ego *B* sorditatus *BD* 498. Frugi t amensū *ex* Frugit amensū D^2 peculum *E* 499. et iam *B* hodie *Lachmannus ad Lucr. p. 290:* nunc dico *libri.* nunc *Bothius* 500. hero *BJ* m̄, m *ex* t *E.* michi *J* mihi solus *D* 501. Annumerauit *J.* Numerauit *Bothius: cf. Langenus p. 93.* Adnumerât *Lachmannus in Lucr. p. 290.* Soli adnumerauit credidit *Reizius* credidit mihi *Fleckeisenus:* mihi (m̄ *E.* michi *J)* credidit *libri. Scripsimus locum cum Fleckeiseno quamquam dubitamus* neque deceptust *Fleckeisenus:* neque (nequę *J)* deceptus *libri.* nequest deceptus *Reizius, Bothius* ineo *BDEJ* 502.] tu *J Merc. pers. om. E* atque *s. v. E* percuntatus *E.* perconctatus, *alt.* c *s. v. m.*² *D.* percunctatus *J* 503.] scio *J* Me *del. Ussingius* quo id BD^2. quid hi D^1 quod nunc *J* fers? *BD* haut *E* Negassim *iteratur in titulo proximae scaenae BDE*

ACTVS III

CLEAERETA. PHILAENIVM

CLEAERETA

Néqueon ego ted ínterdictis fácere mansuetém meis?
Án ita tu's animáta, ut qui expers mátris inperió sies? 505

PHILAENIVM

Vbi piem pietátem, si istoc móre moratám tibi
Póstulem placére, mater, míhi quo pacto praécipis?

506. 507. *Nonius p. 151, 15:* piem colam (piencolam *libri*), custodiam. Plautus Asinaria: 'ubi piencolam pietatem ... praecipis?'. — *Idem p. 375, 20:* postulare uelle. Plautus in Asinaria: 'ubi opem pietatem ... praecipis?'

Act. III Sc. 1 Negassim CLERETA LENA · PHILENIVM MERETRIX · *BE.* Negassim; CLEERETA LENA · PHILLENIUM MERITRIX D^2 (*praeter* Negassim, *quod* D^1 *scripsit*). CLERETA LENA PHILENIVM MERETRIX · *J* 504. N[ ]te *J* equeon *c. spat. init. E.* eque on *item D* ted interdictis *Lambinus, D(priore* d $m.^3$ *exp.*; inter dictis*):* te dinter dictis *E.* te interdictis *BJ*(inter dictis)*FZ* mansuetem *Fleckeisenus ex v. 145:* mansuetam *libri* *Ante* meis *er. s D*

505.] tu *J* tu es *EJ.* tues *BD.* ita's *Pylades metri causa* ut qui (qui *s. r.* $m.^2$ *J*) *libri: cf. Fleckeisenus Misc. crit. p. 33.* ut quae *Pius, Bothius* expers matris *Camerarius:* matris expers *libri, nisi quod una litt. er. post* expers *in B* inperio *Luchsius Hermae vol. 8 (a. 1874) p. 113:* imperii *libri.* imperiis *Brantius.* imperi matris sies *Luchsius l. s. s.* 506.]em pietatem *J* ubi piencolam *intruso glossemate Nonius p. 151 (sed* colam *s. r. L cod.),* ubi opem *idem p. 375* Ibi *Ussingius: an* Qui *?* Pietatem *Camerarius* istoc *Nonius p. 151 (*istuc *idem p. 375):* isto *libri* moratam BD^2FJ, *Nonius (p. 375 nonnulli codd.* memoratam *pro* more moratam*), Pylades:* morata D^1EZ 507.]em *J* *Post* postulem *ras. septem fere litterarum (fort.* pietatē*) D* m̄ *E.* michi *J.* me *Ussingius* p̃cipis *B.* p̃cipis *D.* prẹcipis *E.* precipis *J*

CLEAERETA

Hócinest pietátem colere, mátri inperium mínuere?
Án decorumst áduorsari meís te praeceptís?

PHILAENIVM

Quid est?
Néque quae recte fáciunt culpo, néque quae delinquónt amo.

CLEAERETA

Égo te uolui cástigare, tú mi accusatrix ades.

PHILAENIVM

Néque edepol te accúso, neque id me fácere fas exístumo.
Vérum ego meas querór fortunas, quóm illo quem amo prohibeor.

CLEAERETA

Écqua pars orátionis dé die dabitúr mihi?

PHILAENIVM

Ét meam partém loquendi ét tuam tradó tibi:
Ád loquendum atque ád tacendum túte habeas portísculum.

---

515. 516. *Nonius p. 151, 18:* portisculus proprie hortator est remigum, id est qui quandam perticam *(sic scripsimus Placido duce:* idem qui eamdem perticam *libri;* id est *iam olim emendatum est)* tenet

---

508. *Versus in libris post 509 exstat: corr. Fleckeisenus*]ine est *J* *Pers. om. libri hoc loco* Hoccine est *libri* colere *ex* colore *BD*^{3} matri *Bentleius:* matris *libri (*r *s. v. E)* imperium *libri* imperium matris *Pylades* 509. *Versum del. Ussingius: eum post v. 504 magis placere quam h. l. idem dicit*]um est *J* *Pers. praefigunt libri* decorum est *BDEFZ.* decorũest *ex* decoraest *(*est *e corr.) D* adũsari *B.* aduersari *DEJ* p̃ceptis *BDE.* pręceptis *J* Phil. Quid est *Camerarius:* quid est *libri.* quidem *Gulielmius* 510.] quę *J* quę *E.* que *BD* rectae *J* fatiunt *E* quę *BEJ* delinquunt *libri* 511—520. *Ordinem librorum (517. 518. 511. 516. 519. 520) turbatum esse sensit Fleckeisenus, qui hunc instituit: 517—520. 511—516. Ordinem invertimus* 511. *Ante h. v. libri exhibent 517. 518*] uolui *J* mihi *BD.* m̀ *E.* michi *J* 512.]ę edepol *J* nequę *J* me id *F, Reizius. Idem vel* facere id *Muellerus Pros. Pl. p. 327* existimo *libri* 513.]um *J* cum *BDEJ* prohibeor, o *poster. s. v. B* 514. Ecqua *Brixius Emend. Pl. p. 5, Fleckeisenus:* Egoua *B.* Ego ua *DE(*uapars*).*]go una *J.* Ergo una *FZ.* Ergon *Acidalius.* Ergo *Bentleius, Reizius* dedie *BDJ* michi *EJ* *V. 515. 516 Bothius interrogandi signis positis Cleaeretam dicentem facit* 515.] meam *J* ego et tuam *Reizius.* et autem tuam *Muellerus Pros. Pl. p. 59* tum tardo *Nonius* 516. Adloquendum *BD.* A[ ] loquendum *J* adtacendum *BDE.* ad iacendum *Nonius* tute habes *Isidorus.* tu ut habes *Nonius.* tu ut habeas *Ussingius cum Mercero* tu te

CLEAERETA

Sátis dicaculá's amatrix.

PHILAENIVM

Máter, is quaestúst mihi:
Língua poscit, córpus quaerit, ánimus hortat, rés monet.
Quín pol si reposíui remum, sóla ego in castéria
Vbi quiesco, omnís familiae caúsa consistít tibi.

CLEAERETA

Quíd ais tu, quam ego únam uidi múlierem audacíssumam?

---

quae portisculus dicitur, qua et cursum et hortamenta moderatur. Plautus Asinaria: 'et meam partem ... portisculum'. — *Isidorus Originum XIX 2, 13:* porticulus: malleus in manu portatus, quo modus signumque datur remigantibus. De quo Plautus: 'ad loquendum ... porticulum'. *Ex Isidoro hauserunt Papias, Hugutio, Iohannes de Ianua, Osbernus, quorum ultimus p. 429 haec habet:* hic porticulus ... id est paruus baculus ad portandum habilis et hic portusculus ... malleolus in naui, cum quo gubernator dat signum nautis uel in una uel in gemina percussione; unde Plautus in Asinaria: 'ad loquendum uel ad tacendum tute habes portusculum'

517. *Osbernus p. 158:* dicaculus ... id est aliquantulum facundus; unde Plautus 'dicacula' inquit 'est et haec meretrix'

519. 520. *Nonius p. 85, 23:* casteria locus ubi cum nauigatio conquiescit, remi et gubernacula conquiescunt. Plautus Asinaria: 'quin pol ... tibi'. — *Placidus ad Statii Theb. VI 797:* et signo de puppe dato] 'de puppe' a gubernatore. Nam pertica est quaedam in naui, quam hortator remigum tenet. Quam si incusserit, remiges non desinunt: si deposuerit, quiescunt a labore. Hanc casteriam Plautus nominauit in Asinaria: 'quin pol ... casteria'

DE portisculum, r *ex* s *E.* porticulum *Isidorus, quam formam etiam Paulus p. 235,11 et Philoxenus p. 165,12* porticulus: *κελευστής exhibent, Festus contra p. 234b 4 et glossa Amploniana*[1] *p. 361, 168 (cf. Prodromus p. 135, 5) recte* portisculus *V. 517. 518 in libris post 510 positi sunt* 517.] dicicula *J.* acula *E* es *libri* mater isquestus ē *ex* materis questus ē B^2. mater is questus *D.* mater es questus *E(*materes *et alt.* u *dubia)JZ(*quęstus*).* mater est quesitus *F: corr. Angelius* mihi est *DZ.* m̄ est *E.* michi est *J:* mihist *Angelius* 518.]gua *J* quęrit *J.* querit *BDE* hortat *Acidalius:* orat *libri* 519. quin pulsi *Nonii codd. ut vid.* reposiui *BJ:* repulsiui *vel* repulsaui *Nonius ut vid.* reposui *DE(bis exhibet) FZ, Placidus* incasteria *DEJ* schasteria *Turnebus Adv. IV 13 collata Hesychii glossa: σχαστηρία ... μέρος τι ἐν τῇ νηΐ* 520. quiosco *E* om̄is *B(*i *s. v. m.*[2]*)J.* om̄s *DE* familię *J.* familie *E* cassa *Acidalius* constitit *E.* consistit tibi *Nonianorum solus fere II: reliqui* c. ibi *vel* c. cibi 521. ego *om. Z* audacissimam *BDE*

Quótiens te uotui Árgyrippum fílium Demaéneti
Cónpellare aut cóntrectare cónloquiue aut cóntui?
Quíd dedit? quid déportari iússit ad nos? án tibi
Vērba blanda esse aúrum rere, dícta docta pró datis?
Vltro amas, ultro éxpetessis, últro ad te arcessí iubes.
Íllos qui dant, eós derides: quí deludunt déperis.
Án te id exspectáre oportet, sí quis promittát tibi,
Té facturum díuitem, si móriatur matér sua?
Écastor nobís periclum et fámiliae porténditur,
Dum éius exspectámus mortem, né nos moriamúr fame.
Núnc adeo nisi mi húc argenti défert uigintí minas,
Né ille ecastor hínc trudetur lárgus lacrumarúm foras.
Haéc dies summást quom apud me inópiast excusátio.

---

522. Quotiens te, te *s. v. B* uotui, c *s.* o *m.*^{2}*B.* uetui *J* argiripum *B*(g *ex* r) *DJ*^{2}. agrippum *EJ*^{1} filiūn, *ut ultima litt. videatur* m *esse ad finem non perducta D* demeneti *D*(i *ex* um) *EJ.* demeneti *B* 523. Compellare *libri* contrectare *D* conloqui ue *BE.* colloqui ue *J* 524. adnos *BE* an tibi *Reizius, Fleckeisenus:* an tu *(vel* antu*)* tibi *libri.* tu tibi *Bentleius, Weisius* 525. rerere *E.* rere *in lacuna undecim fere litt. add. m.*^{2}*D* 526.]tro *J* expetessis *ex* expetes sis *B*^{2}. expetes sis *E* adte *BD* accersi *BDE.* acersi *J* 527. illas, o *s.* a *E.* illi *Scaliger* dant eos, eos *s. v. et* dant *in ras. B*^{2} deperis *Camerarius:* dederis *libri, nisi quod* derideris *Z* 528.] id *J* Ante *BDE* expectare *DEJ* *Post* oportet *m.*^{2} *inser.* ? *B* siquis *BDE* 529.] facturum *J* diuitem esse *Aldina* moriatur *Pylades:* moritur *libri* mater moriatur *Bothius, Ritschelius* sua *E*^{3}*F, Saracenus:* tua *BDEJ* 530. nobs *E* nobis *simul cum* et *del. Bothius* periclum *Pylades, Bentleius:* periclum *(ex* periculum *ras. J)* magnum *libri* familię *J.* familie *E* 531. Demetrius *E.* Demeneti si *JE*^{3}*FZ* expectamus *EJ*(*ex* expectauimus*)* nenos *J* moriamur *ex* moriamus *E* fame *ex* fama *D* 532. mihi *BDE*(m̀)*J*(michi) nisi huc argenti mi *Fleckeisenus Philologi t. 2 (a. 1847) p. 71, Muellerus Pros. Pl. p. 545.* nisi mihi uiginti huc *Fleckeisenus ibid. dubitanter* defert *LG frequenti apud Plautum usu ducti:* adfert *BD.* affert *E*(*cum parvula post* r *ras.*)*J* 533.] ille *J* largos *B* lacrimarum *BE* 534. *Versum del. Guyetus*]c *J* Haec *Fleckeisenus, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 45 (cf. Pseud. v. 374, Persae 34):* Hic *libri* summast *Fleckeisenus.* sūme ē *E*^{3} *ex* sunn/st, *pro quo fuerit* sumust, *E.* summe est *JFZ*(summę) quom apud me inopiast *LG:* apud *(ex* aput *J)* me inopiae (inopię *D.* inopie *E) libri* med *Bothius, Ritschelius l. s. s.* me ei *Muellerus Pros. Pl. p. 545* apud me summast *Reizius apud Hermannum Elem. d. m. p. 88* med: inopia exclusast domo *vel* foras *Schoellius Anal. Pl. p. 32 adn. 64,* me inopiast exclusa *(vel* excussa*)* ilico *idem nunc Ussingius versum putat intercidisse*

PHILAENIVM

Pátiar, si cibó carere mé iubes, matér mea.

CLEAERETA

Nón uoto ted amáre qui dant quoía amentur grátia.

PHILAENIVM

Quíd si hic animus óccupatust, máter, quid faciám? mone.

CLEAERETA

Em

Meúm caput contémples, si quidem éx re consultás tua.

PHILAENIVM

Étiam opilió qui pascit, máter, alienás ouis,
Áliquam habet pecúliarem, quí spem soletúr suam.
Síne med animi caúsa amare unum Árgyrippum, quém uolo.

CLEAERETA

Íntro abi: nam té quidem edepol níhil est inpudéntius.

PHILAENIVM

Aúdientem dícto, mater, próduxisti fíliam.

---

539. *Gellius XVIII 12, 1:* Id quoque habitum est in oratione facienda elegantiae genus, ut pro uerbis habentibus patiendi figuram agentia ponerent ac deinde haec uice inter sese mutua uerterent. Iuuentius ... Plautus ... in Asinaria quoque contemples dicit pro 'contempleris': 'mecum ... tua'. — *Nonius p. 469, 33* 'de contrariis generibus uerborum' *agens:* contempla. Accius ... Plautus Asinaria: 'meum caput contemples'

---

535. me *m.*² *s. v. J* iubeas *Z.* iubes iubes *J* 536. Non uoto (ueto *m.*²) ted amare (*ex* tedamare *m.*²) *B.* Non uoto te damare *E.* Nonuotote damare *D.* Non ueto te amare *JFZ, Acidalius, Geppertus Stud. Pl. I p. 128* danunt *Fleckeisenus* quoia *Bergkius Symb. ad gramm. lat. p. 63:* q̃ *m.*² *ex* quī *B.* qua *DEJFZ.* quad *Acidalius, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 62.* qua mage *Muellerus Pros. Pl. p. 223.* quanam *Koehlerus l. s. s. p. 68* amentur *ex* amantur *J* 537. Set si *Fleckeisenus, fort. recte* occupatust, s *post* a *er. E.* occupatus est *J* qd *ex* qđ *B*². quod *E* fatiam *E* *Interpungunt alii post* occupatust *vel post* mater 538. hem *libri* 539. mecum *Gellius* capud *DEJ(in* caput *corr.)* siquidem *BDEJ* exre *J.* e re *vel* aere *Gellius*
540. ó mater, ó *m.*² *s. v. ut significaretur vocativus addito B* oues *J* 541. quia *ut vid. J* [ ]am *J* 542. Sine med animi causa amare u. A. *LG:* Sine me amare u. a. animi causa *libri* argirippum, g *ex al. litt. B.* argirippum, *priore* p *s. v. D.* agrippum *E.* Argyrippum hunc *Muellerus Pros. Pl. p. 545* uolo *vocis* l *tantum legi potest J* 543. abinamte *D* nichil *EJ* impudentius *DEJ* 544. dicco *D*

LIBANVS. LEONIDA

LIBANVS

Perfídiae laudes grátiasque habémus merito mágnas,
Quom nóstris sycophántiis, dolís astutiísque,
Scapulárum confidéntia, uirtúte ulmorum fréti,
* * * * * * * * * * * * * * * * * * * *
Qui aduórsum stimulos, lámminas, crucésque conpedésque,
Neruós, catenas, cárceres, numéllas, pedicas, bóias
Indúctoresque acérrumos gnarósque nostri térgi
[Qui saepe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt]
* * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

547. *Nonius p. 262, 3:* confidentia duritia, patientia. Plautus in Asinaria: 'scapularum ... freti' 550. *Nonius p. 144, 22:* numellae machinae genus ligneum ad discruciandos noxios paratum, quo et collum et pedes immittunt. Plautus Aulularia: 'neruus ... boias'. — *Osbernus p. 377:* numella ... quoddam genus catenarum innumeris maculis contextum; unde Plautus in Asinaria: 'catenas carceres numellas boias ibo aduersum': *cf. ad v. 295* 551. *Collatis bilinguibus glossis hisce: Cyrilli p. 444, 15* εἰσακτής: inductor *et Labbaei p. 91[b]* 'e': inductor: ἐμβιβαστής *nihil omnino ad explicandum vel emendandum h. l. proficimus*

Act. III Sc. 2 LIBAN[9] · LEONIDA SERVI DVO · *in ead. qua praecedens v. linea B.* LIBANVS LEONIDA DVO SERVI *J.* SERVI DVC̄ *E. Spat. vac. D* 545. erfidiae *c. spat. init. D.* Perfidię *B.* Perfidie *E* gratiasque, q *post* que *er. E.* graciasque *J* 546. Quum *BD.* Cum *EJ* nostris, i *ex* a *D* sicophantiis *B.* si cophantiis *J.* sichophantus *ut vid. E* astutiisque *ras. ex* astutusque *B.* astutusque *E.* astutiisquę *m.*[2] *ex* astutusquę *J.* astatusque *D* 547. confidendentia *B* humerorum *vel* armorum *Saracenus: illud etiam Lambinus* freci *BD* spreta *vel* in uirtutem *Ussingius* uirtute freti, ulmorum Ad morsum *Goellerus ad Trinummum p. 60 Post h. v. aliquid intercidisse vidit Fleckeisenus* 549. Qui *del. Pylades, Scaliger.* Quom *Lambinus* aduorsum, r *ex* s *E* stetimus *Ussingius* iam minas *E: cf. Lachmannus in Lucr. p. 205* compedesque *DE(c̄-)J* 550. neruus *Nonius praeter O cod.* carceris *B(*a *ex* e *vel* o*)DE.* carcerem *Nonius, Ussingius* bonas *D, quod si vel in B vel in omnibus codd. legeretur, non deesset qui* boiias *scriberet* 551. Inductoresque *Langiani, Palmerius, Acidalius:* Indoctoresque *(*do *ex* cer *ut vid. D) libri, Hildebrandus ad Appuleium I p. 386.* Inpactoresque *Pareus, Ussingius* acerrimos *E.* acerrumos *m.*[2] *ex* acerumos *J* 552. *V. damnat Bothius* sepe *BDEJ* innostras *DE* nibices *Guyetus Post h. v. lacunam esse statuit Fleckeisenus*

Eae núnc legiones, cópiae exércitusque eórum
Vi púgnando, periúriis nostrís fugae potíti.
Id uírtute huius conlégae meaque cómitate fáctumst.
Qui mést uir alter fórtior ad súfferundas plágas?

LEONIDA

Edepól uirtutes quí tuas non pótis es conlaudáre
Sicút ego possum, quaé domi duellíque male fecísti.
Ne illa édepol pro meritó tuo memorári multa póssunt:
Vbi fídentem fraudáueris, ubi ero ínfidelis fúeris,
Vbi uérbis conceptís sciens lubénter periuráris,
Vbi párietes perfóderis, in fúrto ubi sis praehénsus,
Vbi saépe causam díxeris pendéns aduorsus ócto
Artútos, audacís uiros, ualéntis uirgatóres.

554. Hae *J* nunc nc̄ *J* copiae *ex* copias *D.* copie *E(ex* proprie*)J* eorum *Camerarius:* forum *libri.* furum E^3, *Scutarius.* lorum *Pontanus* 555. Vbi *J* Pugnando ui *Fleckeisenus in ed., quam sententiam retractavit Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 502.* Vi pugnando et *Mohrius de sept. iamb. p. 21* per iuriis *B* fugae *Buechelerus Nov. ann. vol. 87 (a. 1863) p. 772:* eugae *BD.* euge *EJ* 556. collegae *BD.* collegę *J.* college *E.* collegaeque *Muellerus Pros. Pl. p. 614 adn.* collegaest *miro modo Hermannus Elem. d. m. p. 152* Virtute id conlegae huius mei meaque comitate Factumst *Hermannus de metris p. 178.* Virtute id conlegae huius est meaque comitate Factum *Bothius* comittate *J* factum st *B.* Factum est *J* 557. mest uir alter fortior *LG (cf. Nov. ann. vol. 113 (a. 1876) p. 358):* me uir fortior est *libri (*est *om. Z)* qui mest uir fortior *Weisius, Fleckeisenus* sufferandas *B.* sufferendas *D(*n *ex* u*)EJ* 558. *Fortasse* qui uirtutes*: cf. Ussingius* non potis es *LG(*non *iam Gertzius):* nunc possis *libri.* nunc possit *Scutarius, quem fere omnes secuti sunt,* qui *relativum esse rati* cōlaudare *E.* collaudare *J* 559. ergo *J* possum *F, Pylades:* possim *BDBJZ* quę *BDEJ* domx *E* 560. *V. dittographia esse videtur: cf. praefatio* Neilla *D.* Ne ille *Lambinus, ut inde apodosis incipiat* promerito *BDE* tuo *Guyetus, Reizius:* nunc tuo *libri* memorari *ex* memora *m.*^{2} *vel m.*^{3} *J* possu *et ligatura post* u*, quae* ns *potius quam* nt *esse vid. D* memorare multa possit *Lambinus* 561. fidem tem *ex* fidem *m.*^{2} *vel m.*^{3} *J* fidum defraudaueris *Ritschelius ap. Mohrium l. s. s. p. 21. Fuit qui* confidentem frausus sis *coniceret. Traditam scripturam recte def. Fleckeisenus Nov. ann. vol. 107 (a. 1873) p. 501 sq.* hero *ex* ero *m.*^{2} *vel m.*^{3} *J* 562. libenter *libri* 563. parietis *BDE* infurto *DE* p̄hensus *B.* p̄hensus *DE.* prẹhensus *J* 564. sepe *BDEJ* aduersus *libri* 565. Artutos *Fleckeisenus:* Astutos *libri.* Artitos *Turnebus Adv. XXIV 31* audaces *et* ualentes *J* iurgatores *JFZ, quod etiam in B legi potest, corr. Pius*

LIBANVS

Fateór profecto ut praédicas, Leónida, esse uéra:
Verum édepol ne etiam túa quoque malefácta iterari múlta
Et uéro possunt: úbi sciens fidéli infidus fúeris,
Vbi praénsus in furtó sies manufésto et uerberátus,
Vbi périuraris, úbi sacro manús sis admolítus,
Vbi erís damno et moléstiae et dedécori saepe fúeris,
Vbi créditum quod sít tibi datum ésse pernegáris,
Vbi amícae quam amicó tuo fuerís magis fidélis,
Vbi saépe ad languorém tua durítia dederis ócto
Validós lictores, úlmeis adféctos lentis uírgis.
Num mále relatast grátia, ut conlégam conlaudáui?

LEONIDA

Vt méque teque máxume atque ingénio nostro décuit.

LIBANVS

Iam omítte istaec: hoc quód rogo respónde.

LEONIDA

Rogita quód uis.

---

566. p̃dicas *B.* predicas *EJ.* predicis *D* *Ante* uera *ras. J* 567. ne etiam tua *Camerarius:* ni etiam *(*nietiam *D)* tua *(*tuo *B) libri.* ne tua etiam *Lambinus.* etiam tua *Guyetus, Fleckeisenus Philologi t. 2 (a. 1847) p. 96. Fortasse* qui etiam male facta *J.* malęfacta *D* 568. uera *Weisius* fideli $m.^{3}$ *vel* $m.^{3}$ *ex* uideli *J* inuidus *D* 568—570. *Suspicionem movent verba* ubi sciens — periuraris, *quae versu non laeso eici possunt: eadem ibi habes quae vel supra vel infra eisdem fere verbis dicta sunt* 569. prensus *E.* prensus *DJ* infurto *DE.* infuturo *J* manufesto et *Scaliger:* et manifesto *(*manifestos, o *ut vid. ex* u *D) libri.* manufesto *Reizius* 570. periuraris *ex* periurabis *D* 571. damno et *Bothius, Mohrius l. s. s. p. 18:* dampno *libri* damno eris *Lachmannus* molestię *B.* molestie *E* sepe *BDEJ(*$m.^{2}$ *vel* $m.^{3}$ *e corr.)* 572. *Post* creditum *ras. J* tibi quod sit tibi *Z: corr. Hermolaus* 573. amicę *J.* amice, a $m.^{3}$ *in ras. E* 574. sepe *BDEJ* adlanguorem *BDJ.* adlangorem, *alt.* a *ex* o *E.* ad langorem *FZ* tua duricia *B.* tu aduritia *E* 575. Validos *ex* Validus *D* lictoris *B.* littoris *corr. in* lictoris *D.* littoris *E* affectos *J.* adfectus *Bosius.* adfectis *Acidalius* 576. Num, u *ex* a *B* relata est *libri* ut collegam collaudaui *BD(*collaudauit*).* collegam collaudaui *E(*collegam *add.* $m.^{2}$*)FZ.* collaudaui collegam *J* 577. te quę *J* maxime *BDE* atquę *J* ingenium nostrum *Lambinus* 578. istaec *Schmidtius de pron. dem. form. p. 79:* ista atque *libri (ras. post* ista *J)* quid uis *DF(*quiduis*)* Rogita q[*J*

LIBANVS

Argénti uigintí minas habés nunc?

LEONIDA

Arioláre.

Edepól senem Demaénetum lepidúm fuisse nóbis:
Vt ádsimulabat Saúream med ésse quam facéte.
Nimis aégre risu mé continui, ubi hóspitem inclamáuit,
Quod sése absente míhi fidem habére noluísset.
[Ut mémoriter me Saúream uocábat atriénsem]

LIBANVS

Manedúm.

LEONIDA

Quid est?

LIBANVS

Philaénium estne haec quae íntus exit átque
Vna Argyrippus?

LEONIDA

Opprime os: is ést. subauscultémus.

---

579. habes nunc *Muellerus Pros. Pl. p. 642 (cf. Add. p. 103):* habesne *libri* (habes ne *EJ*). habesne tu *Pylades* hariolare *BDE* 580. demęnetum *D*. dęmęnetum *B*. demenetum *E*. de menetum *J* 581.]auream [ ] esse *J* adsimilabat *E* med esse *Camerarius, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 35:* me esse *libri*. me is esse *Umpfenbachius Mel. p. 27* quem *BDE* facete *ex* facerete *E*. facere *Z: corr. Hermolaus De structura cf. Fuhrmannus Nov. ann. vol. 97 (a. 1868) p. 845 et Brixius ibid. vol. 101 (a. 1870) p. 778* 582.] egre risu [ ] continui *J* egre *E* risu me *Hermannus Elem. d. m. p. 154:* risum *libri. De caesura cf. Mohrius p. 13 Post* hospitem *ras. J* 583.]absente [ ]hi *J* sese *Gruterus, Reizius:* se *libri.* sepse *Muellerus Add. ad Pros. Plaut. p. 114 adn.* sed *Ritschelius Nov. exc. p. 51* m̄ *E* habere *ex* habuisse *E* noluisset, ss *e corr. D* 584. *Hunc v., quem Fleckeisenus post 581 ponit, parallelum esse versus 581 vidit R. Muellerus de Plauti Epidico thes. III*]mem[ ]sauream *J* memoṇriter *E* locabat *J* 585. Mane dum *BEJ* quod est *E* philenium *libri* (philenium *E)* est ne *BEJ* hęc *B*. h̄ *E*. hęc *ex* hic *m.*[1] *ut vid. D*. hec *J*. illaec *Ussingius*. istaec *Muellerus Pros. Pl. p. 303* (Phileniumne est haec huc *idem ibid.)* quę *BD*. q̄ *J*. que *E* exit atque *Bothius:* exit *libri* 586. Una Argyrippus *Bothius:* Atque (Atquę *J)* argirippus (argyrippus *m.*[2] *ex* agyrippus *J*. arrgirippus *B*. agirippus *E)* una *libri*. Atque Argyrippus *Reizius, Weisius* opprimę *D* os opprime *Camerarius, Muellerus l. s. s.* sub auscultemus *E*. subascultemus *B*. sub ascultemus *D*

LIBANVS

Lacrumántem laciniá tenet lacrumáns. quidnam esse dícam? Tacite aúscultemus.

LEONIDA

Áttatae: modo hércle in mentem uénit:
Nimis uéllem habere pérticam.

LIBANVS

Quoi reí?

LEONIDA

Qui uerberárem
Asinós, si forte occéperint clamáre hinc ex crumína.

ARGYRIPPVS. PHILAENIVM. LIBANVS. LEONIDA

ARGYRIPPVS

Quor mé retentas?

PHILAENIVM

Quía tui amáns abeuntis égeo:
Mane sís.

ARGYRIPPVS

Vale.

592. *Nonius p. 349, 35 de* manere *verbi significationibus variis agens affert etiam:* Plautus in Asinaria: 'uale. — aliquanto ... maneres'

587.]crumantem *J* *Pers. om. EFZ* Lacrimantem *E* lucrumans *J.* lacrimans *E* quid nam *BE.* q id nam *D.* Qđ nam *J* 588. *Versum del. Guyetus* *Leon. pers. initio add. BD, Acidalius* |te *J.* tace tu *Boxhornius* Leon. atat *F.* Li. Attate *BD.* Li. At tate *E.* Lib. at at *JZ*(atat)*: corr. Angelius* inmentem *E* 589.]mis *J* Lib. Quoi *F, Angelius:* Leon. Quo cui *B.* Leon. cui quoi *E.* Leon. quoi *Z.* Leon. cui *DJ* Leon. Qui *F, Angelius:* Liban. Qui *BDEJZ* 590.]sinos *J* hinc *om. J* excrumina *E*

Act. III Sc. 3 ADVLESCENS · MERETRIX SERVI DVO · *in ead. qua praecedens v. linea B.* ADVLESCENS · MERETRIX · SERVI · *E.* ARGYRIPPVS · PHILENVM · LEON̄ · LIB̄ · SERVI DVO *J.* *Om D spat. relicto* *Scaenam multo breviorem fuisse suspicatur Muellerus Pros. Pl. p. 319* 591. Cur *libri* (ur *c. spat. D*) amantis *pro* abeuntis *Seyffertus Stud. Pl. p. 1* egeo *m.*^{2} *ex* ego *J* 592. Mane sis *addidimus: om. libri, Nonius*

PHILAENIVM

Aliquanto ámplius ualérem, si hic manéres.

ARGYRIPPVS

Salué.

PHILAENIVM

Saluere mé iubes, quoi tu ábiens adfers mórbum.

ARGYRIPPVS

Matér supremam míhi tua dixít, domum ire iússit.

PHILAENIVM

Acérbum funus fíliae faciét, si te caréndumst.

LIBANVS

Homo hércle hinc exclusúst foras.

LEONIDA

Ita rés est.

ARGYRIPPVS

Mitte quaéso.

PHILAENIVM

Quo núnc abis? quin tu híc manes?

ARGYRIPPVS

Nox sí uoles manébo.

LIBANVS

Audín hunc opera ut lárgus est noctúrna? nunc enim ésse
Negótiosum intérdius uidélicet Solónem,

---

ah quanto *Pylades.* aliquantod *Bothius.* pol aliquanto *Fleckeisenus.* at aliquanto *Quicheratius ad Nonium.* aliquanto ego *Ussingius* maneres *ex* egeres *E* 593. salue re *B* quoi *(s. v.* cui*) B.* quoi cui *E.* cui *D*(cuitu)*J* affers *FZ:* offers *BDE, Ussingius.* effers *J* 594. Mater, M *ex* S *D* supremam *Turnebus Adv. III 12, Scaliger:* supremum *libri (*suppremum *D.* supp̃mum *BJ(*]s.*), quod def. I. Schegkius* '*Observationum et emendatt. praemissa*' *Francof. a. 1590 p. 23 sq.* michi tua *EJ.* tua mihi *Lomanus Spec. cr. p. 18* *Ante* iussit *er.* d *B* 595. funus *ex* fumus *m.*[2] *J* filie *E* faciet filiae, ili *ex* aci *D* site *BD* carendum est *libri* 596.]mo *J* exclusus est *BDEJ(*e.*).* extrusust *Lambinus, sed cf. Langenus p. 251* mitte *ex* mitto *D* queso *BE.* queso *DJ* 597. Quo [ ]c *J* mane *F* nox *Lipsius Ant. lect. II 7, Scaliger:* mox *libri* 598. Audin tu hunc *Beckerus in Studemundi Studiis p. 271 itemque editt. veteres* hunc, n *s. v. D* esse *Muellerus Pros. Pl. p. 280:* est *libri.* hic est *Camerarius* 599. Negotiosum *Muellerus l. s. s.:* Negotiosus *libri. Muellerum secuti sumus, quamquam* uidélicet *facit ut dubitemus* inter dius *E.* interduis *BJ* interdius negotiosus *Bothius, Fleckeisenus* Le. Videlicet *Weisius* solon est JE^3FZ

Legés ut conscribát, quibus se pópulus teneat. gérrae:
Qui sése parere ádparent huius légibus, profécto,
Numquám bonae frugí sient, diés noctesque pótent.

LEONIDA

Ne iste hércle ab ista nón pedem discédat, si licéssit,
Qui núnc festinat átque ab hac minátur sese abíre.

LIBANVS

Sermóni iam finém face tuo: huíus sermonem accípiam.

ARGYRIPPVS

Valé.

PHILAENIVM

Quo properas?

ARGYRIPPVS

Béne uale: apud Órcum te uidébo:
Nam equidém me iam quantúm potest a uíta abiudicábo.

PHILAENIVM

Quor tu, óbsecro, inmeritó meo me mórti dedere óptas?

ARGYRIPPVS

Egon té? quam si ego intéllegam defícere uita, iam ípse
Vitám meam tibi lárgiar et dé mea ad tuam áddam.

600. 601. *Nonius p. 118, 24:* gerrae nugae, ineptiae; et sunt gerrae fascini, qui sic in Naxo insula Veneris ab incolis appellantur. Plautus Asinaria: 'gerrae! ... profecto'. — *Osbernus p. 261b sq.:* gerra nuga uel nugator. Plautus: 'gerrae, qui sese apparere parent huius legibus' 603. *Osbernus p. 328b:* licescit licet. Plautus: 'discedat ergo, si licescit'

600.]es *J* gerrę *EJ*. Li. Gerrae *Weisius* 601. se esperare *vel* se sperare *vel* sesperare *Nonius* se se *E* parere *ex* aparere *ras. E.* pareree, *ultima* e *pallido atr. scripta J* apparent *BDE, Nonius.* aparent *J* 602. bonę *BJ.* bone *E.* bone, o *ex* e *D* fruge *DE* 603. Neiste *D* discedat *m.*2 *ex* discat *J* silices sit *BD* licescit *Osbernus* 604. atquę atquę *J* se se *E* 605. iam, i *in lit. B* tuo face *Lomanus Spec. cr. p. 18* excipiam *Guyetus* 606. *Pers. Phil. et Arg. intra v. om. BDE* orchum *BDEJ* uidebo, b *ex al. litt. DJ* 607. potis *Fleckeisenus* auita *BDEJ* 608. Cur *libri* immerito *DJ* 609. Egón te *Richterus, Lomanus Spec. cr. p. 19:* Ego te *libri* si ego *Fleckeisenus:* si *libri.* si umquam *Guyetus.* si te *Bentleius,* qui *pro* quam *cum Pareo scribens* intelligam *EJ* 610. lagiar *J* demea *BJ* adtua *E*



rumántes, eo rogáui. 620

perdidístis.

ideó quia numquam ullum
hábui.

LAENIVM

di quaé uelitis uóbis.

LEONIDA

m uelím, si optata fíant.

ARGYRIPPVS

uero.

LEONIDA

Tibi équidem, non mihi ópto. 625

ARGYRIPPVS

re quód lubet.

LEONIDA

Hunc hércle uerberáre.

LIBANVS

redát tibi, cinaéde calamistráte?
ui pró cibo habeás te uerberári?

quam [*J* 620. Qui dum *BEJ* tibi sunt *JF* (*ex* lacrumantes) *E.* lacrimantes, u *s.* i *J* eo *DB*(*ex* ego *EJFZ* 621. fuit *om. D* 622. horcle *E* id ũquã *D* 623. Philenium *libri* oabunt *E* dii *J* *EJ* 624. Leon. *praem. Acidalius:* Lib. *libri* 625. *Leon. Acidalius: Libani exhibent libri* tibi equidem non m opto hunc hercle uerberare *scriptum fuerat E* michi *J* *E* t quid q[illegible] iubet *E* *Leon. pers. restituit* *Lib. exhibent* e *B* 627. *Lib. pers. rest. Aci-* *exhibent* um *B.* Quis////nam *D* accredat *BDEJ* e *E.* calamistrate, la *s. v. D* *litscheli* *at. p. 78*

PHILAENIVM

Quor érgo minitarís mihi te uítam esse amissúrum?
Nam quíd me facturám putas, si istúc quod dicis fáxis?
Certúmst efficere in me ómnia eadém quae tu in te fáxis.

ARGYRIPPVS

O mélle dulci dúlcior tu's.

PHILAENIVM

Cérte enim tu mihi uíta's:

Conpléctere.

ARGYRIPPVS

Fació lubens.

PHILAENIVM

Vtinám sic efferámur.

LEONIDA

O Líbane, ut misere míser homost qui amát!

LIBANVS

Immo hercle uéro

Qui péndet multost míserior.

LEONIDA

Scio quí periclum féci.

Circúmsistamus: álter hinc, hinc álter adpellémus.

LIBANVS

Ere, sálue: sed num fúmus est haec múlier quam amplexáre?

---

611. Cur *libri* ergo, r *s. v. B* mihi *Lomanus p. 18:* tibi *libri* amissuram *corr. in* amissurum *D* 613. Certumst *Lachmannus:* Mihi (Michi *EJ)* certum est *libri.* mi est certum *Bentleius* est *del. Bothius, contra usum* inme omnia *DE.* omnia in me *Fleckeisenus, Reizius* tandem *EJFZ* quę *BEJ* inte *BDEJ* 614. Oh *BDJ* dulci B^2 *ut vid., Z:* dulce B^1DEJF dultior *E* tu's *Fleckeisenus:* mihi tu es *BDFZ.* tu mihi tu es *E*(m̄) *J*(tues). Phil. mihi *Ussingius* certæ *D* mihi uita's *Fleckeisenus:* uita es (est *J)* mihi (m̄ *E) libri.* uita's *Bothius, Ussingius* 615. Complectere *BDJ* fatio *E* offeramur *J* 616. Libane, Libane *Camerarius.* mi Libane *vel* Libane mi *Muellerus Pros. Pl. p. 679 inter alia* ut misere miser homost *LG:* ut miser est homo *libri.* ut miser is est homo *Fleckeisenus.* miser ut est homo *Bothius* *Versum ut corrigat Hermannus in fine add.* potius 617. multo est *libri* *Integrum v. Libano dat Fleckeisenus* quia *E* 618. *Lib. pers. praem. Acidalius* Circum sistamus *BDJ* - appellemus *BDE.* apellemus *J* 619. Lib. Here salue sed *F.* Lib. Here saluete sed *Z.* Here salue. Sed *J.*' Ere (Here *BD.* Tere *E)* salue. Lib. Sed (set *E) BDE* ñ *E* sumus *J* *S.* est *3—4 litt. er. D: conici potest* hæc *ibi scriptum fuisse* hęc mulier *E.* hec mulier *J.*

ARGYRIPPVS

Quidúm?

LIBANVS

Quia oculi súnt tibi lacrumántes, eo rogáui.

ARGYRIPPVS

Patrónus qui uobís fuit futúrus, perdidístis.

LIBANVS

Equidem hércle nullum pérdidi, ideó quia numquam ullum hábui.

LEONIDA

Philaénium, salué.

PHILAENIVM

Dabunt di quaé uelitis uóbis.

LEONIDA

Noctém tuam et uiní cadum uelím, si optata fíant.

ARGYRIPPVS

Verbúm caue faxis, uérbero.

LEONIDA

Tibi équidem, non mihi ópto.

ARGYRIPPVS

Tum tu ígitur loquere quód lubet.

LEONIDA

Hunc hércle uerberáre.

LIBANVS

Quisnam ístuc adcredát tibi, cinaéde calamistráte?
Tun uérberes, qui pró cibo habeás te uerberári?

---

mulier haec *D* quam [*J* 620. Qui dum *BEJ* tibi sunt *JF* lacrumantis *BD(ex* lacrumantes*)E.* lacrimantes, u *s.* i *J* eo *DB(ex* ego*), Scaliger:* ego *EJFZ* 621. fuit *om. D* 622. horcle *E* id eo *E* nullū ūquā *D* 623. Philenium *libri* oabunt *E* dii *J* quę *BDEJ* 624. Leon. *praem. Acidalius:* Lib. *libri* 625. *Leon. pers. restituit Acidalius: Libani exhibent libri* tibi equidem non m̄ opto *in ras., ubi* hunc hercle uerberare *scriptum fuerat E* michi *J* 626. loquęre *E* t quid qđ *D* iubet *E* *Leon. pers. restituit Acidalius: Lib. exhibent libri* ercle *B* 627. *Lib. pers. rest. Acidalius: Leon. exhibent libri* Quis nam *B.* Quis nam *D* accredat *J* cinede *BDEJ* calamistra te *E.* calamistrate, la *s. v. D* 628. cibod *Ritschelius Nov. exc. Plaut. p. 78*

ARGYRIPPVS

Vt uóstrae fortunaé meis praecédunt, Libane, lónge,
Hodié qui numquam ad uésperum uiuám.

LIBANVS

Quapropter, quaéso?

ARGYRIPPVS

Quia ego hánc amo et med haéc amat: huic quód dem nusquam quícquamst:
Hinc méd amantem ex aédibus eiécit huius máter.
Argénti uigintí minae med ád mortem adpulérunt,
Quas hódie adulescens Díabolus ipsí daturus díxit,
Vt hánc ne quoquam mítteret nisi ád se hunc annum tótum.
Vidétin uigintí minae quid póllent quidue póssunt?
Ille quí illas perdit sáluos est: ego quí non perdo péreo.

LIBANVS

Iam dédit argentum?

---

629. ꝑ quã *supra* Vt *D* urãe *D.* urę *BJ.* urẽ *E* fortunę *J.* fortune *DE* p̃cedunt *BDE.* precedunt *J* 630. Hodie qui *Camerarius:* Qui hodie *libri.* Qui hocedie *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 93* hodie usque ad *Z.* numquam hodie usque ad *Pylades.* hodie numquam usque *vel* numquam hodie usque *Muellerus Pros. Pl. p. 753* aduesperum *EJ* qua propter *EJ* quęso *BDEJ* 631. et med haec *Ritschelius Nov. exc. Plaut. p. 41:* et haec *(*hęc *EJ)* me *libri.* et haec med *Guyetus.* et itidem haec me *Fleckeisenus.* et haec me contra *Muellerus Pros. Plaut. p. 319.* et me autem haec *vel* et me haec autem *Ritschelius l. s. s.: cf. v. 632* quid *J* nusquam *FZ:* numquam *BDE (*nunquam*)J* quicquam est *libri (*est *m. recentiore add. J)* 632. Quia hinc me amantem *Muellerus Pros. Pl. p. 766,* quia *ex v. 631 adscito ceterisque eiectis* Hinc me damantem *EZ.* Hinc me clamantem *JF.* Hinc modo me amantem *Umpfenbachius Mel. p. 38* exaedibus *BJ.* ex ędibus *E* eiecit *Fleckeisenus:* delegit *libri.* deiecit *Camerarius.* abegit *Aldina. Cogitari potest etiam de* exegit 633. uiginti *s. v. B*[1]. uigintę *J* minę *EJ* med *'ex Palatinis' Pareus:* me *libri. Cf. Ritschelius Nov. exc. Plaut. p. 35* admortem *DEJ.* ad amortem *B* ad mortem me *Fleckeisenus:* unae me ad mortem *Muellerus Pros. Plaut. p. 728* appulerunt *libri* 634. *Fortasse* ipsi adulescens Diabolus hodie. *Mohrius de septenario iamb. p. 29* hocedie adulescens Diabolus ei adolescens *DJ (ex* addulescens*).* adholescens, sc *post* o *del. E* daturum *F, Kienitzius Nov. ann. t. 117 (a. 1878) p. 848.* daturus *def. praeter alios Lipsius Ant. lect. II 7* 635. hanc *ex* hane *E* nequoquam *D.* nequo quam *F.* nequoiquam, i *s. v. B* nis adse *E* 636. Videt in *BE* minę *EJ* quid ue *B.* quid ne *J* 637. quid *D* illas *ex* ille sal *D* perdidit *J* saluus *libri* perdor, *alt.* r *er. B*

ARGYRIPPVS

Nón dedit.

LIBANVS

Bono ánimo es, ne formída.

LEONIDA

Secéde huc, Libane: té uolo.

LIBANVS

Si quíd uis.

ARGYRIPPVS

Obsecró uos,
Eadem ístac opera suáuiust conpléxos fabulári.

LIBANVS

Non ómnia eadem aeque ómnibus, ere, suáuia essè scíto.
Vobís est suaue amántibus conpléxos fabulári:
Ego cónplexum huius níl moror, meum aútem hic aspernátur.
Proinde ístuc facias ípse, quod faciámus nobis suádes.

ARGYRIPPVS

Ego uéro et quidem edepól lubens: intérea, si uidétur,
Concédite istuc.

LEONIDA

Vín erum delúdi?

LIBANVS

Dignust sáne.

LEONIDA

Vin fáciam ut te Philaénium praesénte hoc amplexétur?

---

639. Se cede *J* siquid *BDE* Ar. Si quid uis, obsecro *Acidalius* 640. suauius est *libri* complexos *BDJ* 641. 642. *desunt in EJF: cf. Goetzius Anal. Plaut. p. 73* 641. eadem omnia *Z: corr. Pylades* aeque *Angelius:* atque *BDZ* here *BZ* scito, t *s. v. D* 642. complexos *BDZ* 643. *Versum obelo notat Guyetus Arg. pers. praem. BD E* complexum *BDJ* nihil *BD.* nichil *EJ* meum *Z:* Leon. Meum *BDEJ* (Meum *ex* Mecum) *F* hic *Pylades:* haec (hęc *E.* hec *J*) *libri* 644. Proin tu *Fuhrmannus Nov. annal. t. 97 (a. 1868) p. 854.* Pro inde *J* istuc *Saracenus:* istud *libri. Cf. Schmidtius de pronom. dem. form. p. 84* facias *ex* facies *D* ipse, s *ex al. litt. D* 645. edepol, *alt.* e *ex* o *D* iubens *E* *Post* lubens *pers. epact. sex fere litterarum D* 646. Vin erum B^2. Vinerum B^1DE. Vin herum *J* dignust *Pius:* dignum est *libri* 647. Vin *ex* Vim *ras. E* fatiam *E* ut te *Lomanus Spec. crit. p. 19:* ut me *libri* philenium *libri* p̄sente *BD.* presente *EJ*

LIBANVS

Cupio hércle.

LEONIDA

Sequere hac.

ARGYRIPPVS

Écquid est salútis? satis locúti.

LEONIDA

Auscúltate atque operám date et mea dícta deuoráte.
Primum ómnium seruós tuos nos ésse non negámus:
Sed sí tibi uigintí minae argénti proferéntur,
Quo nós uocabis nómine?

ARGYRIPPVS

Libértos.

LEONIDA

Non patrónos?

ARGYRIPPVS

Id pótius.

LEONIDA

Vigintí minae hic ínsunt in crumína:
Hasce égo si uis nunc tíbi dabo.

ARGYRIPPVS

Di té seruassint sémper,
Custós erilis, décus popli, thensaúrus copiárum,
Salus ínterioris córporis amórisque inperátor:

649. *Nonius p. 454, 13:* deuorari non solum cibus gutture, sed et uox auribus potest. Plautus in Asinaria: 'auscultate ... deuorate'

---

648. ec quid est *BD.* ęc quidem *E.* cc quidem *J.* ecquid *FZ* satis *om. EZ* satis locuti? *editorum plerique* 649. Ausculta te *D* lam oscultate *Bentleius* ei mea *E* 651. Sed si tibi *Z:* Sed tibi si, si *m.*² *s. v. B.* Sed tibi *DEJ.* si tibi *F* minę *EJ* 652. *Leon. add.* B^2E^3*: om.* B^1DE^1J 653. *Arg. pers. add.* B^2E^3*: om.* B^1DE^1J minę *DEJ* insunt, in *s. v. E.* sunt *F* incrumina *BDE.* incrimina *J* 654. Hasce *Schmidtius de form. pron. dem. p. 36:* Hac *D.* Has *BEJFZ* ergo *D* nunc tibi *Fleckeisenus:* tibi *libri* dii *J* seruas sint *BE* 655. herilis *BDJ.* herilis *ex* hericlis *E* decus *m.*² *ex* decum *ut vid. J* pti *D.* popti *J* thensaurus, n *s. v. m.*² *B.* thesaurus *J* 656. interioris corporis *DEJFZ.* interioris hominis *B. Utrumque quin corruptum sit non dubitamus: fortasse* uitae cordis corporis *scribendum.* interior corporis *Bothius.* uitae, rex cupidinis *Goetzius*

Hic póne, hic istam cónloca crumínam in collo pláne.

LEONIDA

Nolo égo te, qui erus sís mihi, onus ístuc sustinére.

ARGYRIPPVS

Quin tú labore líberas te atque ístam inponis ín me?

LEONIDA

Ego báiulabo, tu út decet dominum ánte me ito inánis.

ARGYRIPPVS

Quid núnc?

LEONIDA

Quid est?

ARGYRIPPVS

Quin trádis huc crumínam erum pressátum?

LEONIDA

Hanc quoí daturu's hánc iube petere átque orare mécum:
Nam istúc procliuest quó iubes me pláne conlocáre.

PHILAENIVM

Da, méus ocellus, méa rosa, mi ánime, mea uolúptas,
Leónida, argentúm mihi: ne nós diiunge amántis.

LEONIDA

Dic ígitur me passérculum, gallínam, coturnícem,

---

660. *Nonius p. 79, 10:* baiulare ferre. Plautus Asinaria: 'ego . . . inanis'

Nov. annal. vol. 113 (a. 1876) p. 360 dubitanter. interioris mominis *Ussingius* imperator *libri* 657. colloca *DEJ* incollo *DFJ* 658. ergo *D* herus *DEJ* m̀ *E.* michi *J* honus *ex* bonus *J* 659. laboræ *D* imponis *EJ* inme *E* 660. tu ut (tutu *P*) decet dolonum *Nonius* meito *E.* te ito *Z: corr. Hermolaus* 661. *V. obelo notat Guyetus* Le. Quid est? Arg. Quin *Scaliger, Pareus:* quid est quin *libri* hac *JF* crumina *J* erum pressatum *Pylades* (impressatum), *Camerarius:* p̄ssatum erum *BDE.* impressatum herum *JF* 662.]be *J Pers. om. BDE, add. E*^{3}*FZ* cui *BDE* daturus *libri Post* daturus *una litt. (fort.* p *litterae caput) er. D* 663. *V. obelo notat Guyetus* istuc *ex* istac *ut vid. J* procliue est *libri* quo *Ussingius:* quod *libri* me *om. Z: add. Hermolaus* c̄locare *D.* collocare *J* 664. animę *E.* animæ *D.* animae *B* meus animus *Pylades, Lomanus Spec. crit. p. 19.* da mi anime *Camerarius.* mi animule *Bentleius ad Eun. III 5, 12* 665. michi *EJ* nenos *J* diiunge *Fleckeisenus:* deiunge *libri* (de iunge *J*) 666. Dic me igitur tuum *Bothius, Lachmannus ad Lucr. p. 251, Muellerus Nov. ann. vol. 83 (a. 1861) p. 271* me *Guyetus, Bentleius ad Hor. Serm. II 3, 259 et in ep. ad Kuste-*

Agnéllum, haedillum mé tuom dic ésse uel uitéllum:
Praehénde auriculis, cónpara labélla cum labéllis.

ARGYRIPPVS

Ten aúsculetur, uérbero?

LEONIDA

Quam uéro indignum uísumst?
Atquí pol hodie nón feres, ni génua confricántur.

ARGYRIPPVS

Quiduís egestas ínperat: fricéntur. dan quod óro?

PHILAENIVM

Age, mí Leonida, óbsecro, fer amánti ero salútem:
Redime ístoc benfició te ab hoc et tíbi eme hunc isto argénto.

LEONIDA

Nimis béllа's atque amábilis: et si hóc meum esset, hódie
Numquám me orares quín darem. illúm te orare méliust:
Illic hánc mihi seruandám dedit: ei sáne, bella, bélle.
Cape hóc sis, Libane.

---

667. *Osbernus p. 183:* haedillus ... unde Plautus in Asinaria: 'agnellum me tuum dic esse haedillum et uitellum' 668. *Nonius p. 255, 29:* comparare est sociare, coniungere ... Plautus in Asinaria: 'prehende ... labellis'

rum p. 29 additamentorum ad Bentl. et doctorum virorum epp. a Friedemanno Lipsiae a. 1825 ed.: me tuum *libri* 667. hędillum *B.* hedillum *DE.* /// (de *ut vid. er.)* he dillum *J* tuum *libri, Osbernus* (metuum *D)* 668. Prehende *BDE, Nonius.* Prende *J* auriculas *FZ, Nonii Aldina* compara *B, Nonius.* cōpara *ED(priore* a *ex* o*).* aſ collabra *in marg. E*^{3} 669. osculetur *libri* in dignum *D* uisum est *libri* 670. At qui *BEJ* confricantur *E*^{3}*FZ:* confrigantur, *alt.* n *s. v. J.* confringantur aſ. confricantur *B.* confringantur aſ. confringantur *E.* confringantur ADOŁ confringantur *D* 671. Quid uis *BDEJ* egœstas *D* imperat *libri* dan *Sauppius Ind. lectt. Gott. a. 1858/59 p. 11, Ussingius (qui mavult* modo des *vel* modo det*):* dant *BDE.* da nunc *JFZ.* dane *Gruterus, Bothius, Fleckeisenus* 672. feramanti *E* hero *J* 673. benficio *Ritschelius Opusc. phil. vol. 2 p. 718:* beneficio *DJFZ.* benefitio *BE.* benefacto *Bothius* abhoc *EJ* 674. bella es *(es ex* ē *B*^{2}*) libri* esset meum *EJFZ* 675. me orares, b *post* a *er. D.* meo rares *B.* me orarē *E.* morarem *J(e corr.)E*^{2}*F, Fleckeisenus.* remorarem *Z. Cf. Langenus p. 64* .i. libanum *supra* illum *BD* orarest *Fleckeisenus* meli ust *E.* melius est *J* 676. ꝑ ille *supra* Illic *D* i. cruminū *supra* hanc *BD* Ille hanc *Bothius* m̄ *E.* michi *J* ei *Pareus:* i *ex* et *B.* et *reliqui* belle *fort. ex* belle *ras. B* 677. Capie *ut vid. J*

ARGYRIPPVS

Fúrcifer, etiám me delusísti?

LEONIDA

Numquam hércle facerem, génua ni tam néquiter fricáres.
Age sís tuam partem núnciam hunc delúde atque amplexáre hanc.

LIBANVS

Taceás, me spectes.

ARGYRIPPVS

Quín ad hunc, Philaénium, adgredímur,
Virúm quidem pol óptumum et non símilem furis húius?

LIBANVS

Inámbulandumst: núnc mihi uicíssim supplicábunt.

ARGYRIPPVS

Quaeso hércle, Libane, sís erum tuis fáctis sospitári,
Da míhi istas uigintí minas: uidés me amantem egére.

LIBANVS

Vidébitur: factúm uolo: redíto huc conticínio.

---

685. *Varro de lingua lat. VI 53 (p. 190 ed. Speng.):* 'Intempestam' Aelius dicebat cum tempus agendi est nullum, quod alii 'concubium' appellarunt quod omnes fere tunc cubarent; alii ab eo quod sileretur 'silentium noctis', quod ... Plautus tempus 'conticinium'; scribit enim: 'uidebimus ... conticinio'. — *Idem* 'de temporibus' *agens VII 95 (p. 356 sq.):* Apud Plautum ... in Asinaria 'uidebitur ... conticinno'. Putem (conticinno putem *ex* conticinnoputem *cod.)* a

---

678. *Pers. om. BDE* genuanitam *E* ni tam *ex* nitam *J* 679. tuam partem *Fleckeisenus:* tu inpartem *libri* (in partem *EFZ)* nunc iam *libri* 680. Taceas, ace *ex* eu-, *incerta tertia littera E* *Post* Taceas *duae litt. dubiae, fort.* te *J* ad hunc E^3, *Camerarius*, adhunc *B:* adhuc *DEFZ.* ad huc *J* philenium *libri* 681.]rum *J* optimum *BDEJ* simile *E* 682. Inambulandum est *libri* (In ambulandum est *B.* est *ut vid. ante* est *er. J)* m̄ *E.* michi *J* 683. *Leon. pers. praem. BDE* Qneso *BJ.* Queso *DE* Libane *E, quasi nota pers. esset, sed er. postea lin.* herum *J* sospitare *imperative Scaliger* 684. m̄ *E.* michi *J* ui des *E* meam ante megere *B.* me ante me gere *D.* meam ante mergere *EJFZ: corr. Saracenus* 685. uidebimus *priore loco apographa, velut cod. Laur. 51, 5, et Victorii collatio unici Varronis libri; ipse enim cod. Laurentianus ibi nunc mutilatus est* ad reditum *Varro altero loco* huc *om. Varro utrobique* conticinio *J*(ti *s. v.)FZ, Osbernus, Placidus.* conticinno *BD*(*alt.* c *e corr.)E, Varronis altero loco codex, Ussingius.* conticinnio *priore Varronis loco cod. Laur. 51, 5: cf. praefatio*

Nunc ístanc tantispér iube petere átque orare mécum.

PHILAENIVM

Amándone exorárier uis téd an ausculándo?

LIBANVS

Enimuéro utrumque.

PHILAENIVM

Ego óbsecro te, utrúmque nostrum sérua.

ARGYRIPPVS

O Líbane, mi patróne, mihi trade ístuc: magis decórumst
Libértum potius quám patronum onus ín uia portáre. 690

PHILAENIVM

Mi Líbane, ocellus aúreus, donúm decusque amóris,
Amábo, faciam quód uoles, da istúc argentum nóbis.

LIBANVS

Dic ígitur med anáticulam, colúmbam uel catéllum,

---

conticescendo conticinnum (conticinnam *cod.*) siue ut Opilius scribit, ab eo, cum conticuerunt homines. — *Osbernus p. 149ª:* conticinium: hora qua omnes conticescunt. Plautus: 'factum uolo redire huc conticinio'. *Ad hunc locum magna cum probabilitate Deuerlingius rettulit Placidi p. 28, 17 glossam* conticinio: tempore noctis post galli cantum, quando cecinit et conticuit 686. Tantisper *hinc excerptum in glossario Plautino Ritschelii Opusc. phil. t. 2 p. 234: cf. p. 239* 693. 694. *Osbernus p. 352:* monedula .ae id est auis quaedam, quae alio modo causa *(Maius Italorum 'gazza' confert)* dicitur; unde Plautus: 'dic me anaticulam ... hirundinem uel monedulam'

---

686. Quidem *pro* nunc *ut vid. J* istanc, n *s. v. B.* istam nunc *EZ: corr. Hermolaus* tantisper *(sic glossar. Plautinum)* iube *Pylades:* tantis periube *ex* tantis periubes *ras. B.* tantis periubes *DE.* tantisque iubes *J.* tantisper iubes *Z.* tantisper iubas *F* meum *Z: corr. Pius* 687. Amando ne *BDEJ* uis ted *Reizius, Ritschelius Nov. exc. Plaut. p. 35:* uis te *B (ex* iuste*) JFZ.* iuste *DE.* te uis *Pylades, Fleckeisenus.* uis te a me *Muellerus Pros. Pl. p. 740* osculando *libri (*anosculando *J)* 688. Innumero *EJ.* immo uero *FZ* ergo *D* ergo obsecro te et utrumque *Lambinus* te *Bothius:* te et tu *B.* et tu *DEJFZ* utrumque, r *ex* c *ut vid. D* 689. mi *Camerarius:* mihi *libri (*ih *E.* michi *J)* michi *EJ* Li. Magis JE^3FZ decorũ st *B.* decorũ est *J* 690. honus *J* inuia *BDEJ* 691. O Libane *Z* ocellus *ex* occellus *J* donum *ex* docnum *E* 692. fatiam *E* *De interpungendi ratione cf. Seyffertus Stud. Plaut. p. 14* 693. med *Guyetus, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 35:* me *libri praeter FZ, qui* mihi te, *et Osbernus, unde* me mihi *Camerarius.* mepte *Meursius.* me tuam

Hirúndinem, monérulam, passérculum, putíllum.
Fac próserpentem béstiam me, dúplicem ut habeam línguam:
Circúmdato me brácchiis, meum cóllum circumplécte.

ARGYRIPPVS

Ten cónplectatur, cárnufex?

LIBANVS

Quam uéro indignus uídeor?
Ne istúc nequiquam díxeris in mé tam indignum díctum:
Vehés pol me hodie, sí quidem hoc argéntum ferre spéras.

ARGYRIPPVS

Ten égo ueham?

LIBANVS

Tun hóc feras argéntum hinc aliter á me?

ARGYRIPPVS

Perii hércle uero: sí quidemst decórum erum uehere séruom,
Inscénde.

Bothius ex Langianis (me tuā niticulam) aneticulam *ex* aniticulam *B.* aniticulam *D* (mea niticulam) *EJF.* anaticulam *Z, Osbernus: cf. Lachmannus in Lucr. p. 16* 694. monerulā *B* (n *ex* r) *DEJ.* t monedulā *s. v. BD* (d *ex* t). monedulam *Osbernus, E*^{3}*FZ. Tuentur* r *litt. Lipsius Ant. lectt. V 13 et Lachmannus in Lucr. p. 205* passerculum, putillum *Scaliger in Catalect. p. 245 ed. Lugd. a. 1617:* putillum passerculum *libri.* passerculum pusillum *Camerarius.* columbulam catellum *vel* putillum passerillum *Bentleius in epist. ad Kusterum p. 29* 695. Face *Fleckeisenus* proserpente *BD.* pro serpente *J* me duplicem *J* (pl *e corr.*) *E*^{3} *FZ:* eduplicem *BDE* linguam, u *ex* a *D* 696. Circumdato me *Pylades:* circumdatoque *F, Langiani, Saracenus.* Circumdatorque me *B.* Circumdatorque me *DE* (Circum datorque). Circundatorque *JZ* brachiis *libri* meum, u *ex* o *D* collū *ex* collo *ut vid. E*^{3}. colle *J* circumplectere *J* (*sec.* e *s. v. m.*^{2}) *F* 697. cŏplectatur, u *ex* o *D* carnifex *B* indignŭs *D.* indignos *J* 698. ne quiquam *E.* nequicquam *J* in me tam indignum dictum *Bothius:* tam indignum dictum in me (inme *BE*) *libri.* tam indignum dictum tu in me *Camerarius* 699. Ve hes *E* me hodie *Guyetus:* hodie me *libri* siquidem *BDEJ* speras *Muellerus Add. ad Pros. Plaut. p. 121:* speres *libri* 700. Ten ego *rubricator ex* Te nego *E* ueham *B* feras *om. D.* feceras, ce *del. m.*^{1} *E* hinc aliter *Camerarius:* aliter *libri* ame *BDEJ* 701. Peri *DEZ* uero: si *LG:* si uerum *libri.* uerum si *Lambinus, Fleckeisenus.* siue erum *Bothius.* sin erum *Ussingius altero* erum *deleto.* etsi uero hau *Langenus Symb. p. 100* quidem est *libri* herum *E.* /// herum (est *er.*) *J* seruam *J* 702. Inscende, *m.*^{3} n *inserta et* c *e corr. E*

LIBANVS

Sic istí solent supérbi subdomári.
Adsta ígitur, ut consuétus es puer ólim: scin ut dícam?
Em síc. abi, laudo: né te equo magis ést equos nullus sápiens.

ARGYRIPPVS

Inscénde actutum.

LIBANVS

Ego fécero. em, quid istúc est? ut tu incédis? 705
Demam hércle iam tibi de hórdeo, tolútim ni badízas.

ARGYRIPPVS

Amábo, Libane, iám sat est.

LIBANVS

Numquam hércle hodie exorábis.
Nam iám calcari quádrupedo agitábo aduorsum clíuom,

---

706. *Nonius p. 4, 1:* tolutim dicitur quasi uolutim uel uolubiliter. Plautus Asinaria: 'demam ... badizas'. — *Osbernus p. 275b:* hymnibalizare: hymnire. Plautus: 'demam de hordeo tuo hodie ut hymnibalizes' 708. *Osbernus p. 412:* quadrupedius ... unde Plautus in Amphitrione: 'cursu quadrupedio agitabo aduersum cliuum'. — *Hoc sine dubio versu usus Fronto duos epistularum locos antiquae orationis luminibus ornavit. Ad M. Antoninum de orationibus p. 156 ed. Nab. de Seneca verba faciens:* ... neque ignoro copiosum sententiis et redundantem hominem esse: uerum sententias eius tolutare uideo, nusquam *(sic scripsimus pro* tolutares

---

sic *ex* si *J.* si *E* isti *Lambinus:* istuc *libri.* istic *Pylades* *Versuum 703. 704 ordo mutatus in B a manu Camerarii numeris* 2. 1. *appositis* 703. Asta *libri* espuerolim *B.* es puerolim *D.* es puer olim, l *ex* b *ras. E* scin *ex* stin *B.* stin *DE.* scin[*J* 704. *Phil. pers. praem. B* Ilem *libri* ne *Fleckeisenus:* nec *libri* est[*J* equus *libri* nullus *Fleckeisenus:* ullus *libri* 705. ac tutum *EJ* hem *libri* quod *E* est *om. F.* est[*J* uidebis *E.* idem is *F.* uide is *Z: corr. Hermolaus* 706. Demam hercle *in ras. E* tibi de hordeo *Camerarius Pylade duce:* de hordeo *libri cum Nonio* tolutim ni badizas *Nonius:* tolut im nibadizas *B.* tolutimnibadizas *D.* tolut imnibadizas, l *m.*3 *in ras. E.* tuo ut hinnibadizas *J, cui scripturae debentur Osberni nugae* 707. *Philaenio dat h. v. Seyffertus Stud. Plaut. p. 1 sq.: quod quamvis gravi argumento usus sit hoc loco non potest non falsum esse* Amabo *ex* Ambo *J* 708. iam eum *Seyffertus l. s. s.* quadrupedo *libri omnes (*quadripedo *bis palimpsestus Frontonis), quod recte defendunt Ussingius et Seyffertus:* quadrupedem *inde a Saraceno editores fere omnes* te agitabo *Ussingius* aduorsom, u *s. alt.* o *E* diuom *E*

Pos téd ad pistorés dabo, ut íbi cruciere cúrrens.
Adsta, út descendam núnciam in proclíui, quamquam né-
quam es. 710

ARGYRIPPVS

Quid núnc?

LIBANVS

Quid est?

ARGYRIPPVS

Quoniam ámbo, ut est lubitúm, nos delusístis,
Datísne argentum?

LIBANVS

Sí quidem mihi státuam et aram státuis
Atque út deo mi hic ínmolas bouém: nam ego tibi Salús sum.

LEONIDA

Etiám tu, ere, istunc ámoues abs te átque ipse ad me adgrédere
Atque ílla sibi quae hic iússerat mihi státuis supplicásque? 715

ARGYRIPPVS

Quem té deum autem nóminem?

---

nideo nusquam) quadripedo concitas cursum tenere *(sic R. Klussmannus Emendatt. Fronton. p. 62 coll. p. 79 pro* concito cursu tenere *correxit: quamquam etiam eici potest* concito *tamquam glossema) et ad M. Caesarem 1, 8 p. 22:* aeque pernicitas equorum exercetur, siue quadripedo currant atque exerceantur, seu tolutim. *De* tolutim *vocabulo cf. 'Archaeol. Zeitung' t. 38 (a. 1880) p. 180*

---

709. Pos ted *anonymus in Leutschii Ind. phil. t. 2 (a. 1870) p. 239:* Postea *libri.* Postidea *Pareus.* Postilla *Taubmannus, Bentleius* adpistores *J* crutiere *E* 710. Asta *libri* descendam *ex* discendam *D* nunc iam *libri* inprocliui *J.* inprodiui *E* nequam *ex* niquam *D* 711. *Argyrippi notam posuit Camerarius, Philaenii exhibent libri* Lib. Quid est? *LG: om. libri. Cf. Seyffertus Stud. Plaut. p. 18. Lacunam ut compleant Seyffertus Philol. t. 27 (a. 1868) p. 440* ambos *ante* ambo, *Ussingius* satis *post idem vocabulum inserunt* amabo *BDEJ(alt.* a *s. v. m.²)* ambo nos ut est conlubitum *Fleckeisenus* libitum *libri (*ibi tū *D)* de lusistis *E.* delus istis *J* 712. Datis ne *BDEJ* siquidem *BDEJ* m̄ *E.* michi *J* statutis *J* aram et statuam statuis *Fleckeisenus, fort. recte* 713. mihi *libri (*m̄ *E.* michi *J)* immolas *libri* 714. here *J* istum abs te amoues *Bentleius* amoues abste *BD.* ama ue sabste *E.* amoue abste *JF* ipse ad me *Muellerus Pros. Pl. p. 740:* ipse me *libri.* me ipse *Pylades, Fleckeisenus.* ipsum me *Ussingius cum Acidalio* me adgredire *Bentleius.* ad med adgredere *vel* ad me adgredire *Langenus p. 84. 100* adgredere *ex* adgredire *D* 715. quę *DEJ* m̄ *E.* michi *J* 716. Que *E* deum autem nominem *Bothius:* autem deum nominem *libri.* autem

LEONIDA
Fortúnam atque Obsequéntem.
ARGYRIPPVS
Iam istóc es melior.
LIBANVS
Án quid est hominí Salute mélius?
ARGYRIPPVS
Licet laúdem Fortunám, tamen ut né Salutem cúlpem.
PHILAENIVM
Ecástor ambae súnt bonae.
ARGYRIPPVS
Sciam, úbi boni quid déderint.
LEONIDA
Opta íd quod ut contíngat tibi uis.
ARGYRIPPVS
Quíd si optaro?
LEONIDA
Euéniet.
ARGYRIPPVS
Opto ánnum hunc perpetuóm mihi huius óperas.
LEONIDA
Inpetrásti.
ARGYRIPPVS
Ain uéro?
LEONIDA
Certe inquam.

---

nominem deum *mendose Pylades.* autem dium nominem ***Kochius Nov. ann. t. 101 (a. 1870) p. 284.*** autem deorum nominem ***Bentleius*** 717. melior, or *ex* us *E* anquid est *J.* an quidē *E* est ***JF, Pylades:*** est olim ***BDEZ. Cf. Seyffertus Stud. Plaut. p. 23, Ussingius. Def.*** olim *locis huc non pertinentibus Lindemannus ad Mil. I 1, 2* salute olim homini *Reizius* homini salutē *ex* hominisalutē *D* salute *ex* salutē *ras. E* 718. Fortunam laudem ***Fleckeisenus: cf. Mohrius de sept. iamb. p. 10*** nesalutem *J* 719. ambę *D.* ambe *E* bone *D.* bonę *F* 720. ***De caes. cf. Mohrius de sept. p. 11*** utcontingat *E* optabo *Luebbertus Stud. gramm. vol. 1 p. 78 coll. Merc. r. 506* 721. perpetuum *libri* m̄ *E.* michi *J* operam ***Langenus*** *p. 105* impetrasti *DE.* impestrasti, *priore* s *m.*² *J* 722. Ain, i ***a rubricatore inserta*** *E* inqua *J*

LIBANVS

Ád me adi uicíssim atque experíre.
Exópta id quod uis máxume tibi éuenire: fíet.

ARGYRIPPVS

Quid ego áliud exoptem ámplius nisi íllud quoius inópiast?
Vigínti argenti cómmodas minás, huius quas dem mátri.

LIBANVS

Dabúntur: animo sís bono face: éxoptata obtíngent.

ARGYRIPPVS

Vt cónsueuere, hominís Salus frustrátur et Fortúna.

LEONIDA

Ego cáput huic argentó fui tibi hódie reperiúndo.

LIBANVS

Ego pés fui.

ARGYRIPPVS

Quin néc caput nec pés sermoni adpáret.
Nec quíd dicatis scíre nec me quór ludatis póssum.

---

725. *Nonius p. 266, 21:* commodum: integrum, totum ... Plautus in Asinaria: 'uiginti ... matri' 728. *Servius ad Vergilium Aen. XI 361:* o Latio caput horum et causa malorum] caput: principium, et est antiquum, quia quiuis auctor et princeps rei gestae 'caput' a ueteribus dicebatur ... Plautus in Asinaria: 'ego caput huic fui argento inueniendo'

---

adiuicissim, *prima* i *s. v. m.*[2] *B.* ad uicissim *D.* aduicissim *J.* at *(ut vid.)* uicissim *E* experire, *priore* r *e corr. D* 723. maxime *BDEJ* 724. cuius *BDEJ* inopia est *J* 725. commoda *Nonius* eius *Nonius.* huius *m.*[2] *ex* eius *J* quidem *EJFZ: corr. Hermolaus.* qui dem *Valla* 726. animosois *E* facie *J.* fatie *E.* facile *FZ* optingent *BDEJ.* obtigent *Z: corr. Pylades* 727. *Hunc v. Scaliger post 718 ponit* consueuere *Pylades:* consuere *libri* homines *J* *& bis scriptum, prius er. D* 728. capud *DE* huic, i *s. v. B* fui argento *Servius* tibi hodie *Fleckeisenus:* hodie *libri (om. Servius).* hocedie *Ritschelius Nov. exc. Plaut. p. 93. An* ere, hodie? *Possis etiam* Ego caput argento fui huic hodie repperiundo *BDE.* inueniendo *Servius* 729. necaput *B* capud *E* necpes, c *s. v. D* sermoni *Seyffertus Philol. t. 27 (a. 1868) p. 440, Bentleius:* sermonis *libri (ex* sermones *B).* sermonum *Camerarius* apparet *libri.* paret *qui cum Pylade scriberet ex Plauto simile quidquam vix afferre posset* 730. Ne quid *Z: corr. Hermolaus* scire nec *Hermannus Elem. doctr. met. p. 155:* nec *libri (*c *s. v. m.*[1] *ut vid. J).* meue *Reizius* me cur *DEJ.* mecur *B* possum *Hermannus l. s. s.:* scire possum *libri*

LEONIDA

Satis iám delusum cénseo: nunc rém ut est eloquámur.
Animum, Árgyrippe, aduórte sis: patér nos ferre hoc iússit
Argéntum ad ted.

ARGYRIPPVS

Vt témpore opportúneque attulístis.

LEONIDA

Hic ínerunt uigintí minae bonaé, mala opera pártae:
Has tíbi nos pactis légibus dare iússit.

ARGYRIPPVS

Quid id est, quaéso? 735

LEONIDA

Noctem húius et cenám sibi ut darés.

ARGYRIPPVS

Iube aduenire:
Meritíssumo eius quaé uolet faciémus, qui hosce amóres
Nostrós dispulsos cónpulit.

LIBANVS

Patiérin, Argyríppe,
Patrem háne amplexarí tuom?

731. *Leon. tribuit Fleckeisenus, Libano libri* rem ut est nunc *Camerarius* 732. argirippe *D* re *ex* ũ *E* hoc *initio proximi v. posuerunt Pylades, Acidalius* 733. Argente *D* ad ted *Guyetus:* ad te *libri* (adte *BDEJ*) oportuneque *BDEJ* *Ante* attulistis *del.* ob *E* *De hiatu removendo cf. Muellerus Pros. Plaut. p. 636* 734. *Hunc v. post 741 scriptum huc transferendum esse punctis appositis indicat D* *Leon. tribuit Fleckeisenus, Libano libri: cf. 731* inerunt, in *ex* m *B* minę *DEJ*. minae *B* bonę *BDEJ* partę *E*. paratę *J* 735. *Lib. praem. D* idē *E*. id *F* quęso *BEJ*. queso *D* 736. *Leon. tribuit Fleckeisenus, Libano libri praeter D qui Argyrippo continuat: cf. v. 732, 734* ut sibi *Reizius, Fleckeisenus* aduenire *Bothius:* aduenire quęso (queso *J*) *libri* 737. Meritissimo *BDEJ* quę *EJ* fatiemus *E* q. *ras. ex* q. *E* 738. et (*er.*) dispulsos *E*. discipulos *DJFZ: corr. Scutarius* cpulit *D*. 9pulit *E*. compulit *J*

Li. Patierin Argyrippe *Fleckeisenus: om. libri, nisi quod Leonidae notam post* compulit *exhibent, ita ut* haec faciet . . . *Leonidam faciant loquentem: cf. v. 739.* Le. Patieris Argyrippe *addiderat Angelius* 739. *Verba* patrem — tuom *hoc loco om. libri: exstant post 760, ubi simul cetera huius versus verba iterantur, adulescentis nota ante* haec *posita. Turba: quae non fuerant Saracenum et Pium, correctae sunt a Pylade Angelioque et a Camerario in ipso B* # *signo adscripto* tuum *BDEJ*

ARGYRIPPVS

Haec fáciet facile ut pátiar.
Leónida, curre óbsecro: patrem húc orato ut uéniat.

LEONIDA

Iamdúdumst intus.

ARGYRIPPVS

Hác quidem non uénit.

LEONIDA

Angipórto
Illác per hortum tránsiit clam, né quis se uidéret
Huc íre familiárium: ne uxór resciscat métuit.
De argénto si matér tua sciát ut sit factum ...

ARGYRIPPVS

Heía,
Benedícite.

LIBANVS

Ite intró cito.

ARGYRIPPVS

Valéte.

LEONIDA

Et uos amáte.

740. hęc *BDE(*h̄ *infra)* facile faciet *B infra* patiar *ex* paciar *D* huc *Cf. Muellerus Pros. Plaut. p. 9* *Arg. pers. praem. BDEJ* ex hic *m.*[2] *B* 741. *Lib. praem. E*[3] Iam dudum est *BDEJ* Arg. Hac *Acidalius:* hac *libri, nisi quod* hęc *D* *Pers. Leon.* om. Libri: *corr. Acidalius* angi porto *DE* 742. Illac perhortum m.[2] ex Illic perortum *J(*perortum *etiam E)* transiit *Fleckeisenus Nov.* ann. *vol. 61 (a. 1851) p. 25:* circum it *libri* (circumit *B)* nequis se ex n e quisse *B.* nequisse *DJ* uideret *Pylades:* uiderit *libri* 743. fami l iarum *J* Li. Ne *Pareus, Fleckeisenus* resciscat, *priore* s *s.* v. *D* resuscat *ut vid. E* 744. Deargento *D* tua sciat ut sciat ut sit *J* sit hoc *vel* sit id *Muellerus Pros. Plaut. p. 60* eia *J* *Sequitur in D v. 734: cf. supra* 745. Li. Ite *Pareus, Bothius:* ite Libri *(nisi quod omissum est in D): turbatas esse personas senserat iam Scaliger* Ar. Valete *Pareus, Bothius:* ualete *BD(ex* aualete*)E* J(]o ualete*)FZ*

ACTVS IV

DIABOLVS. PARASITVS

DIABOLVS

Agedum ístum ostende quém conscripsti sýngraphum
Intér me et amicam et lénam, leges péllege:
Nam tú 'poeta's prórsus ad eam rem únicus.

PARASITVS

Horréscet faxo léna, leges quom aúdiet.

DIABOLVS

Age quaéso mi hercle tránslege.

PARASITVS

Audin?

DIABOLVS

Aúdio.

746—748. *Priscianus Inst. gramm. II 10 (p. 50, 5 ed. Hertz.):* in compositis . . . quibusdam inuenio r in l conuerti, ut . . . 'pellego' pro 'perlego' . . . Plautus in Asinaria: 'agedum . . . unicus'. — 746. *Nonius p. 225, 11:* syngraphas feminino genere M. Tullio auctore dicimus . . . masculino Plautus Asinaria: 'agedum . . . syngraphum'

Act. IV Sc. 1 DIABOLVS ADOLESCENS · PARASITVS *in ead. qua subsequens v. linea B.* DIABOLVS ADVLESCENS PARASITVS· *E.*]DOLESCENS PARASITVS· *J. Unius v. spat. D* 746.]stum *J* Age dum *BE.* ge dum *c. spatio init. D* conscripsti *Aldina:* conscripsisti *libri cum Nonio et Prisciano* singraphum *B(*h *s. v. et* ph *ex* n *ut vid.)DE, multi codd. Prisciani* 747. et leges *F, Prisciani B cod. s. v.* pellege *F ex Prisciano:* perlege *BD.* per lege *E.* p alege *J* 748.]am *J* poeta es *libri cum Prisciano (cuius duo libri post* es *inscrunt* istum*)* 749. Horescet *J* leno *D* cum *libri* 750. *Pers. om. D* quęso *DE.* queso *BJ* mihi *B* ercle *B*

PARASITVS

'Diábolus, Glauci fílius, Cleaéretae
Lenaé dedit dono argénti uigintí minas,
Philaénium ut secum ésset noctes ét dies
Hunc ánnum totum'.

DIABOLVS

Néque cum quiquam alió quidem.

PARASITVS

Addóne id?

DIABOLVS

Adde et scríbas uide plane ét probe.

PARASITVS

'Aliénum hominem intro míttat ad se néminem:
Quod illa aút amicum suom aút patronum nóminet
Aut quód illa amicae súae amatorem praédicet,
Forés occlusae usque ómnibus sint nísi tibi:
In fóribus occupátam scribat ésse se.
Aut quód illa dicat péregre adlatam epístulam,
Ne epístula quidem úlla sit in aédibus

---

751. clauci *BDEJ* Cleaeretae *Camerarius:* claearatę *B.* cleaeratae *D(a med. ex æ).* claeaerate *E.* cleretę *J.* clerete *F.* claretae *Z* 752. Lænae *B.* Lenę *D.* Lene *E.* Laene *J* dat dono *Guyetus.* dedit *om.* dono *Bothius, sed cf. Muellerus Pros. Pl. p. 96, qui Mostell. v. 648 confert: aliter Ritschelius Prol. p. 325. Cf. praeterea Fleckeisenus Nov. ann. t. 61 (a. 1851) p. 22* uinginti *J* 753. Philenium *libri* 755. Addone id *Muellerus Pros. Plaut. p. 512:* Addone *libri (*Ad done *J) Fortasse scribendum est:* Addone? Diab. Adde istuc: scribas *Diab. pers. om. J* age adde *Muellerus l. s. s.* adde, *priore* d *s. v. B* ut scribas uide *FZ Versus 756—760 miro modo hiatibus foedati sunt* 756. hominē//// *D* homonem *Spengelius T. M. Plautus p. 233* intromittat *libri* ad se *add. Pylades: om. libri V. 757 et 758 cohaerere cum v. 761 dicit Muellerus Pros. Plaut. p. 497* 757. amicum suom *Lambinus:* amicum *libri* patronu *D* nominet *Pylades:* neminem *libri* 758. quod illa, illa *s. v. D* amicae suae *Gulielmius:* amica *libri* p̃dicet *B.* p̃dicet *D.* prędicet *J.* predicet *E* 759. occlusę *BDJ.* occluse *E.* occlusas *Ritschelius Nov. exc. Plaut. p. 118* usque *add. Muellerus Pros. Plaut. p. 497: om. libri.* eius *add. Fleckeisenus* 760. Inforibus *E* occupatam scribat esse se *Pylades:* scribat occupatam esse se *libri (*occupatamessese *D.* occupata mes sese *E)* iam *add. Fleckeisenus Hunc v. in libris sequitur omnibus 739* 761. *Paras. pers. praem. libri* preregre *D* allatam *libri* epistolam *DEJ* 762. epistola *EJ* ulla quidem *EJ* illi ulla *Ritschelius Proleg. p. 182.* usquam ulla *Muellerus Pros. Plaut. p. 9* inaedibus *B.* inedibus *E*

Nec cérata adeo tábula: et siqua inútilis
Pictúra sit, eam uéndat. ni in quadríduo
Abálienarit, quo éx argentum accéperit,
Tuos árbitratus sít: conburas, sí uelis,
Ne illí sit cera, ubi fácere possit lítteras.
Vocét conuiuam néminem illa: tú uoces.
Ad eórum ne quemquam óculos adiciát suos:
Siquem álium adspexit, caéca continuó siet.
Tecum úno postea aéque poclo pótitet,
Abs téd accipiat, tíbi propinet, tú bibas,
Ne illá minus aut plus quám tu sapiat'.

DIABOLVS

Sátis placet.

PARASITVS

'Suspíciones ómnis ab se ségreget,
Neque íllaec ulli péde pedem usquam hominí premat,

764—767. *Nonius p. 190, 14:* arbitrium generis neutri, sicut saepe. Masculini Plautus Asinaria: 'in quatriduo ... litteras' 771. *Osbernus p. 456:* potito .as id est frequenter potare; unde Plautus: 'tecum aeque postea una pocula potitet'

763. ne *Z: corr. Pylades* si qua *DEJ.* si quae *Reizius* 764. eandem *J* in quatriduo *Nonius.* inquadridua *EJF(*in quatridua*) om.* ni*: cf. Ritschelius Op. phil. t. 2 p. 265* 765. quo ex *Acidalius, Hermannus Jahnii ann. t. 35 (a. 1842) p. 193.* quo exte *EJ.* quod ex te E^3FZ. quo abste *BD, Kampmannus de 'ab' praep. p. 14.* quod abs te *Nonius* 766. Tuus *libri.* tum is *fere Nonius* comburas *DEJ* comburat si uelit *Nonius* 767. nulli sit *Nonius* illa *E.* ulla *Z (*Neulla*): corr. Pylades* 768. conuiua *E* illa tu, *non* illatu *legendum esse signo add. planius reddidit B* illam *JFZ* 769. corum *Camerarius:* forum *libri* ne quemquam *Bothius:* nequem *libri (*ne quem *E.* ne qua *F).* ne quem illa *Pylades* aditiat *BD* 770. Si quem *EJ* aspexit *BDEJ* ceca *BDEJ* *Versuum 771. 772 ordinem invertit Acidalius* 771. uno postea aeque poclo *Scaliger, Muellerus Addend. p. 121:* una postea aeque poda (unā *J.* equę *E. in marg.* pocla *B.* poda *e corr. J) libri. Cf. Langenus p. 21* 772. Absted *B.* Abstet *DE.* Adstet JE^3FZ accipiat, at *ex* æt *D* 773. minus, *apice vel litterula ante* m *er. E* minus illa *Fleckeisenus.* illa aut minus *Muellerus Pros. Plaut. p. 5, qui etiam* illaec *conicit* plusquam *EJ* 774. *Pers. om. BDE* Suspitiones *BDE* om̃s *BDE.* omnes *J* abse *BDE* 775. illa ęc *E.* illec *J* pede//, *fort.* m *er. J* suo pede *Camerarius* pedem usquam *Ritschelius Proleg. p. 173:* pedem *libri.* homini pedem *Guyetus, quod improbat Luchsius Studem. Stud. vol. 1 p. 22, hiatum defendens.* pedem clam *Muellerus Pros. Plaut. p. 537* p̃mat *E.*

Quom súrgat: neque quom in léctum inscendat próxumum,
Neque quóm descendat índe, det quoiquám manum.
Spectándum ne quoiquam ánulum det néque roget.
Talós ne quoiquam admóueat homini nísi tibi.
Quom iáciat, „Te“ ne dícat: nomen nóminet.
Deam ínuocet sibi quám lubebit própitiam,
Deum núllum: si magis réligiosa fúerit,
Tibi dícat: tu pro illa óres ut sit própitius.
Neque ílla ulli homini nútet, nictet, ádnuat.
Post sí lucerna exstíncta sit, nequíd sui
Membrí conmoueat quícquam in tenebris'.

DIABOLVS

Óptumumst:

---

778. *Nonius p. 382, 46:* rogare poscere . . . Plautus in Asinaria: 'spectandum . . . roget'. — *Idem p. 402, 18:* spectare inspicere, cauere. Plautus in Asinaria: 'spectandum . . . roget' 784. *Nonius p. 438, 14:* annuere pro innuere. Plautus Asinaria: 'neque . . . annuat'. — *Idem p. 439, 25:* inter nutare, annuere, nictare ueteres hoc interesse uoluerunt, ut nutare capitis, annuere uel innuere narium uel labrorum, nictare oculorum significantiam esse decreuerint Plautus Asinaria: 'neque . . . annuat' *Cf. versus in E m.*[3] *adscripti:* 'Annuit' atque 'nuit' si labro aut nare notat quid, Ast 'nutat' capite tremulo, sed 'nictat' ocello (nictet ocelo *cod.)*

---

pręmat *B* *Versum recte interpunxit Muellerus Pros. Plaut. p. 537 adn.*
776. Cum surgat *BD.* Quom surget *F.* Consurgat *EJZ: corr. Saracenus* neque quom *Muellerus Pros. Plaut. p. 537 adn.:* neque *libri.* non *Camerarius.* neque illa *Ritschelius Proleg. p. 173* inlectum *DEJ* proximum *BDEJ* 777. cum *BDEJ* descendat *ex* descendet *D* cuiquam *BDEJ* manum det, det *postea addito J* 778. ne quoiquam *Pylades, Ritschelius Proleg. p. 173:* necui *libri* (ne cui *E). Fortasse* ne quoii necuia ullum *fere Nonius priore loco,* ne cuia nullum *idem altero* nequę *J* 779. talos suos *Muellerus Pros. Plaut. p. 501* necuiquam *BD.* ne cuiquam *EJ* admoueat homini *Pylades, Ritschelius Proleg. p. 173:* homini admoueat *libri* (ad moueat *J)* 780. Cum *BDEJ* iaciat *E*[3] *Z:* iaceat *reliqui* 781. Beam *E* libebit *BDEJ* propiciam *BDJ* 783. propicius *B* 784. Neque ulla ulli *Nonius p. 439* ulli illa *Fleckeisenus* hominum *Nonius p. 439* annuat *BDE, Nonius utroque loco.* annua[*J* 785. Post si *B:* Post id si *DEJ.* Id *nisi B omitteret, scribendum videretur* Postid . . . sist: *itemque Bothius, nisi quod* si extincta est extincta sit *Z:* extincta est *BD*(ē ⁄⁄, e *er.)EJF.* extincta erit *Ussingius* nequid: *cf. Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 779* 786. Menbri *BE.* Membri sui *Z: corr. Hermolaus* commoueat *BD E*(c̄m̄-)*J* intenebris *BDE* optum est *DE.* optūst *B.* optum[*J*

Ita scílicet factúram: uerum in cúbiculo ...
Deme ístuc: equidem illám moueri géstio.
Nolo íllam habere caúsam et uotitam dícere.

PARASITVS

Scio, cáptiones métuis.

DIABOLVS

Verum.

PARASITVS

Ergo út iubes

Tollám.

DIABOLVS

Quid ni?

PARASITVS

Audi rélicua.

DIABOLVS

Eloquere: aúdio.

PARASITVS

'Neque úllum uerbum fáciat perplexábile,
Neque úlla lingua scíat loqui nisi Áttica.
Fors sí tussire occépsit, ne sic tússiat,
Vt quoíquam linguam in tússiendo próserat.

---

789. *Nonius p. 45, 3:* uotitum ueteres religione aliqua prohibitum uel interdictum dici uoluerunt. Plautus in Asinaria: 'nolo ... dicere' 792. *Nonius p. 151, 29:* perpexabile figuratum: quod aliud audiatur, aliud sentiatur. Plautus Asinaria: 'nec ... perpexabile'

---

788. De me *J* Deme istuc *pro parenthesi habet Ussingius* Deme: istic quidem illam commoueri *vel* Deme istinc: equidem illam ibi moueri *Muellerus Pros. Plaut. p. 340* 789. *V. obelo notat Guyetus* illam habere *Acidalius:* habere illam *libri* illam causam habere *Nonius.* causam illam habere *Reizius* uotitam, *alt.* t *e corr. B.* uoti tam *D.* uotitum *Nonius in lemmate.* notitiam *E.* uetitam *J* 790. me tuis *E* ergo ut *in ras. E* 791. quidni *DE* reliqua *libri* eloquere *Bothius:* loquere *libri* (loq̃re *E), quod Langenus p. 188 def., nimis is quidem subtiliter* 792. Nec *Nonius* perplexabile *Pius:* perpexabile *Nonius.* per plexibile *DJ.* per ple xibile *E.* perplexibile *FZ.* perpexibile *B* 793. linqua *D* attica///, e *ut vid. er. D* 794. Fors *Bothius, Reizius:* Forte *libri. Cf. Bentleius ad Ter. Haut. v. 715* occepsit, p *s. r. add. E* nec *EJZ: corr. Saracenus* sic *ex* sit *ras. B* 795. cuiquam *libri.* quiquam *Camerarius* intussiendo *BEJ* proserat *BDEJ, Scioppius:* proferat *FZ*

Quod illa aútem simulet, quási grauedo prófluat,
Hoc né sic faciat: tú labellum abstérgeas
Potiús quam quoiquam sáuium faciát palam.
Nec máter lena ad uínum accedat ínterim,
Neque úlli uerbo mále dicat: si díxerit,
Haec múlta ei esto, uíno uigintí dies
Vt cáreat'.

DIABOLVS

Pulcre scrípsti: scitum sýngraphum.

PARASITVS

'Tum sí coronas, sérta, unguenta iússerit
Ancíllam ferre Véneri uel Cupídini,
Tuos séruos seruet, Vénerine eas det án uiro.
Si fórte pure uélle habere díxerit,
Tot nóctes reddat spúrcas, quot pure hábuerit'.
Haec súnt non nugae: nón enim mortuália.

---

796. *Osbernus p. 253:* haec grauedo ... unde Plautus: 'quare illa aut simulet quasi grauedo profluat' 797. 798. *Osbernus p. 527:* haec saliua ... unde hoc sauium ... osculum cum saliua mixtum; unde Plautus: 'tu labellum abstergas potius ... palam': *cf. E^3FZ codd. Plautinorum discrepantia* 805. *Nonius p. 387, 35:* seruare sollicite et suspiciose obseruare ... Plautus in Asinaria: 'tuus ... uiro' 807. *Nonius p. 394, 9:* spurcum significat obscenum et impurum et lutulentum ... Plautus Asinaria: 'tot ... habuerit'

---

796. similet *E* profuat *EJ* 797. abstergeas *ex* absterguas *B* **798.** Potuis *D* quā *s. v. D* cuiquam *EJ, Osbernus.* cui quam *BD* saliuum E^3FZ*: corr. Aldina* fatiā *E.* facias *Osbernus* **799.** materlena *B* aduinum *BE* 800. Nec *BDJ.* Nec *ex* Neu *E* male, a *ex* e *D.* malo *Z: corr. Pylades* maledicat *BJ* 801. Hęc *BE.* Hec *D* 802. pulchre *BDEJ* scripsti *Pius:* scriptis *libri* singraphum *BEJ* *V. 803—809 obelo notat Guyetus* 803. ungenta *J* **804.** Veneri deferre *Fleckeisenus. Hiatum def. Hermannus Elem. doct. m. p. 190* ad Venerem aut ad Cupidinem *vel* deferre aut Veneri aut *Muellerus Pros. Plaut. p. 695* uel *Reisigius:* aut *libri* 805. Tuus seruus *BDEJ(fort.* seruos *ex* seruus *m.²), Nonius* ueneri ne *DJ* an uero *Nonius* 807. spurtas *J* pure *Scaliger, Bothius:* puras *libri cum Nonio* habuerit, t *ex* nt *D* 808. *Hic v. num a Plauto scriptus sit dubitat Langenus p. 268* Hęc *BDE* nugę *BDJ.* nuge *E* noenum *Buechelerus Nov. ann. t. 87 (a. 1863) p. 774* mortuaria *Pius*

DIABOLVS

Placént profecto léges. sequere intró.

PARASITVS

Sequor.

DIABOLVS. PARASITVS

DIABOLVS

Sequere hác: egon haec ut pátiar aut taceam? émori
Me málim, quam haec non éius uxori índicem.
Ain tu? ápud amicam múnus adulescéntuli
Fungáre, uxori excúses te et dicás senem?
Praerípias scortum amánti atque argentum óbicias
Lenaé? suppeiles clám domi uxorém tuam?
Suspéndam potius mé, quam tacita haec tu aúferas.
Iam quídem hercle ad illam hinc íbo, quam tu própe diem,
Nisi quídem illa ante occupássit te, effligés scio,
Luxúriae sumptus súppeditare ut póssies.

PARASITVS

Ego síc faciundum cénseo: me honéstiust
Quam té palam hanc rem fácere, ne illa exístumet

Act. IV Sc. 2 ADOŁ ARGIRIPVS. & PARASITVS DVO· *in ead. qua praecedens v. linea B.* ADOLESCENS · ARGIRIPPVS · 7 PARASIT⁹ · DVO· *E.* ADOLESCENS. DIABOLVS PARASITVS *J. Spatium D* 810. equere *spat. relicto DE* ego ne haec *J.* ego ne hęc *E.* ego ne// haec *B.* ego nehaec *D* ut patiar *Fleckeisenus:* patiar *libri* 811. quem *E* hęc *DEJ* 812. An tu *Pius, Ussingius, idem def. Langenus p. 119* adulescentuli, c *s. v. E.* ad//olescentuli, h *ut vid. er. J* 813. Fungari *D* 814. Prępripias *BDEJ* obitias *E* 815. Lenę *BJ.* Lene *D.* Lęne *E* suppeiles *Pareus:* suppelles *BDEJ.* suppilles *Z.* suppiles *F'* 816. Suspendam *Bothius:* Suspendas *JF.* Suppendas *BDEZ* haec tu *Weisius:* tu haec *libri* (hęc *B.* h̄ *E*). haec *Pylades* 817. adillam *E* propediem *B(ex* probe diem*) D* 818. quidem *del. Ussingius* occupas site *BD.* occupas si te *E.* occupassit *m.²* *ex* occupass& *J* effliges *D.* efliges *E* 819. Luxurię *E* possi es *BD* 820. fatiundum *E* at me *dubitanter Ussingius* honestius est *libri.* hónestius *Fleckeisenus* 821. Quan *E* facerest *Fleckeisenus* existimet *BDEJ*

Amóris causa pércitum id fecísse te
Magis quám sua causa.

DIABOLVS

At pól qui dixti réctius.
Tu ergó fac ut illi túrbas lites cóncias,
Cum suó sibi gnato únam ad amicam dé die
Potáre, illam expiláre clam.

PARASITVS

Ne mé mone:
Ego ístuc curabo.

DIABOLVS

Át ego te opperiár domi.

---

822. id *ex* it *ut vid. E* 823. quin *JFZ. Cf. Fleckeisenus Misc. crit. p. 31* dixti *Pylades:* dixisti *libri* 824.]s li[ ]ias *J* fac *libri* ut *om. Fleckeisenus* lites *om. D* 825.]ato [ ] ad *J* gnatod *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 72: cf. Opusc. phil. vol. 3 p. 126* una *Z.* una unam *Fleckeisenus.* eum una *Lorenzius: cf. 'Jahresbericht' a. 1876 p. 61* dedie *BD(ex* dedit*)* 826.]illum expilare [ ]iam emone *J* Portare *E* *Post* expilare *fort. spatiolum 1—2 litt. D* clam *Gulielmius:* iam *libri* Par. Ne me mone *Camerarius:* emone *libri* iam pridem mone *Ussingius* 827. *Par. pers. praef. libri*]stuc *J* istud *BEJ* at pol *Muellerus 'Nachtraege' p. 100 adn.: cf. Prosod. p. 642* ego ted *Weisius* operiar *D.* operias *E.* opiar *J,* i *m.*² *s. v.*

ACTVS V

ARGYRIPPVS. DEMAENETVS

ARGYRIPPVS

[Age décumbamus sís, pater.

DEMAENETVS

Vt iússeris,
Mi gnáte, ita fiet.

ARGYRIPPVS

Púeri, mensam adpónite.]

DEMAENETVS

Numquídnam tibi moléstumst, gnate mí, si haec nunc mecum ádcubat? 830

ARGYRIPPVS

Pietás, pater, oculís dolorem próhibet. quamquam ego istánc amo,

---

Act. V Sc. 1 ADOLESCENS . SENEX . *in ead. qua praecedens v. linea B.* ADVLESCENS SENEX · *E.* ADOLESCENS · ARGYRIPPVS DEMENETVS SENEX *J. Spat. D V. 828. 829 ex altera recensione huc illatos esse vidit Weisius 'Die Komoedien des Plautus' p. 34: cf. Geppertus Stud. Plaut. vol. 1 p. 81* 828. ge *spat. init. relicto D.* gede *(cum spat. in.) ex* gedũ *E.* Agedum *J F Z* cumbamus *E.* cubamus *J F Z.* discumbamus *Lambinus dubitanter* Agedum sis decumbamus p. *Reizius* ut tu *vel* mi pater *Muellerus Pros. Pl. p. 633: cf. Ritschelius Proleg. p. 177* 829. Mignate *D* fiet *ex* fiat *D.* fiat *Langiani, Bothius* adponite SENEX *D E.* apponite *J* 830. *Pers. om. hoc loco D E* Nũquid nam *B E.* Num quid nam *D* molestum est *J.* molestus est *B D E* mi gnate *Z: corr. Pylades* hęc *B.* hc̃ *E* nunc *om. J F Z: add. Hermolaus* accubat *libri* 831. Pietas *ex* Pletas *B.* Pletas *D.* Pleta *E* ego quamquam istam *Fleckeisenus* quaq *J* ego *ex* ege *J* istanc *ex* istã ut *vid. E*

Possum équidem inducere ánimum, ne aegre pátiar, quia
tecum ádcubat.

DEMAENETVS

Decét uerecundum ésse adulescentem, Árgyrippe.

ARGYRIPPVS

Edepól, pater,
Meritó tuo facere póssum.

DEMAENETVS

Age ergo, hoc ágitemus conuíuium
Vino ét sermone suáui. nolo ego métui, amari máuolo,
Mi gnáte, me abs te.

ARGYRIPPVS

Pól ego utrumque fácio, ut aequomst fílium.

DEMAENETVS

Credam ístuc, si esse te hílarum uidero.

ARGYRIPPVS

Án tu me tristém putas?

DEMAENETVS

Putem égo quem uideam aeque ésse maestum, ut quási dies
si dícta sit?

ARGYRIPPVS

Ne díxis istuc.

DEMAENETVS

Né sic fueris: ílico ego non díxero.

ARGYRIPPVS

Em adspécta: rideo.

---

832. ęgre *BE.* aegere *J* paciar *D* quod *Weisius* accubat *libri* 833. uerecundum *m.*[2] *ex* uerecundiam *J* adolescentem *J* argirippe *BD.* agyrippe *E* ędepol *B* 834. agitemus hoc *Bothius* 835. et *Pius:* ut *libri* sermone, o *ex* u *E* 836. Migrate *E* mi *EJZ* abste *BDEJ* ut aequum est *J.* ut ęquum est *B.* ut equum est *E.* utequum est *D* 837. esse *ex* esset *B.* te esse *Fleckeisenus* hilarem *FZ* uideo *Z: corr. Hermolaus* antu *J* an esse *parum probabiliter conici dicit Muellerus Pros. Plaut. p. 300* me *Bothius:* esse me *libri* 838. ęque esse mestum *ex* esse mestum ęque *E* ęque *B* mestum *BDJ* utquasi//, s *er. D.* quasi *Lambinus, Lindemannus ad Amph. V 1, 26:* ut quasi *defendunt Acidalius, Fuhrmannus Nov. ann. vol. 97 (a. 1868) p. 814* si dicta sit, dic *in lit. B.* sid acta sit *D* 839. dixeris *FZ: corr. Angelius* nec *JF* illuc ego *Scaliger* 840. 841. *Pers. om. D* Hem *libri* aspecta *BDJ.* aspecta *ex* aspectar *ras. E*

DEMAENETVS

V́tinam male qui míhi uolunt sic rídeant. 840. 841

ARGYRIPPVS

Scio équidem quam ob rem mé, pater, tu trístem credas núnc tibi:
Quia istaéc est tecum: atque égo quidem hercle ut uérum tibi dicám, pater,
Ea rés me male habet: át non eo, quia tíbi non cupiam quaé uelis:
Verum ístam amo: aliam técum esse equidem fácile possum pérpeti. 845

DEMAENETVS

At ego hánc uolo.

ARGYRIPPVS

At ego núnc ne exoptes míhi quae ego exoptó uolo.

DEMAENETVS

Vnum húnc diem perpétere, quoniam tíbi potestatém dedi
Cum hac ánnum ut esses átque amanti argénti feci cópiam.

ARGYRIPPVS

Em istóc me facto tíbi deuinxti.

DEMAENETVS

Quín te ergo hilarum dás mihi? 849. 850

---

m̄ *E* *Post* mihi *er.* mihi *D* 842. *Pers. om. E* quam obrem *B* *D*(obrem)*E* parens *J*²(t p. *s. v.*)*F.* par *EJ*¹ tu *om. Z: add. Pylades* tibi *in ras., ubi* mihi *scriptum fuerat D* 843. Qui *E* istec *BDE* tecum est *J* 844. Eares, *supra quod scriptum esse vid. nescio quid J.* Fares *E* me *om. Camerarius* at *JF, Lambinus:* ac *BDEZ* quia tibi *Acidalius:* quin tibi *libri* (quintibi *D*) quę *BDE.* quę *ex* quem *J* 845. possim *Camerarius* 846. ego, e *ex* o *D* at ego nunc ne exoptes *LG:* ergo sunt quae exoptas *libri* (quę *BDEJ*) m̄ quę *E.* mihiq̄ *ex* mihique *B.* michiq: *J.* mihique *D* exopto *LG:* exoptem *libri.* exopto ea *Ussingius* 847. *Ante* dedi *fort.* tibi *er. J* 848. hec *J* ut *om. JF* 849. 850. Hem *libri* deuinxti *Camerarius, Bentleius:* deuinxisti *libri* (deuiinxisti, *prima* i *manu Camerarii expuncta B.* di uinxisti *J*) Quinte *BJ* ergo *ex* ego *J* hilarem *FZ* m̄ *E*

ARTEMONA. PARASITVS. DEMAENETVS. ARGYRIPPVS. PHILAENIVM

ARTEMONA

Áin tu meum uirúm potare hic, óbsecro, cum fílio
Ét ad amicam détulisse argénti uigintí minas
Meóque filió sciente id fácere flagitiúm patrem?

PARASITVS

Néque diuini néque mi humani pósthac quicquam adcréduas,
Ártemona, si húius rei me méndacem esse inuéneris.

ARTEMONA

Át scelesta ego praéter alios meúm uirum ratá súm probum,
Síccum, frugi, cóntinentem, amántem uxoris máxume.

PARASITVS

Át nunc dehinc scito íllum ante omnes mínumi mortalém preti,

---

857. *Nonius p. 394, 34:* siccum dicitur et sobrium, modicum (modicum *scripsimus pro eo quod codd. exhibent* madidum*: alii coniecerunt* non madidum, immadidum*)*. Plautus Asinaria: 'siccum ... maxime'

Act. V Sc. 2 MVLIER · PARASITVS · SENEX. ADOLESCENS. MERETRIX *in spat. unius vers. BJ.* MVLIER PARASITVS · SENEX · ADOLSCENS · (S *priore ex* C) MERETRIX *E. Spat. D* 851. in *c. spat. init. DE* meum *ex* metum *vel* mecum *ras. B.* meum *ex* mecum *J.* mecum *E* potare hic *Reizius, Fleckeisenus:* hic potare *libri* potare una *vel* uirumne *Muellerus Pros. Plaut. p. 546* filic *E* 852. adamicam *E* detullisse *J* 853. Meo q: *J* sciente *ex* scienti *m.*[1] *ut vid. B* flagicium *DJ* 854. *Pers. om. Z: corr. Scutarius* diuini *ex* diuina *D* neque *J* mihi *libri* (m̄ *EJ)* post hac *BDJ* accreduas *BD.* ac creduas *EJ* 855. Artemonia *E* me mendacem esse *Acidalius:* me esse mendacem *libri.* mendacem me esse *idem Acidalius* 856. At *legi nequit J* *Ante* scelesta *ras. J* p̄ter *BDJ (ex* pater *m.*[2]*).* preter *E* alias *J* rata sum probum *LG:* frugirata *BD.* frugi rata *EJFZ.* fui rata *Pylades.* egregium rata *Ussingius.* antehac rata probum *Luchsius Studemundi Stud. vol. 1 p. 43* 857. Sic cum *E* maxume *D.* maxime *B(e fort. ex* e *ras.) EJ cum Nonio* *V. 858—860 postea videntur esse additi: v. 860 trita exhibet, v. 861 aptissime continuat versum 857* 858. Ad *E* de hinc *J* oim̃s *BDEJ* minimi *libri* mortales *Z* p̃tii *BE.* precii *DJ*

Mádidum, nihili, incóntinentem atque ósorem uxoris suae.

ARTEMONA

Pól ni istaec uera éssent, numquam fáceret ea quae núnc facit.

PARASITVS

Égo quoque hercle illum ántehac hominem sémper sum frugí ratus:
Vérum hoc facto sése ostendit, quí quidem cum fílio
Pótet una atque úna amicam dúctet decrepitús senex.

ARTEMONA

Hóc ecastor ést quod ille it ád cenam cotídie.
Áit sese ire ad Árchidemum, Chaéream, Chaeréstratum,
Quo ille eám facilius dúcat qui conprésserat.
Et híc qui poscet eám sibi uxorém senex,
Is ádulescentis íllius est auónculus,
Qui illám stuprauit nóctu, Cereris uígiliis.
Sed híc senex iam clámat intus út solet.
Anúm foras extrúdit, ne sit cónscia.
Credo aúrum inspicere uólt, ne subruptúm siet.

38. *Hunc v. respexit auctor Queroli p. 40, 17:* 'Meus ille credo iam nunc clamabit ut solet'

moratus *posteriore loco Servius* pariter *J* auusque *BDEJ*, *Servius.* atque auus *libri Non.* eius *Nonius et Servius, Wagnerus Propter* huiús *suspicatur aliquid intercidisse Luchsius de gen. p. 37* 23. una est *libri* michi *EJ* cottidie *D* 24.]t thure *J* aliquid *EJ.* aliquod *Z.* aliquo *F* 25.]mihi *J* michi *E* gracia *J* 26. thesaurum *libri* repperiret *DE* 27. *Vers. delet Deenicus: cf. Wagneri diss. p. 30* eam *JFZ* dare *D* 28. eam conpressit *Bothius.* compressit eam *libri* adolescens *D* 29. lsscit *D.* lscit *E.* Id scit *J* adolescens *DJ* quę *BDEJ* quam sit *(*sit *del. m. 1) E* compresserit *libri* 30. Illa *(*a *ex* u *m. 1) D* nequę *J* compressam *BDEJ* 31. fatiam *E* de proximo *BE.* deproximo *DJ* 32. sibi poscat uxorem *Bothius* idea *J.* id eam *E* fatiam *E* 33. quod ille/// *(*a *eras. ut vid.) D* compresserat *BDJ.* compresserit *Wagnerus*[1] *V. 34—36 spurios esse putat Langenus* '*Beiträge*' *p. 196* 34. Etenim *Bothius.* Enim *Acidalius* 35. adolescentis *J* illiust *Wagner: cf. Ritschelius Op. phil. vol. II p. 686, Muellerus Pros. Pl. p. 342, Luchsius de gen. p. 50* auunculus *BDEJ* 36. cereris *e* ceteris *B* 37. hęc *(*i *s.* ę*) B* utsolet *D* 38. foris *(*a *s.* i*) D* nescit *DJ* 39. |do *J* uult *BD* subruptum *Parcus.* subreptum *BD.* supreptum *E.* surreptum *J*

I 1, 1–4

ACTVS I

EVCLIO. STAPHYLA

EVCLIO

Exi, ínquam, age exi: exeúndum tibi hercle hinc ést foras,
Circúmspectatrix cum óculis emissíciis.

STAPHYLA

Nam cúr me miseram uérberas?

EVCLIO

Vt mísera sis
Atque út te dignam mála malam aetatem éxigas.

---

40. 41. *Osbernus p. 342:* Emissicius, a, um, ·i· quod cito in diuersis locis emittitur, ut oculus, unde Plautus: 'exeundum ..... emissiciis' 41. *Hunc v. respexit Tertullianus de pallio 3:* 'Chamaeleonti circumspectu emissicii ocelli, immo luminis puncta uertiginant' Circumspectator *Querol. p. 41, 7.* *Eodem pertinent carminis sepulcralis (Meyeri Anthol. 1455) versus hi:* 'Abite hinc pessimi fures | Quid uostris uoltis cùm oculis emissitiis?' *Osbernus p. 196ª:* emissicius: qui saepe emittitur. Plautus: 'circumspectatrix ..... emisiciis' *Glossam attulit Loewius Prodr. p. 259 hanc (Mai VI p. 536ᵇ):* oculi emissicii: exstantes uel eminentes 42. *Nonius p. 45, 10:* Verberare non solum a uerberibus dictum est, sed a uerbis. Plautus in Aulularia: 'Nam cur ..... uerberas'

Actus I Sc. 1 EVCLIO SENEX. STAPHILA ANVS *BJ, et B quidem in eadem cum v. 39 linea.* STAPHILA ANVS· EVCLIO SENEX *E. Spat. habet D* 40. xi *cum spat. DE* age *del. Guyctus* tibi hercle hinc est foras *ego, versum duriusculum dubitanter admittens.* hercle tibi hinc est foras *libri.* hercle tibi est *Osbernus.* hercle est tibi *Bothius e Langianis.* hercle est foras *Harius* hercle exeundum hinc est tibi *Kochius Nov. annal. vol. 107 (a. 1873) p. 839: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 263* (hinc tibist foras *vel* herclest tibi) 41. Circum spectatrix *EJ* cum *om. J* cum oculis emissiciis circumspextrix *p. 342 Osbernus* 42. *Post* nam *eras.* me *B* 43. ętatem *B.* etatem *J*

STAPHYLA

Nam quá me nunc causa éxtrusisti ex aédibus?

EVCLIO

Tibi egó rationem réddam, stimulorúm seges?
Illúc recede ab óstio: illuc sís uide,
Vt incédit. at scin quó modo tibi rés se habet?
Si hercle hódie fustem cépero aut stimulum ín manum,
Testúdineum istum tíbi ego grandibó gradum.

STAPHYLA

Vtinám me diui adáxint ad suspéndium
Potiús quidem quam hoc pácto apud te séruiam.

EVCLIO

At út scelesta sóla secum múrmurat.

---

45. *Nonius p. 381, 10:* Reddere, exponere et dare. Plautus in Aulularia: 'Tibi . . . . . seges' *Cf. 395, 20:* Seges est frumenti fructus . . . . . Plautus Aulularia: 'Tibi . . . . . seges' id est qua stimuli seri *(ita Passeratius:* eripi *libri)* possunt *Servius ad Aen. III 46:* Telorum seges, multitudo. Plautus Aulularia: 'Stimulorum seges' 49. *Nonius p. 115, 1:* Grandire est grandem facere . . . . . Plautus Aulularia: 'Testudineum . . . . . gradum'

50. *Nonius p. 75, 3:* Adaxint, adigant. Plautus Aulularia: 'Vtinam . . . . . suspendium' *Festus Pauli p. 28, 11:* Adaxint: adegerint *Osbernus p. 27:* Augeo componitur adaugeo . . . unde Plautus in Aularia: 'Vtinam . . . . . suspendium' *cf. p. 49*

---

44. nunc *(n s. v.) D* Nam me qua causa *B, unde* causad *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 72, quod ipse reiecit p. 129.* Nam qua me causa *Langiani.* Nam qua nunc causa *Z.* qua nunc causa me *Pylades et Kampmannus De 'Ex' p. 9.* Nam qua me causa ui *Muellerus Pros. Pl. p. 481.* Nam qua me causa hinc *Geppertus.* Nam me qua nunc causa *Camerarius* ex aedibus *B.* his exedibus *EJ.* aedibus *D.* his aedibus *F* 45. Tibi enim *D.* Tibi egon *Wagnerus, recte ut vid.* rationem *B.* racionem *J* 46. Illuc *(ras. s.* uc*) D* recede *ego.* regrede *BDE.* regredere JE^3FZ abhostio *EJ* *De interpungendi ratione cf. praeter alios Seyffertus Phil. vol. 27 (a. 1868) p. 432: contrariam* (ostio: illuc: sis uide) *def. Gulielmius, Goellerus.* ostio: illuc sis: *Wagnerus*[1] uide ut *Z et editionum pleraeque* 47. Vt cedit *Bothius: cf. v. 46* at scin quomodo *BEJ.* atscinquomodo *D* res *ex* ses E^3 48. hercle hodie *Studemundus Stud. vol. 1 p. 289. Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 119.* hodie *(et* hercle *s. v. m. 2) B.* hodie hercle *DEJFZ, nisi quod* hodie (e *male scriptam expunxit et s. v.* e *add.)* hercle *D.* hercle *Langiani* cepero *BDJ* inmanum *EJ* 49. Testudineum *ex* Testitudinem *ut vid. B.* Testudinem *E.* Testodinem *J* ego tibi *vel* ego tibi istum *Mahlerus de pron coll. p. 24* gradibo *BDEJ.* grandiuo *libri Non.* 50. dii *Osbernus* adanxint *lib. Nonii.* adauxint *vel* adauxerint *Osbernus.* adassint *Z: corr. Pius* ad suspendiū (iū *ex* ū) *B.* adsuspendium *J* 51. aput *J* 52. At *om. Z.* An *F*

ulós hercle ego istos, ínproba, ecfodiám tibi,
e me óbseruare póssis, quid rerúm geram.
bscéde etiam nunc, étiam nunc.

STAPHYLA

Etiámne?

EVCLIO

Ohe,
íc adstato. si hércle tu ex istóc loco
gitúm transuorsum aut únguem latum excésseris,
it sí respexis, dónicum ègo te iússero,
ntínuo hercle ego te dédam discipulám cruci.
eléstiorem me hác anu certó scio
dísse numquam, nímisque ego hanc metuó male,
e mi éx insidiis uérba inprudentí duit
eu pérsentiscat, aúrum ubist abscónditum:
ıae in óccipitio quóque habet oculos péssuma.
ınc íbo ut uisam, sítne ita aurum ut cóndidi,
ıod mé sollicitat plúrumis miserúm modis.

53. 54. *Nonius p. 360, 5:* Obseruare, curiose et suspiciter (suspinter *Quicheratus)* circum aspicere. Plautus Aulularia: 'Oculos ..... ram' 58. Donicum *hinc excerpsit gloss. Plaut.: cf. Ritschelius usc. phil. vol. II p. 241*

53. ego tibi *om.* hercle *libri Nonii.* hodie ego *J.* ego *del. Guyetus* improba *libri cum Nonio* ecfodiam *Nonius.* effodiam *BDEJ* 54. Neme *DJ.* De me *E* 55. etiam nunc *alterum om. B* ıph. Etiámne? Eucl. Ohe *Bothius.* etiam ohe *libri.* etiam amplius *eckeisenus Nov. Annal. vol. 107 (a. 1873) p. 839* ohe *v. 56 adiungens.* e sat est *Kochius eodem loco.* etiam etiam ohe *Seyffertus Ind. phil.* . *IV (a. 1872) p. 392* 56. adstato *Gruterus et Scioppius.* atasto *D.* at asto *E.* adesto *JFZ* ex Istoc *B.* existoc *J* 57. transsum *EJ* 58. respexeris *D.* respexeris *EJFZ: corr. Aldina* nicum *(s. v.* p donec) *D.* donec *Z: corr. Hermolaus* 60. Scelestion *(s. v.* hoc secum loquitur) *BD* certo *Franckenus.* certe *libri. Langenus p. 23* scio scio *(prius pallido atramento) J* 62. Nehi *BEJ.* Nemihi *D* ex *s. v. J* exinsidiis *D* imprudenti *J* it *(s.* det *s. v.) D.* diut *E* 63. persentiscat *(i. sentiat s. v.) D* i est *libri* 64. Quę *BDEJ* in occipitio *(ti s. v.) B.* inoccipitio in hoccipitio *E* pessima *BDE* 65. intro ibo *Muellerus Pros. Pl. 488* sitne *Pylades.* estne *D.* est ne *BEJFZ. Cf. Beckerus ademundi Stud. vol. 1 p. 195* 66. plurimis *BDEJ Hoc loco cerit Gulielmius vers. Non. p. 98, 20: at cf. Wagnerus dissert. p. 12*

STAPHYLA

Noenúm mecastor quíd ego ero dicúm meo
Malaé rei euenísse quamue insániam,
Queo cónminisci: íta me miseram ad húnc modum
Deciés die uno saépe extrudit aédibus.
Neścío pol quae illunc hóminem intemperiaé tenent:
Peruígilat noctes tótas: tum autem intérdius
Quasi claúdus sutor dómi sedet totós dies.
Neque iám quo pacto célem erilis fíliae
Probrúm, propinqua pártitudo quoi áppetit,
Queo cónminisci: néque quicquam meliúst mihi,
Vt opínor, quam ex me ut únam faciam lítteram
Longám, meum laqueo cóllum quando obstrínxero.

---

67. Noenum *adfert ex Aululuria gloss. Plaut.: cf. Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 242* 75. *Nonius p. 217, 28:* Partitudo et partio feminini. Plautus Aulularia: 'Probrum . . . . . appetit' *Osbernus p. 412:* haec partitudo . . . . . inde Plautus in Amphitrione: 'Proxima partitudo cui competit nequeo conminisci'

---

67. *Erant (Goellerus, Weisius, alii) qui ab hoc versu novam scaenam incipere statuerent* Noenum *Scioppius Susp. l. V, 17.* Noe num (p non *s. v.*) *BD.* Noe num *E.* Nec nūm (ecastor) *J.* Nec nunc *FZ.* Non enim *Langiani* me castor *BDE* ero ego *E.* hero ego *JFZ* 68. Malę *B.* Male *DEJ* quam ue *BEJ* 69. comminisci *BDEJ.* comminiscere *Kochius Nov. Annal. vol. 107 (a. 1873) p. 839* ille ita me *Muellerus Pros. Pl. p. 683* miseram me *Camerarius, unde* miseram med *proposuit idem Kochius l. s. s* adhunc (n *s. v. B*) *BDJ* 70. Decies *BDJ.* Detics *E* sepe *BDEJ* edibus *E* 71. quę *BEJ.* quē *D* illunc (*s. v.* -l- illum) *D* intemperię *J.* intemperie *E* 72. Per uigilat *J* noctaes *D* inter dius *BE* 73. *Post* sedet *ras. D* 74. herilis *BDEJ* filię *EJ* 75. cui *BDEJ, Nonius Vide testimonium Osb.* 76. comminisci *BDEJ* melius est *BDEJ* nec mihi quicquam melius est *Brugmanus l. s. s. p. 33* michi *J* 77. oppinor *E* ex *s. v. B* utunam *ex* uti nam D^2. ut utinam *J.* ut longam *Loewius Anal. Pl. p. 208* fatiam *E* uuam faciam aut litteram *Palmerius.* uuam faciam pensilem *Guyetus.* uuam faciam linea (Longa) *Famianus Strada apud Goellerum p. 129* 78. *Vers. delent Guyetus et Loewius: cf. v. 77* Longam *Scutarius.* Longum *BDEJFZ* meum *add. Camerarius om. libri* mihi *Lambinus. om. libri Cogitavi de* I longum, laqueo *e. q. s.: at sic quoque miro modo haec addita languent: cf. Auson. epigr. 128, 10* obstrinxero *ex* obstrixero *B.* obstrixero *E*

EVCLIO. STAPHYLA

EVCLIO

Nunc défaecato démum animo egrediór domo,
Postquám perspexi sálua esse intus ómnia.
Redi núnciam intro atque íntus serua.

STAPHYLA

Quíppini?
Ego íntus seruem? an né quis aedes aúferat?
Nam hic ápud nos nihil est áliud quaesti fúribus:
Ita inániis sunt óppletae atque aráneis.

EVCLIO

Mirúm quin tua me caúsa faciat Iúppiter
Philíppum regem aut Dáreum, triuénefica.
Aráneas ego mi íllas seruarí uolo.
Paupér sum, fateor, pátior: quod di dánt fero.

---

79. *Nonius p. 454, 22:* Defaecata omnia pura et inturbata et sine sordibus possumus dicere ut uinum si *[ita Quicheratus]* sine faecibus. Plautus in Aulularia: 'Nunc . . . . . domo' 84. *Nonius p. 483, 14:* Quaesti uel quaestuis dictum pro quaestus . . . . . Plautus Aulularia: 'Nam hic . . . . . quaesti furibus' 84. *Nonius p. 123, 18:* Inanis pro inanitate. Plautus Aulularia: 'Ita . . . . . araneis' 88. *Nescio an huc alludat Ovidius Metam. VIII,*

Act. I Sc. 2 EVCLIO SENEX. STAPHILA ANVS *B in eadem cum v. 78 linea.* EVCLIO SENEX STAPHILA ANVS *E.* EVCLIO STAPHILA *J. om. D sine spatio Scaenam cum priore coniunxit Angelius* 79. unc *c. spat. init. E* defecato *BDEJ, Nonius. super v.* ·i· puro *D* egredior *B.* egrediar *D* 80. prospexi *DJ* 81. nunc iam *BDJ.* nuntiam *E* Quippini? *Pareus: antea cum v. 82 coniungebatur, quod defendit Langenus p. 123 deleto* an *v. 82.* Quippe nil JE^2FZ 82. Egon *Wagnerus*[1] intus *ex* mtus *E* anne quis *J.* an nequis *B.* annequis *D* ae des *D.* ędes *E* 83. nichil *EJ* aliud *om. Nonius* questi *BDEJ* furius *libri Nonii* 84. inaniis *Pylades.* inanis *libri cum Nonio* oppletę *BJ.* opplete *DE* arantes *libri Non.* 85. me *Camerarius.* nunc me *libri.* nunc *Pylades: cf. v. 86* fatiat *E* iupiter *D* 86. Nunc Philippum *Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 85* darieũ *D.* dari eum *E.* darium *BJ.* Darium nunc *Muellerus l. s. s.* teruenefica *Harius Cf. Fleckeisenus Nov. Annal. vol. 93 (a. 1866) p. 464 et 536* 87. Araneas *ex* Areneas E^3 ego mi *Mahlerus de pron. p. 24.* mihi ego *BD.* michi ego *EJ* seruam *J* 88. dii *J*

Abi íntro, occlude iánuam: iam ego híc ero.
Caue quémquam alienum in aédis intromíseris.
Quod quíspiam ignem quaérat, extinguí uolo,
Ne caúsae quid sit quód te quisquam quaéritet.
Nam si ígnis uiuet, tu éxtinguere extémpulo.
Tum aquam aúfugisse dícito, si quís petet.
Cultrúm, securim, pístillum, mortárium,
Quae uténda uasa sémper uicíni rogant,
Furés uenisse atque ábstulisse dícito.
Profécto in aedis meás me absente néminem
Volo íntromitti. atque étiam hoc praedicó tibi,
Si Bóna Fortuna uéniat, ne intromíseris.

STAPHYLA

Pol ea ípsa credo ne íntromittatúr cauet:
Nam ad aédis nostras núsquam adiit quaquám prope.

---

623 sq.: 'Paupertatemque fatendo | Effecere leuem nec iniqua mente ferendo' 95. *Nonius p. 543, 23:* Mortarium in quo teruntur quae soluenda sunt. Plautus in Aulularia: 'Cultrum ..... mortarium' 100. *Mirum ni Cicero Verr. IV 3 § 7 hunc locum respexit:* 'Haec omnia ..... Verres abstulit: nullum inquam horum reliquit neque aliud ullum tamen praeter unum peruetus ligneum, Bonae Fortunae, ut opinor. Eam iste habere domi suae noluit'. *Cf. Querol. p. 42, 11:* 'Ipsam Bonam Fortunam clamantem pulsantemque hodie nemo audiat' *Queroli imitationes in posterum mitto*

---

89. hoc (i s. o) *B* 90. inaedis *BD.* inędis *E.* inaedes *J* 91. Quod *BDE.* Quod sisi *J.* Staph. Quid si E^3FZ *(nisi quod* Quod *F)* quis piam *D* quęrat *B.* querat *D.* quęrit *EJFZ* Eucl. Extingui E^3FZ 92. Ne (N *ex* H) *BE* causę *BD.* cause *EJ* qd sit *D* quispiam *Z: corr. Pylades* quęritet *BDEJ* 93. uiuet *B* extempulo *Camerarius.* extemplo *BDEJFZ* 94. siquis *BDEJ* petat *Brixius Nov. Annal. vol. 91 (a. 1865) p. 58 Nonnulli, in eis Pareus, verba* si . . . petet *ad v. 95 rettulerunt V. 95. 96 Staphylae dat F: item Hermolaus* 95.] securim *J* Cul trum *E* pistellum *B* aut mortarium *Bothius* 96. | utenda *J* Quę *BE.* Que *D* 97. atquę *J* ab stulisse *E* 98.] ofecto *J* inaedis *BD.* inedibus *E.* in aedibus *JFZ* meas me *E.* mae *D.* meis me *JFZ* 99.] olo *J* intro mitti *J* ętiam hoc *D.* hoc etiam *JF* predico *E.* preco *J* 100. furtuna *D* 101. capse *Bothius* intro mittatur *DJ* 102. edis *B.* edis *E.* aedes *J* nūquam *D, Gronovius* adit *Bothius ex Lang.* quaquę prope *Pylades.* quāquā prope *DEJFZ.* quāquā ppe ē *B, quod aliter interpretatur Lambinus, aliter Lomanus Spec. litt. p. 20 et Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 433, aliter Ussingius* prope. | St *Wagnerus*

EVCLIO

Tace átque abi intro.

STAPHYLA

Táceo atque abeo.

EVCLIO

Occlúde sis
Forés ambobus péssulis. iam ego híc ero.
Discrúcior animi, quía ab domo abeundúmst mihi.
Nimis hércle inuitus ábeo: sed quid agám scio.
Nam nóster nostrae quíst magister cúriae
Diuídere argenti díxit nummos ín uiros:
Id sí relinquo ac nón peto, omnes ílico
Me súspicentur, crédo, habere aurúm domi.
Nam uéri simile nón est hominem paúperem
Pauxíllum parui fácere quin nummúm petat.
Nam núnc quom celo sédulo omnis, né sciant,
Omnés uidentur scíre et me benígnius
Omnés salutant quám salutabánt prius.
Adeúnt, consistunt, cópulantur déxteras:

---

107. 108. *Pseudo-Asconius ad Verr. act. I 8, 22:* Vtrum legitimos habent omnes tribus diuisores suos quos Plautus magistros curiarum in Aulularia uocat his uerbis: 'Nam ..... in uiros' *e. q. s.*

108. *Nonius p. 43, 7:* Viritim dictum est separatim et per singulos uiros ..... Plautus in Aulularia aliter, sub hac tamen significantia: 'Diuidere ..... in uiros' 116. *Nonius p. 476, 18:*

---

103. *Cf. 102*]ce *J* Staph. *pers. not. in ras. B* atquę *J* habeo *E* 104. *Post* pessulis *lac. in B: item in E octo litt. spat.* ero *D*

105. Discrutior *E* quia abdomo *BJ.* quia domo *Guyetus. Hermannus Nov. Annal. vol. 35 (a. 1842) p. 191.* quom ab domo *Wagnerus*[1]*: at cf. Muellerus Pros. Pl. p. 281* abeundum est *libri* michi *J* 106. ab eo *B* sed////// *J.* sed *FZ.* si (siquid *BD*) *BDE* st, quid *Barthius.* nec quid *Scaliger* 107. Nam nobis *Guyetus.* Nam Nestor *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 433* nrę *B.* nr̃ae *D.* nostrę *E.* nr̃e *J* qui est *libri* curię *BEJ* 108. nummos dicit *Pseudo-Asconius* didxit *E* inuiros *E* 109.]si *J* reliquo *E* 111. ueri simile non est *Pylades. Guyetus.* non est ueri simile *BDEJFZ, nisi quod* uerisimile *J et* similer *ut vid. D* ullum hominem *Muellerus Pros. Pl. p. 519.* homonem *Spengelius T. Macc. Pl. p. 223* 112. Pauxillum *iungit cum* nummum *(gen.) Acidalius* quin JE^3FZ. qui *BDE* 113. cum *DEJ. idem s. v.* B^2 *ut vid.* cęlo *EJ* omnes *J* nesciant *BD* 116. Ad eunt *E* dexteras (e *post. s. v. m. 1) J*

Rogitánt me, ut ualeam, quíd agam, quid rerúm geram.
Nunc quó profectus sum íbo: postideá domum
Me rúrsum quantum pótero tantum récipiam.

Copulantur, pro copulant, passiuum pro actiuo *(del. haec tria verba Quicheratus)*. Plautus in Aulularia: 'Adeunt . . . . . dexteras'. *Cf. p. 479, 25, ubi fere eadem exstant*

118. postidea *Camerarius.* post idem *BDEJFZ.* post itidem *Palatinorum nonnulli: cf. Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 433*
119. Merursum *D.* Me rarsum *E*

ACTVS II

EVNOMIA. MEGADORVS

EVNOMIA

Velím te arbitrári med haéc uerba, fráter,
Meái fidéi tuáique réi
Causá facere, ut aéquomst germánam sorórem.
Quamquam haúd falsa súm nos odiósas habéri:
Nam múltum loquáces merito ómnes habémur
Nec mútam profécto repértam ullam esse hódie
Dicúnt mulierem úllo in saecló.
Verum hóc, frater, únum tamén cogitáto,

Act. II Sc. 1 ***Metra huius scaenae perdifficilis tractavi ut potui: abiectis rationibus quibus et Studemundus (v. 120. 121. 125. 134: cf. de cant. p. 44, 50, 47) et Seyffertus (v. 120. 126. 131. 133. 134: cf. de bacch. p. 44, 30, 20) usi sunt aequabilitati numerorum ante omnia consulendum esse putavi*** *V. 120—152 tractavit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 307* EVNOMIA MVLIER. MEGADORVS SENEX ***BEJ***, *et B quidem in eadem cum v. 119 linea: om. spatio relicto D* **120.** elim *c. spat. DE* med *Guyetus: cf. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 35.* me *libri* hęc *BDJ* *V. 121 coniungitur cum v. 120 in libris* Meai fidei tuaique *Reizius: cf. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 106 et Lachmannus in Lucr. p. 151:* meę fidei tuęque *B.* meae fidei tueque *D.* meę fidei tueque *E.* meae fidei tuę *J.* meae fidei tuaeque *FZ* rei *F, Pius.* rei hęc *(s. v.* ł hoc*) B.* rei haec *(s. v.* ł hoc*) D.* rei haec ł hoc *E.* rei hoc *J.* rei hoc uel hoc *Z* **122.** aequum est *BDJ.* equum est *E* **123.** Quaq *J* haut *E* falsa *(sa s. v.) B* som *E* nos//// *J* **124.** omnes *(s s. v.) J* **125.** repetam *J* hodie *ex sequentis v. initio huc traxit Reizius.* Hodie *J, ubi v. 125 et 126 coniuncti sunt* **126.** *Dedi ex libris: cf. v. 125* ullod *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 62* inscto *BJ.* in seculo *DE* Mulierem dicunt ullo in saeclo *Reizius.* Dicunt ullo in saeclo *Hermannus*

Tibí proxumám me mihíque esse itém te.
Ita aéquomst quod ín rem esse utríque arbitrémur
Et míhi te et tibí me consúlere et monére:
Neque óccultum id habéri neque pér metum mussári,
Quin párticipem páriter ego te ét tu me ut fácias.
Eo núnc ego secréto forás te huc sedúxi,
Vtí tuam rem ego técum hic loquerér familiárem.

MEGADORVS

Da mánum mi femina óptuma.

EVNOMIA

Vbi eást aut quis east nam óptuma?

MEGADORVS

Tu.

EVNOMIA

Túne ais?

MEGADORVS

Si négas, nego.

128. proximam *BDEJ* me *om. J* michi que *J* esse item *Bentleius. Reizius.* item esse *libri* 129. Ita *Taubmannus.* Vt *libri.* Vnde *Harius* aequum est *J.* equum est *BDE* *De* utrique *gen. cf. Luchsius de gen. p. 7* 130. michi *J* me *JE²FZ. om. BDE* 131. *Septen. iamb. agnovit Hermannus* occultatum *D* id habere *J.* haberi id *Reizius* permetum *BJ.* metu *Guyetus* *Cf. de hoc v. dubitationi obnoxio praeter eos quos supra attuli Muellerus Pros. Pl. p. 124* *Ne de tali forma cogites:* id per metum haberi neque *dissuadet certa ratio* 132. te ego et tu *Franckenus* ut *del. Lambinus.* ut facias *del. Ussingius* fatias *E* 133. foras te huc *Hermannus, Muellerus Pros. Pl. p. 184, alii.* te huc foras *libri.* ted huc foras *Bothius, Seyffertus de bacch. p. 20* 134. Vti *Seyffertus de bacch. p. 20:* Vt *libri* rẽm ĕgo *Hermannus et Christius 'Sitzungsber. der bair. Akad., philol. Cl.' 1871 p. 74* tecum hic ego *Franckenus* loquerer *E* 135—152. *Huc usque librorum discriptionem fere secutus sum, id quod a v. 135 usque ad v. 152 rarissime fieri potuit, quorum libri haec praebent initia:* Da mihi, Vbi ea est (Quis ea *EJ*), Decet, Alia, Aduorsari, Da mihi, Id quod, Soror more, Salutare, Volo te, Quia mihi, Heia *Discriptiones aliorum huc quidem in parte rarius commemorare potui* 135—141. *Discripsi dimetros iamb. clausula iamb. adiecta: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 618* 135. Da manum mi *Muellerus Pros. Pl. p. 618.* Da mihi (michi *J*) *libri.* Manum da mihi *idem Muellerus ibidem* femina optuma *Muellerus ibidem.* optuma femina manum *libri.* optuma *nescio an fuerit* opituma: *cf. C. I. L. I 1016* 136. ea est *libri* aut quis east nam *ego, similes locos secutus.* Quis ea est nam (Nam *B*) *BDJFZ.* Quis ea est nam *E.* et quis east nam *Wagnerus.* quis ea namst *Franckenus.* nam quis east *Muellerus Pros. Pl. p. 618* 137. Tu ne *E.* Tu me

EVNOMIA

Decet te équidem uera próloqui.
Nam optúma nulla potest éligi:
Alia ália peior, fráter, est.

MEGADORVS

Idem ego árbitror,
Néc tibi aduorsári certumst dé re istac umquám, soror.

EVNOMIA

Da óperam, amabó.

MEGADORVS

Tuast: útere atque ínpera,
Sí quid uis.

EVNOMIA

Íd quod in rém tuam esse óptumum
Árbitror, te íd monitum aduénto.

MEGADORVS

Sorór, more tuó facis.

EVNOMIA

Factúm uolo.

MEGADORVS

Quid ést id,
Sorór, quod uenís?

Pius, Hermannus negas *(s s. v.) BJ* 138. decet equidem *J, Pylades.* decet quidem *Ritschelius Proleg. p. 77.* d. te quidem *Bothius* 139. *Versus suspectus* nulla eligi potest *Bothius* Nam nulla potis est eligi *Hermannus* egigi *(gi exp. et* li *suprascr.) D* 141. Idem ego istuc arbitror *Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 119* 142. Aduorsari *(s ex* a*) D* certum est *libri* de re istac *Wagnerus*[1]. de istac re *libri, nisi quod* istaec *B et* deistac *D.* me de istac re *Wagnerus*[2]. de istac re me *Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 119.* de istac red *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 63* soror quid uis *JFZ: idem eras. et denuo scriptum E: cf. v. 144 V. 143—145 ita disponit Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 119 (cf. Pros. Pl. p. 766):* E. Da mi óperam amabo | M. Tuást. utere átque imperá si quid mé uis | E. Íd quod in rém tuam esse árbitror óptumum | Te id mónitum aduento *Cf. Seyffertus de bacch. p. 31 et Studemundus de cant. p. 26* 143. Da—atque *in ras. D* Da *Hermannus in exemplari.* Da mihi *libri* Tuastutere *BD.* tu astu tere *E.* tu astute re *J* impera *BDE.* imperasis *JF: cf. v. 142 et 144* 144. Si quid uis *om. JF: cf. 142 et 143* esse optumum *Hermannus.* optumum esse *libri* 145. *An* aduenio *?* 146. *Anapaestos discribit Muellerus l. s. s. (facta)* factum *Camerarius.* facto *B.* facta *DEJFZ Vers. exp. Franckenus* 147. Quod uenis *addidi: om. libri Cf. Muellerus l. s. s.*

EVNOMIA

Quod tibí sempitérnum
Salútare sít.

MEGADORVS

Liberís procreándis?

EVNOMIA

Ita dí faxint: uolo te úxorem
Domum dúcere.

MEGADORVS

Ei occidís.

EVNOMIA

Quid ita?

MEGADORVS

Quia mí misero cerebrum éxcutiunt
Tua dícta, soror: lapidés loqueris.

EVNOMIA

Heia, hóc face quod te iúbet soror.

MEGADORVS

Si lúbeat fáciam.

EVNOMIA

In rem hóc tuamst.

148. sit. Meg. *(*Meg. *om. libri)* Liberis procreandis *scripsi: ex in. orat. conicit iocose Meg. quod saepe audiverat: neque enim possunt v.* Salutare—ducere *Eunomiae dari cum Heraldo (cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 2, Bothius ad h. v.) neque probabile est verba esse transponenda (*Meg. Ita di faxint. Eun. Liberis procreandis *e. q. s., ut voluit Lambinus) neque denique cum Franckeno verba* Ita di faxint *aut cum Bothio* Lib. procr. *commode expunguntur V. 149—152 anapaestos esse intell. Weisius, Brixius, Wagnerus, ex parte iam Bothius* 149. *Eun. quae dedi (*Ita—faxint*) libri Meg. attribuunt* Ita—faxint *in ras. E* Eun. Volo *libri* 150. Ei *libri, non* heia occidis *Weisius. Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 70.* occidi *libri* 151. mihi *BDE.* michi *J* excuciunt *B* 152. lapidis loque[*J V. 153—160 proprio esse metro compositos vidit Reizius: cf. Hermannus de metr. p. 170, Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 199, Studemundus de cant. p. 27: errat Hermannus Elem. d. m. p. 454. Alios esse interpositos versus nec Studemundo de cant. p. 44 (cf. 'Festgruss' p. 53) neque Muellero Pros. Pl. p. 390 et Add. p. 119 neque Fleckeiseno Nov. Annal. vol. 95 (a. 1867) p. 631 neque Wagnero aut Franckeno facile concesserim. Verba ex parte misere corrupta* 153. Heia *(*a *s. v.) D.* Eia *J* te *del. Reizius* iubeat *EJ* fatiam *E Cf. Fleckeisenus l. s. s.* 154. hoc tuam est *libri, nisi quod* hoc *ex* ob E^3 ut prius quidem quam ducam emoriar *Hermannus.* ut quidem emoriar prinsqùam ducam

MEGADORVS

Vt quídem prius quam dúcam emoriar.
Sed * * * * * si his légibus quam dáre uis, ducam:
Quae crás ueniat, peréndie forás feratur.
His légibus cedo, núptias, sorór, adorna.

EVNOMIA

Cum máxuma possúm tibi, fratér, dare dote:
Sed est grándior: nam múlieris est aétas media.
Eam sí iubes, fratér, tibi me póscere, poscam.

MEGADORVS

Núm non uis me intérrogare te?

EVNOMIA

Ímmo si quid uís, roga.

MEGADORVS

Póst mediam aetatém qui media dúcit uxorém domum,

---

156. *Osbernus p. 160:* Perendie . . . . . unde Plautus: 'Quae cras ueniet . . . . . soror' 162–164. *Festus p. 238:* Postumus cognominatur post patris mortem natus. Plautus in Aulularia: 'Post . . . . . Postumus'

---

duplici mendo libri: versus nondum sanatus vix poterit facili medela restitui 155. *Om. DEJFZ errore* (ducam) *ut puto Versus lacer est: aut deficit initium aut post* Sed *nonnulla intercidérunt* si his legibus *ego.* his legibus si *libri Versum glossema esse v. 157 putat Bothius, nil praeter* Sed *esse sanum, reliqua glossemati cessisse Franckenus*

Cf. Studemundus de cant. p. 44 156. Quę *BDEJ* trans *J* p *ante* perendie *del. E*³ foras feratur *Reizius.* foras feratur soror *libri.* foras efferetur soror *Osbernus.* foras ecferatur *Muellerus Add. p. 119.* foras, soror, feratur *Bothius. Versus 157 initio adnectunt* soror *Muellerus l. s. s., Franckenus* 157. *Cf. v. 156* legibus *Ussingius.* legibus quam dare uis *libri.* legibus si quam uis *Bothius* cędo *B* soror, adorna *scripsi* soror *ex v. 156 recipiens.* adorna *BEJFZ.* adhorna *D Cf. Fleckeisenus l. s. s. p. 631* 158. Cum *Gruterus. Brixius ad Capt. v. 199.* Quam *libri.* Quom *Loewius Anal. Pl. p. 212* maxima *BD.* maximam *EJ* tibi dare frater *D.* tibi dare frater *EJ.* dare tibi frater *F* dotem *E.* doce *J* 159. *Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 390 et Fleckeisenus Nov. Ann. vol. 95 (a. 1867) p. 632, qui nil esse genuinum suspicatur praeter haec:* sed aétas mediast múlieris es *Bothius* grandior: nam *ego.* grandior natu *libri* mulieris est aetas media *Bothius.* media ē mulieris aetas (ętas *E*) *libri* 160. si iubes me poscere, frater, tibi poscam *Mahlerus de pron. p. 29 cum Fleckeiseno l. s. s. p. 632* 161. Num nonuis *D.* Num neuis *Harius: cf. Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 249.* Noenum uis *Scaliger* 162. ętatem *BE* mediam *JE*³*FZ, Festus* domum (o *ex* a) *D*

Si eám senex anúm praegnantem fórtuito fécerit,
Quíd dubitas, quin sít paratum nómen puero Póstumus?
Núnc ego istum, sorór, laborem démam et deminuám tibi.
Égo uirtute deum ét maiorum nóstrum diues súm satis.
Ístas magnas fáctiones, ánimos, dotes dápsiles,
Clámores, impéria, eburna uéhicla, pallas, púrpuram,
Níl moror quae in séruitutem súmptibus redigúnt uiros.

EVNOMIA

Díc mihi, quaeso, quís east quam uis dúcere uxorem?

MEGADORVS

Éloquar.
Nóuisti hunc senem Eúclionem ex próxumo paupérculum?

---

164. *Osbernus p. 267:* Humus componitur hic posthumus ..... unde Plautus in Aularia: 'Quid ..... posthumus' 165. *Nonius p. 278, 17:* Degere est etiam minuere. Plautus in Aulularia: 'Nunc ..... tibi' 167. *Nonius p. 304, 23:* Factio ..... significat opulentiam, abundantiam et nobilitatem ..... Plautus in Aulularia: 'Istas ..... dapsiles' 170. *Priscianus Instit. XIII, 13 (II p. 8, 21 H.):* 'Quis' etiam communis esse generis putauerunt uetustissimi ..... Plautus in Aulularia: 'Dic ..... uxorem' *Schol. Pers. III, 89:* Sodes, id est sodalis, aut antiquae affectationis est adeo ut soluto eo quidam usi sint ut Plautus, qui per solutionem sic ait: 'Dic mihi ..... uxorem'

---

163. senex (x *ex* m *m. 3) E* pregnantem *BDEJ* fortuito *DEJFZ, Festus.* fortuitu *B, quod multis probatur* fecerit (it *ex* at *m. 3) E* 164. quid sit (d *exp. et* n *s. v.) B* his nomen pueris *Festus* puero nomen *Osbernus* posthumus *Osbernus.* postumae *Festi cod.:* postumi *Ursinus: probat Lambinus* 165. degam E^3FZ *ex Nonio* diminuam JE^3 166. *Redit hic v. Capt. II 2, 74, ubi ferri cum non posse docuit Ritschelius Opusc. phil. II p. 283* nostrum *(ut in Capt.) Gruterus. Bentleius.* nostrorum *libri De* dis *cogitavit ante Muellerum Pros. Pl. p. 308 Gruterus* 167. animos *om. Nonius* dapsilas *Nonius* 168. imperia//// *(erasa* e*) B* eburna *Guyetus.* eburata *BDEJFZ* uehicula *(ante* ue *ras. B) BDE: om. J* eburata uehicla imperia *Goellerus* purpuram (m *ex* s) *D* 169. Nihil *BD.* nichil *EJ* quę *BEJ.* que *D* inseruitutē JE^3FZ. inseruitutū *B.* in seruitutum *DE* sumptibus *om. Z: add. Pius* rediguntur *BDE (in E* ur *eras.)* 170. *Pers. add. Pius: om. libri* michi *J* queso *BDE.* queso *J.* si audes *Priscianus. schol. Persii: def. Vossius de anal. IV, 28.* sodes *Bothius* quis] quae *schol. Pers.* ea est *libri cum Persii scholiasta et Prisciano* quāuis *ex* quiuis *D* ducere uis *schol. Persii Eun. pers. inserunt libri: corr. Pius* 171. Nouisti *Camerarius.* Nouistin *libri, nisi quod* No ⌣istin *D.* nostin *Pal. VI. neque* hunc *neque* senem *tollere audeo* ex proximo *BDE.* exproximo *J*

EVNOMIA

Nóui hominem haud malúm mecastor.

MEGADORVS

Éius cupio fíliam
Vírginem mihi désponderi: uérba ne faciás, soror.
Scío quid dicturá 's: hanc esse paúperem: haec paupér placet.

EVNOMIA

Dí bene uortant.

MEGADORVS

Ídem ego spero.

EVNOMIA

Númquid me aliud uís?

MEGADORVS

Vale.

EVNOMIA

Ét tu, frater.

MEGADORVS

Égo conueniam iam Eúclionem, sí domist.
Séd eccum uideo: néscio unde sése homo recipít domum.

EVCLIO. MEGADORVS

EVCLIO

Praésagibat mi ánimus frustra me íre, quom exibám domo.
Ítaque abibam inuítus: nam neque quísquam curiálium

---

178. *Cicero de divin. I 31, 65:* Neque enim illud uerbum *(i. e.* praesagire*)* temere consuetudo adprobauisset, si ea res nulla esset omnino 'Praesagibat . . . . . domo'

---

172. *Megadori pers. praef. libri: corr. Pius* haut *E* me castor *libri, nisi quod* ////e castor *B* *Ante* Eius *pers. spat. BD. om. EJZ: corr. Pius* 173. fatias *E* 174. dictura es *libri, nisi quod* ductura es *J* hęc *E.* hec *J* placere *J* 175. Dii *J* uertant *BE.* ueriant *D* Id ẽ *E* Numquid me aliud *ego.* Quid *(*quod *EJ)* me nunc quid *libri.* Numquid nunc me *Muellerus Pros. Pl. p. 546 inter alia.* Quid? me numquid uis *Scioppius* 176. conueniam iam *Guyetus.* conueniam *libri.* conuenero *inter alia Muellerus Pros. Pl. p. 546* domi est *libri* 177. uideo *add. Klettius Exerc. Ter. p. 21: om. libri* se se *E* nunc homo *Pylades.* tam propere *Wagnerus*[1]. curriculo *Muellerus Pros. Pl. p. 546*

Act. II sc. 2 EVCLIO. MEGADORVS SENES DVO. *(*II · *E) BEJ: om. spatio relicto D* 178. raesagibat *c. spat. D.* resagibat *c. spat. E.* presagibat *J* mihi *BD.* michi *EJ. om. Cicero* cum *libri* exibam *ex* exigebam *ut vid. B.* exirem *Cicero* 179. quisq. *D*

Vénit neque magíster quem diuídere argentum opórtuit.
Núnc domum properáre propero: nam égomet sum hic, animús domist.

MEGADORVS

Sáluos atque fórtunatus, Eúclio, sempér sies.

EVCLIO

Dí te ament, Megadóre.

MEGADORVS

Quid tu? récten atque ut uís uales?

EVCLIO

Nón temerariúmst, ubi diues bláude appellat paúperem.
Iam íllic homo aurum scít me habere, eo mé salutat blándius.

MEGADORVS

Áin tu te ualére?

EVCLIO

Pol ego haud pérbene a pecúnia.

MEGADORVS

Pól sist animus aéquos tibi, sat hábes, qui bene uitám colas.

EVCLIO

Ánus hercle huic indícium fecit de aúro: perspicué palamst.
Quoí ego iam linguám praecidam atque óculos effodiám domi.

MEGADORVS

Quíd tu solus técum loquere?

EVCLIO

Meám pauperiem cónqueror.

---

181. properare *ex* properabo *D.* properabo propere *Franckenus* ego met *EJ* domi est *libri* 182. Saluus *BDEJ* 183. Dii *J* *Inter* te *et* ament *maius spat. B* Quin *J* recten *ex* retten *ras. B* ut *om. D* 184. temerarium est *libri* 185. Illic *J* *Ante* Iam *pers. nom. eras. B* Nam *Geppertus Trinummi c. 185²* scit me *Bothius.* me scit *(ex* me sciet *J) libri* 186. Ain *(in m. 3 in 3 litt. spat.) E* tute *B* haut *E* perbene a pecunia *Guyetus.* apecunia perbene *BDJFZ.* apeccunia perbene *E* 187. si est *libri* aequus *BDJ.* equus *E* tibi *del. Reizius, Bentleius ceteris serratis* sat habes *Harius.* satis habes *libri.* habes sat *Bothius: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 189* bene *del. Kochius Nov. Annal. vol. 107 (a. 1873) p. 840* colis *D* 188. hunc *E.* hoc *JFZ: corr. Hermolaus* inditum *BE* palam est *libri* 189. Cui *libri* precidam *J* effodiam *(e ex o) B* /domi *J* 190. loquere *et* conqueror *E*

Vírginem habeo grándem, dote cássam atque inlocábilem,
Néque eam queo locáre quoiquam.

MEGADORVS

Táce: bonum habe animum,
Eúclio:
Dábitur: adiuuábere a me: díc, si quid opust, ímpera.

EVCLIO

Núnc petit, quom póllicetur: ínhiat aurum ut déuoret.
Áltera manú fert lapidem, pánem ostentat áltera.
Némini credó qui large blándust diues paúperi.
Vbi manum inicít benigne, ibi ónerat aliquam zámiam.
Égo istos noui pólypos qui ubi quícquid tetigerúnt tenent.

MEGADORVS

Dá mi operam parúmper: paucis Eúcliost quod té uolo
Dé communi re ápellare mea ét tua.

EVCLIO

Ei miseró mihi.

---

191. 192. *Varro de l. l. V, 14 p. 6 M.:* Ut nunc dicunt collocatum, ueteres id dicere solitos adparet apud Plautum: 'Filiam . . . . . cuiquam' 191. *Nonius p. 45, 12:* Cassum ueteres inane posuerunt . . . . Plautus Aulularia: 'Virginem . . . . . illocabilem' *Idem p. 340, 22:* Locare, marito dare. Plautus in Aulularia: 'Virginem . . . . . illocabilem' 197. *Osbernus p. 631:* Et haec zamia . . . . . Plautus: 'Ubi . . . . . zamiam' 199. *Nonius p. 529, 5:* 'Da mihi . . . . . uolo'

191.]ginem *J.* filiam *Varro* cassa dote *Varro* inlocabili *cod. Varr.* illocabilem *J et cod. Non. plerique* *Ab hoc inde v. usque ad 605 deficit E: supplevit man. saec. XV, cuius scripturas omisi* 192.]eam *J* cuiquam *BDJ, Varro* bonum animum]habe *D.* habe bonum animum *Muellerus Ivos. Pl. p. 209* 193.]adiuuabere *J* adiubabere (be *m. 2 s. v.*) *B.* adiubabere *D* ame *BJ* opus est *libri* impera *libri* 194. cum *libri* 195.]tera *J* 196. blandus est *libri* 197. honerat *J.* ornat *Bosius. Bentleius. Franckenus* onerat ibi *Osbernus* aliqua zamia *Guyetus: idem def. Langenus p. 124* 198.]istos *J* pol ypos *BD* qui ubi *Hermolaus.* qui uibi *BD.* quin ibi *JFZ.* qui sibi *Gruterus* quidquid *B.* quid *Pylades.* quidque *Gronovius, Peningsdorf de 'Quisque' p. 27: at cf. Lorenzius ad Most. 831* tetigerint *B: cf. Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 14* 199. mihi *BD.* michi *J* euclio est *libri* parumper si opera est Euclio id quod te uolo *Nonius* 200.]muni *J* De communire *B.* Decommuni re *D* michi *J*

Aúrum mi intus húrpagatumst. núnc hic eam rem uólt, scio,
Mécum adire ad páctionem: uérum interuisám domum.

MEGADORVS

Quó abis?

EVCLIO

Iam huc ad té reuortar: námst quod inuisám domum.

MEGADORVS

Crédo edepol, ubi méntionem ego fécero de fília,
Mi út despondeát, sese a me dérideri rébitur.
Néque illo quisquamst álter hodie ex paúpertate párcior.

EVCLIO

Dí me seruant, sálua res est: sáluomst, si quid nón perit.
Nímis male timuí. priusquam intro rédii, exanimatús fui.
Rédeo ad te, Megadóre, si quid mé uis.

MEGADORVS

Habeo grátiam.

Quaéso quod te pércontabor, ne íd te pigeat próloqui.

EVCLIO

Dúm quidem ne quid pérconteris, quód mi haud lubeat próloqui.

---

201. *Osbernus p. 22:* Areo . . . . . haec area . . . . . unde Plautus in Aularia: 'Aurum . . . . . harpagatum'

---

201. mihi *BD.* michi *J* harpagatum est *libri.* arapagatum est *Osbernus* 202. adpactionem *BJ* 203. Quonam *Acidalius.* Quod *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 80* Iam huc *Wagnerus.* Iam *libri.* Iamiam *Bothius. Cf. Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 102, ubi inter alia* Iam ego *proponitur* adte *BJ* reuortor *(pr.* o *ex* e *ut vid.) D.* reuortar *(*r *ult. s. v.) J* *Ante* nam *ras. J* nam est *libri.* namque est *Acidalius et cod. deter.* inuisam *Ritschelius l. s. s.* uisam *libri.* uisam ad me *Muellerus l. s. s. Quamquam suspicor* uisam domum *male esse repetita* 204. defilia *DJ* 205. Mihi *BD.* Michi *J* ame *BDJ* *Post h. v. lacunam indicat Wagnerus* 206. quisquam est *libri* expaupertate *J* partior *BD* 207. Dii *J* saluare ē *BD* saluum est *libri* siquid *BDJ* *Librorum scripturam non expedio:* saluomst si quid, non perit *Franckenus.* saluomst si quid comperit *Vahlenus Hermae vol. X (a. 1875) p. 460.* salua mist *vel* saluos sum quia *Schoellius Anal. Pl. p. 29.* saluomst signum: nil perit *ipse ibidem p. 79* 208. introredi *B.* intro redi *D* examinatus *J* 209. adte *BJ* siquid *D* hebeo *D* graciam *J* 210.]so *J* Quęso *B.* Queso *D* 211. *Pers. om. Z: corr. Scutarius* nequid *BDJ* quod mi haud *Seyffertus Stud. Pl. p. 4.* quod mihi non *libri.* quod non *Guyetus. Reizius* lubeat loqui *Camerarius* Dum quidem ne quod perconteris mihi non lubeat proloqui *Wagnerus*[1] *adn.*

MEGADORVS
Díc mihi, quali me árbitrare génere prognatúm?
EVCLIO
Bono.
MEGADORVS
Quíd fide?
EVCLIO
Boná.
MEGADORVS
Quid factis?
EVCLIO
Néque malis neque ínprobis.
MEGADORVS
Aétatem meam scís?
EVCLIO
Scio esse grándem item ut pecúniam.
MEGADORVS
Cérte edepol equidém te ciuem síne mala omni málitia
Sémper sum arbitrátus et nunc árbitror.
EVCLIO
Aurum huíc olet.
Quíd nunc me uis?
MEGADORVS
Quóniam tu me et égo te qualis sís scio:
Quaé res recte uórtat mihique tíbique tuaeque fíliae,
Fíliam tuám mi uxorem pósco: promitte hóc fore.
EVCLIO
Heía, Megadore, haúd decorum fácinus tuis factís facis,
Vt inopem atque innóxium abs te atque ábs tuis me inrídeas.

---

213. *Nonius p. 454, 30: (Praecedit testimonium ad v. 215)* Adeo ut improbum postposuerit *(ita Quich.,* proposuerit *vulgo)* malo, quod leuius putatur in eadem: 'Quid factis . . . . . inprobis' 215. *Nonius p. 454, 27:* Malitiam ueteres ut dolum mediam ponendam esse duxerunt, quasi sit et bona. Plautus in Aulularia: 'Certe . . . . . malitia'

---

212. michi *J* 213. factis *(c s. v.) D* improbis *BDJ, Nonius* 214. itidem *JFZ* 215. acerto *Nonius* sine omni mala etiam malitia *Z* malicia *BDJ* 216. sum ratus *Z* 217. meuis *D* tume *B* 218. Quę *BDJ* uertat *BD* michique *J* tuęque *D.* tuęquę *J* filię *BJ.* familiae *Bentleius* 219. mihi *BDJ* 220. *Meg. pers. praem. Z: corr. Pius* Ei *J* 221. abste *BDJ* abstuis *DJ.* abstu////is *(t eras.) B* inrideas *ex* irrideas *D.* irrideas *J*

Nám de te neque ré neque uerbis mérui, ut faceres quód facis.

MEGADORVS

Néque edepol ego té derisum uénio neque derídeo:
Néque dignum arbitrór.

EVCLIO

Cur igitur póscis meam gnatám tibi?

MEGADORVS

Vt propter me tíbi sit melius míhique propter te ét tuos.

EVCLIO

Vénit hoc mi, Megadóre, in mentem, téd esse hominem díuitem,
Fáctiosum me aútem esse hominem paúperum paupérrumum.
Núnc si filiám locassim meám tibi, in mentém uenit,
Té bouem esse et me ésse asellum: ubi técum coniunctús siem,
Vbi onus nequeam férre pariter, iáceam ego asinus ín luto:
Tú me bos magis haúd respicias, gnátus quasi numquám siem.
Ét te utar iníquiore et méus med ordo inrídeat.
Neútrubi habeam stábile stabulum, sí quid diuortí fuat.
Ásini mordicús me scindant, bóues incursent córnibus.

---

233. *Osbernus p. 621:* Componitur etiam alterutrum . . . . . et inde neutrubi . . . . . Plautus: 'Neutrubi . . . . . stabulum' 234. *Nonius p. 139, 31:* Mordicitus *(ita Scioppius:* mordicibus *libri)* et mordicus pro morsu, morsibus. Plautus Aulularia: 'Asini . . . . . cornibus' *Cf. Osbernus p. 338*

---

222. dete *B* uti *DJF'Z: corr. Pylades* 223. egote *DJ* ueni *Wagnerus*[1] *coll. Trin. v. 448: eodem iure scribes* aduenio deridero *J* 225. michique *J* 226. in m[*J* mihi *BD.* michi *J* inmentem *BD* in mentem Megadore *Z* ted *Acidalius, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 42.* te *libri* homonem *Spengelius T. Mucc. Pl. p. 229* 227. me autem *Briscius Nov. Annal. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* me item *libri.* item me *Scaliger* pauperrimum *libri* 228. 'tibi 'meam *D* 229. me asellum *Langiani, unde* med asellum *Bothius* tecum ubi *Engerus de pros. p. X* 230. honus *BDJ* portare *Z* inluto *BD* 231. magis *s. v. D* haud magis *Z et editorum plerique* respicis *D* numquam *ex* nunquam *D* 232. meus med ordo *Acidalius: cf. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 36 et Opusc. phil. vol. II p. 131.* meus me ordo *libri.* me meus ordo *Lomanus Spec. crit. p. 21, Muellerus Pros. Pl. p. 278, alii.* ordo meus me *idem Muellerus ibidem* irrideat *BJ.* irrideant *D* 233. Ne ut rubi *B.* Ne ut rubi *D.* neutrobi *J* habeo *Osbernus* diuorti *F, Pius.* deuorti *BDJZ* 234. mordicus me *Bentleius, Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 248 et Proleg. p. 151.* me mordicus *libri.* me mordicibus

Hóc magnumst periclum, ab asinis ád boues transcéndere.

MEGADORVS

Quam ád probos propínquitate próxume te adiúnxeris,
Tam óptumumst: tu cóndicionem hanc áccipe: auscultá mihi
Átque eam mihi despónde.

EVCLIO

At nihil est dótis quod dem.

MEGADORVS

Né duas.
Dúm modo moráta recte uéniat, dotatást satis.

EVCLIO

Eó dico, ne mé thensauros répperisse cénseas.

MEGADORVS

Nóui: ne doceás. desponde.

EVCLIO

Fíat: sed pro Iúppiter,
Num égo disperii?

MEGADORVS

Quíd tibist?

EVCLIO

Quid crépuit quasi ferrúm modo?
Nímirum occidór nisi ego intro huc própere propero cúrrere.

---

237. *Nonius p. 240, 11:* Accipere admittere. Plautus in Aulularia: 'Optumumst . . . . . accipe' 239. *Nonius p. 434, 1:* Morata, quod est morigera . . . . . Plautus Aulularia: 'Dum modo . . . . . satis'

---

cod. Nonii. me mordicitus *Gruterus: cf. Ritschelius l. s. s.* incursent *ex* incursant *J* 235. magnum est *libri* ab asinis *Camerarius. Bentleius.* me abasinis *BJ.* me ab asinis *D.* ab asinis me *Meursius, Guyetus, Ritschelius Prol. p. 151* adbones *BJ* 236. adprobos *J* proxime *BD* 237. optimum est *BDJ.* optumus *Nonius* conditionem *B, Nonius* michi *J In marg.* ꝑ dederis D^2, *quod ad v. 238 spectat* 238. mihi desponde *Harius.* desponde mihi *(michi J) libri.* desponde mi *Bothius.* desponde *Pareus* nil *J.* nichil J^2 quidem *JFZ* Neduas *BD. idem ut vid. J* 239. dotata est *libri, Nonius* 240. Eo////dic/one me *(punct. post* e *rubr.) B.* Eodico ne me *D.* Eodico neme *J* thesauros *BJ.* thesaurum *Z* 241. Nouine doceas *BD.* Noui nedoceas *J.* 242. Non *Z:* Nunc *Muellerus Pros. Pl. p. 305* tibi ẽ *libri.* est *Weisius (simul cum* non*)* Quid *ex* Quod *rubricator B.* Quod *Ussingius (deleto interrog. signo)* 243. *Versum huc retraxit qui est in libris 393 Ritschelius*

MEGADORVS

Híc apud me hortúm confodere iússi. sed ubi hic ést homo?
Ábiit neque me cértiorem fécit: fastidít mei.
Quía uidet me súam amicitiam uélle, more hominúm facit.
Nám si opulentus ít petitum paúperioris grátiam,
Paúper metuit cóngrediri. pér metum male rém gerit.
Ídem quando occásio illaec périit, post serô cupit.

EVCLIO

Si hércle ego te non élinguandam dédero usque ab radícibus,
Ínpero atque auctór sum, ut tu me quoí uis castrandúm loces.

MEGADORVS

Vídeo hercle ego ted árbitrari me, Eúclio, hominem idóneum,
Quém senecta aetáte ludos fácias, haud meritó meo.

EVCLIO

Néque edepol, Megadóre, facio néque, si cupiam, cópiast.

MEGADORVS

Quíd nunc? etiam míhi despondes fíliam?

EVCLIO

Illis légibus,

---

245. *Nonius p. 496, 15:* Genitiuus casus positus pro accusatiuo . . . . . Plautus Aululariа: 'Abiit . . . . . mei'

Prol. p. 130: delent Ussingius et Langenus p. 136: Plautinae certe vix est aetatis propere *(sup.* re *m. rec.* o*) D. om. JFZ, unde profectus Bentleius ad Heaut. I 1, 20 senarium restituit* 244. hortum *(*r *e corr.) D.* hortum *(*h *add. m. 2) J* confodire *Scaliger, Bothius* hic est *FZ.* hinc est *BDJ.* hinc eit *Gruterus. Fleckeisenus Ex. cr. p. 9: at cf. Noc. Annal. vol. 61 (a. 1851) p. 25 et Kochius ibidem vol. 107 (a. 1873) p. 840* 245. neque *J* me *om. nonnulli codd. Nonii* 247. opulentus it *ex* opulentu sit *B.* opulento sit *JFZ: corr. Hermolaus* pauperiores *(add. s.* es *m. 2* i*) J* graciam *J* 248. congrediri *Acidalius. Scaliger.* congredi *libri* 249. occasio illaec *Harius. Bothius.* illaec occasio *B.* illęc occasio *JFZ.* illex occansio *D* periit *Pylades.* perit *BDJFZ* fero *D* 250. abradicibus *B* 251. Inpero atque auctor sum *ego.* Impero auctorque sum *libri.* Impero, auctor sum *Wagnerus*[2]. Imperoque auctorque sum *Bothius.* Auctor sum imperoque *Goellerus.* Impero auctorque ego sum *Guyetus* tu *s. v. B*[2]*: om. DJFZ* cuiuis *DJ.* cui *(ras. s.* cui*:* uis *add. m. 2) B* quoiuis homini *Wagnerus* 252. ego hercle *Muellerus Pros. Pl. p. 547* ted arbitrari me *Bothius.* te me arbitrari *JZ.* te ///// arbitrari *D.* me arbitrari *B.* me arbitraris *Muellerus l. s. s.* med arbitraris *Franckenus* ydoneum *D* 253. senecta *ex* senecte *D* merito merito *D* 254. ędepol *B* copia est *BDJ* 255. Quid nunc? *sic interpunxit Acidalius* michi *J.* mihi *s. v. D*

Cúm illa dote quám tibi dixi.

MEGADORVS

Spónden ergo?

EVCLIO

Spóndeo.

MEGADORVS

Dí bene uortant.

EVCLIO

Íta di faxint: íllud facito ut mémineris
Cónuenisse, ut né quid dotis mea ád te adferret fília.

MEGADORVS

Mémini.

EVCLIO

At scio quo nós soleatis pácto perplexárier:
Páctum non pactúmst, non pactum páctumst, quod uobís lubet.

MEGADORVS

Núlla controuérsia mihi técum erit: sed núptias
Hódie quin faciámus num quae caúsast?

EVCLIO

Immo hercle óptuma.

MEGADORVS

Íbo igitur, parábo. numquid mé uis?

EVCLIO

Festina ét uale.

---

256. illa *in ras. B* 257. *Euclioni dant libri: corr. Angelius* Di *Pylades.* Istuc di *libri* (dii *J*) uertant *BDJ* Ita di (dii *J*) *(quod Meg. dant libri: corr. Angelius) del. Guyetus, quem contra cf. Langenus Mus. Rhen. vol. XII (a. 1857) p. 431 et Seyffertus Stud. Pl. p. 2* Euclio. Illud *libri: corr. Angelius* scito *B.* facito *s. v. B*^{2} . illud memineris *Wagnerus*^{1}. *Reizius: at cf. Seyffertus l. s. s.* 258. nequid *BDJ* dotis *(s s. v.) J* adte *BJ* afferret *B.* afferat *JFZ.* auferret *D* 259. uos quo *Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 260* pacto soleatis *Z* perplexarier *(l s. v.) B* 260. pactum est *bis BDJ* quod *esse* quoad *plerique putant.* quoad *Franckenus.* quom *Muellerus Add. Pros. Pl. p. 33* 261. michi *J* 262. num quę causa ẽ *B.* numquae causa ẽ *(ae ex* a*) D.* numquae causa ẽ *J.* numquae causa *Harius* immo hercle *Brixius Nov. Annal. vol. 91 (a. 1865) p. 57: cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 4* immo edepol *(ędepol B) libri* immo *vel* edepol *omitti posse censet Ussingius* optume *F, Brixius l. s. s.* 263. meuis *corr. in* uis me *litteris* a b *positis B.* uis me *Reizius. Ussingius.* uis *Guyetus* Festina et *ego.* Istuc fiet *(siet J) libri.* Eu. Istuc. Meg. Fiet: uale *Acidalius.* Eu. Istuc. Meg. Sic uale *Wagnerus*^{2}. Eu. Istuc.: i et *Muellerus Pros. Pl. p. 550.* Eu. Stuc. Meg. Fiet *Brandtius de gen. p. 10 secutus Wagnerum*^{1}

MEGADORVS

Heús, Strobile, séquere propere me ád macellum strénue.

EVCLIO

Íllic hinc abiit. di ínmortales, óbsecro, aurum quíd ualet.
Crédo ego illum iam inaúdiuisse míhi esse thensaurúm domi:
Íd inhiat, ea affínitatem hanc óbstinauit grátia.

EVCLIO. STAPHYLA

EVCLIO

Vbi tu's quae debláterauisti iám uicinis ómnibus
Meaé me filiaé daturum dótem? heus, Staphyla, té uoco.
Écquid audis? uáscula intus púre propera atque élue.
Fíliam despóndi ego: hodie huic núptum Megadoró dabo.

STAPHYLA

Dí bene uortant: uérum ecastor nón potest: subitúmst nimis.

---

266. 267. *Nonius p. 500, 30:* Accusatiuus pro datiuo . . . . . Plautus in Aulularia: 'Credo . . . . . inhiat' 268. *Nonius p. 44. 12:* Blatis et blateras . . . . . Plautus . . . . in Aulularia: 'Vbi . . . . . omnibus' *Osbernus p. 68:* Componitur . . . . . deblatero . . . . . unde Plautus in Aularia: 'Deblaterasti . . . . . omnibus' *Cf. Fest. Pauli p. 34*

264. He///us *B* sacquere *D* *Post* propere *rasura, in qua* macellum *videtur scriptum fuisse B* admacellum *B* strennue *B.* strenuae *D* 265. Illinc *D* habiit *D* dii *J* immortales *BDJ* qd *D* 266. inaudiuisse *Lambinus e Nonio.* inaudisse *BDJFZ.* indaudisse *Goellerus* michi *J* thesaurum *BJ, Nonius* domum *JFZ: corr. Pius* 267. *Extrema versus pars* (nauit grā) *in eadem cum titulo insequentis scaenae linea B* affinetatem *J* *Post h. v. Wagnerus fere talia intercidisse putat:* Certe anus huic indicium fecit: iam illanc euocauero

Actus II Sc. 3 EVCLIO SENEX. STAPHILA ANVS. *BJ. om. D sine spatio* 268. bi *(u in marg.) D* tues *BD.* tu es *J. Nonius* que *B* que *J* deblateraui*sti F, Guyetus.* deblatrauisti *J.* deblattauisti *BD.* deblaterasti *Z. Nonius.* deblaterasti id *Osbernus* 269. Meę me *D.* Maeae me *B.* Me meae *JFZ* filię *J* staphyla te *ex* saphylatę *B.* staphila te *DJ* uolo *Gulielmius* 270. Ec quid *B* pure *(purae D) libri.* pura *Palmerius et Acidalius.* purga *Camerarius, Franckenus.* prome *Guyetus: at cf. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 59* alue *D* 271. ego: hodie *Z.* hodie ego *libri* nuptum huic *Pareus* megadoro *(o ult. ex* e*) D* 272. Dii *J* subitum est *BDJ*

EVCLIO

Tácc atque abi: curáta fác sint quom á foro redeám domum,
Átque aedis occlúde: iam ego hic ádero.

STAPHYLA

Quid ego núnc agam?
Núnc nobis prope adést exitium, mi átque erili fíliae.
Núnc probrum atque pártitudo própe adest, ut fiát palam.
Quód celatum atque óccultatumst úsque adhuc, nunc nón potest.
Íbo intro, ut erus quae ínperauit, fácta quom ueniát sient.
Nám ecastor malúm maerorem métuo, ne inmixtím bibam.

STROBILVS. ANTHRAX. CONGRIO

STROBILVS

Posquam óbsonauit érus et conduxít coquos
Tibícinasque hasce ápud forum, edixít mihi,
Vt díspertirem obsónium hic bifáriam.

276. *Nonius p. 217, 28:* Partitudo et partio feminini. Plautus Aulularia . . . . . idem in eadem: 'Nunc probrum . . . . . adest'

273. Tace tu atque abi *Reizius, Franckenus* abi et *D* cum *BDJ* aforo *BJ* 274. aedis occlude *Guyetus.* occlude aedis *BD.* occlude aedes *JFZ* occludito *Spengelius T. Macc. Pl. p. 223 cum Bothio.* audi, occlude aedis *Kochius Nov. Annal. vol. 107 (a. 1873) p. 840* ego *om. D* 275. exicium *J* mihi *BDJ* herili *J* 276. Nam *JFZ, Ussingius: fort. recte* abest *Dousa* fiat *(a s. v.) D* 277. occultatum est *BDJ* 278. herus *J* quę *BDJ* imperauit *BDJ* cum *BDJ* ueniet *F, Reizius, Wagnerus* 279. *Vers. inducit Guyetus* malum meracum *Scioppius* merorem *BDJ* malam mero rem *Scaliger* maerore *Gronovius* inmixtim *Gruterus.* minixtum *B et D, ubi in marg.* uellene mixtum *exstat.* mixtum *JFZ.* inmixtum *idem Gruterus* *Act. II Sc. 4* STRI*(O s. v.)*BOLVS SERVVS · ARETHIAX · GONGRIO · COCI · PHRVSIV · EXFLESIV · TIBICINE · II · SENEX *B.* STROBILVS SERVVS · ARTRAX CONGRIO COCI *J: om. D spatio relicto* *De nominibus tibicinarum cf. v. 333* *Personas distribui codicum vestigia (cf. superscriptio et v. 323) accuratius secutus: versum 288 dividi posse inter duo nego. Cocus librorum est Anthrax, Congrio suo nomine notatur* 280. Posquam *B.* Postquam *(ostquam c. spat. D) DJ* herus *J* cocus *J* 281. Tibicenasque *BD* 282. dispertirem omnia haec bifariam *vel* dispertirem absque inuidia haec bifariam *Ussingius.* dispertirem obsonium et hos bifariam *Guyetus* *Post h. v. lacunam indicat Acidalius* *V. 283—289 tractat aliter ex parte Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 434*

ANTHRAX
Me quídem hercle hic hodie tám palam non díuides.
Si quó tu totum me íre uis, operám dabo.
CONGRIO
Bellum ét pudicum uéro prostibulúm popli.
Pol sí quis uellet téd, haud nolles díuidi.
STROBILVS
Atqui égo istuc, Anthrax, áliouorsum díxeram,
Non ístuc quo tu insímulas: sed erus núptias
Meus hódie faciet.
ANTHRAX
Quóius ducit fíliam?
STROBILVS
Vicíni huius Euclióuis hinc e próxumo.
Ei ádeo obsoni hinc dímidium iussít dari,
Cocum álterum itidemque álteram tibícinam.

287. Aliouorsum *hinc excerpsit auctor glossarii Plautini: cf. Ritschelius Op. phil. II p. 243* 291. *Gellius N. A. III 14, 15 de 'dimidius' agens:* Item in Aululari a 'dimidium obsoni' non 'dimidiatum' obsonium, in hoc uersu: 'Ei adeo . . . . . dari'

283. *Anthr. pers. praefigit Acidalius: Coci libri, Congrionis Scutarius. Wagnerus* Mequidem *B.* Me tu quidem *Camerarius.* Tu me quidem *Mahlerus l. s. s. p. 19.* Me nunc quidem *Franckenus* hic hodie tam palam *Muellerus Pros. Pl. p. 318.* dicam palam *libri.* hic tam palam *Lipsius.* uiuom palam *Mahlerus l. s. s.* edicam palam *Seyffertus l. s. s.* dicam propalam *Bothius: cf. Acta soc. phil. Lips. vol. VI p. 237.* tibi dicam palam *Vssingius, ut alios taceam* De diuidendi *verbo cf. Cicero ad Fam. IX 22, 4* 284. Si quoi totum me rei uis *Lipsius* 285. *Congrioni versum dat Bothius: Strobilo libri: Anthraci Z, Wagnerus* popli *ex* popli *rubricator B* 286. *Vers. exp. Guyetus* Pol *Brixius Nov. Annal. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* Post *libri* siquis *DJ* téd, haud nolles *Ritschelius Op. phil. vol. II p. 250 (cf. Wagnerus²):* te haud non uelles *libri.* te haud neuelles *Goellerus.* te, haud nunc uelles *Acidalius* diuum *JFZ: corr. Scutarius Interrogationem esse negat Seyffertus l. s. s.: cf. eiusdem Stud. Pl. p. 17* 287. *Strobilo dat (vel potius continuat) Camerarius.* Coc. *praemittunt BDFZ: Congrioni tribuit Scutarius* Atqui *Pylades.* Atque *libri* ego *om. D* antrax alio uorsum *DJ.* antraxalio uorsum *B.* alio uorsum *defendit Ritschelius Op. phil. vol. II p. 243* 288. *Strob. pers. praem. BD* Nunc *J* quo *Bothius.* quod *libri* Strob. Sed *Z.* Sed *J* herus *J* 289. *Anthraci dedi, quae Coco libri, Congrioni editiones vulgo tribuunt* Cuius *libri* 290. hinc e proxumo *Pylades, Reizius, Kampmannus de 'Ex' praep. p. 12.* eproximo *BDJ.* senis e proxumo *Camerarius, Dousa* 291.]deo *J* obsonii *BDJ* hic iussit dimidium dari *Gellius* 292. ut idemque *J*

ANTHRAX

Nempe húc dimidium dícis, dimidiúm domum?

STROBILVS

Nempe sícut dicis.

ANTHRAX

Quíd? hic non poterat dé suo
Senex óbsonari fíliai núptiis?

STROBILVS

Vah.

ANTHRAX

Quíd negotist?

STROBILVS

Quíd negoti sít rogas?
Puméx non aequest áridus, quam hic ést senex.

ANTHRAX

Ain tándem?

STROBILVS

Itast ut díxi. tute exístuma:
Quin díuom atque hominum clámat continuó fidem,
Suam rém perisse séque eradicárier,

297. *Nescio an huc spectet Servius ad Aen. XII 587, ubi Plautum* pumex *masculino genere dixisse affirmat: cf. Fleckeisenus loco infra allato*

293. *Anthr. pers. Pylades praefixit: Coci libri: Congrionis Pareus* huc *Guyetus.* huic *BDFZ.* hinc *J* ducis *JFZ, Camerarius* domum *Acidalius.* domi *libri Idem Acidalius totum v. licentius tractat* 294. Anthr. *Z:* Cocus *BDJ:* Congrio *inde a Pareo* Quid? Hic *interp. Acidalius* de] ñ *(s. v.* de*) D* desuo *BJ* 295. filiai nuptiis *Scaliger, Lachmannus ad Lucr. p. 161.* filiae innuptiis *B.* filiae in nuptiis *DFZ.* filiae nuptias *J:* filiai in n. *Camerarius, Reizius* 296. Anthr. *Z:* Coc. *libri.* Congr. *inde a Pareo* negotii est *DJ.* negotii ////////////// est *(*sit rogas *ut vid. erasum antequam* Strobilus *scriberetur) B* negotii *BDJ* 297. aeque est *D.* eque est *BJ* ardus *Seyffertus Stud. Pl. p. 6* quam *Fleckeisenus Nov. Annal. vol. 95 (a. 1867) p. 630: cf. Fuhrmannus ibidem 97 (a. 1868) p. 842.* atque *libri* 298. *Vers. exp. Franckenus* Anthr. *Z:* Cocus *BD.* Congrio *vulgo* tandem? ita esse ut dicis *JFZ.* tandem? ita est ut dicis? *Acidalius* Itast ut dixi *ego.* Ita esse ut dicis *B.* Ita esse ut dicas *D.* Ita esse ut dixi *Wagnerus*^{2}. Ita esse ut dico *Ussingius* tute ex. *Strobilo dant JFZ: Coco BD* existima *BDJ* 299. 300. *Ita collocavit Gulielmius: inverso ordine libri* 299. diuum *libri Post* clamat *eras.* fi *B* 300. eradiciarier *D*

De suó tigillo fúmus si qua exít foras.
Quin quom ít dormitum, fóllem obstringit ób gulam.

ANTHRAX

Cur?

STROBILVS

Né quid animae fórte amittat dórmiens.

ANTHRAX

Etiámne obturat ínferiorem gútturem,
Ibi né quid animae fórte amittat dórmiens?

STROBILVS

Sic míhi te ut tibi med aéquomst credo crédere.

ANTHRAX

Immo équidem credo.

STROBILVS

At scin etiam quómodo?
Aquam hércle plorat, quóm lauat, profúndere.

301. *Nonius p. 134, 10:* Ligellum, tuguriolum, domicilium breue. Plautus Aulularia: 'Tuo . . . . . foras' 303. *Nonius p. 234, 10:* Anima, uentus . . . . . Plautus Aulularia: 'Ne- . . . . . dormiens' 304. 305. *Priscianus inst. V, 20 (I p. 155 H.):* Alia uero nomina . . . . . neutra sunt; murmur guttur quod etiam masculino genere protulit Plautus in Aulularia: 'Etiamne . . . . . dormiens' *Nonius p. 207, 20:* Guttur . . . . . masculini . . . . . Plautus Aulularia 'Etiamne . . . . . gutturem'. *Cf. p. 234, 10*

301. Desuo *B* tuo ligello *Nonius.* suo ligillo *Pius, Franckenus* fumus *(us e corr.) D* siqua *DJ* fuistiqua exis *cod. Nonii* 302. cum *BDJ* obstrinxit *JFZ: corr. Pylades* obgulam *BJ.* ////obgulam *D* 303. Anthr. *Z:* Cocus *libri.* Congrio *inde a Pareo* Nequid *BDJ* animę *BDJ* forte *om. JFZ, Nonius* emittat *Nonius* 304. *De pers. cf. v. 303* Etiam ne *DJ* opturat *J.* obdurat *codd. Prisc. pars* guttorem *aliquot codd. Prisciani* 305. Ibi ne quid *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 48: cf. Op. phil. vol. III p. 123.* Nequid *BDJFZ.* Cur? Strob. Ne quid *Wagnerus.* Sibi ne quid *Lambinus.* Tum ne quid *Camerarius* animę *BJFZ.* anima *Priscianus.* animai *Gruterus, Scaliger.* ea quid animae *Gertzius.* animae illac *Guyetus* amittat *ex* e mittat *D* *Ceterum v. del. Bothius* 306. Sic *Ussingius.* Nęc *B.* Hęc *JFZ.* Haec *D.* Hoc *Ritschelius Nor. exc. Pl. p. 48* mihi te ut tibi me *(med Scaliger) libri: idem Ritschelius l. s. s., sed ut* tibi me ut mihi ted *praeferat.* sic tibi me ut mihi te *Muellerus Pros. Pl. p. 643.* mihi ted ut tibi med *Bothius* aequum est *B.* ęquum est *DJ.* aequom esse *Muellerus l. s. s. (omisso* sic*)* credo credere *Pylades.* credere credo *libri.* credere *Camerarius* Haec ut mihi te tibi me est aequom credere *duce Acidalio Muhlerus p. 48 Licentius v. tractat Acidalius* 307. *De pers. cf. v. 303* tibi credo *Muellerus Pros. Pl. p. 643* aetiam *D* Cocus. Quid modo *Acidalius.* 308. cum

ANTHRAX

Censén talentum mágnum exorarí pote
Ab istóc sene, ut det quí fiamus líberi?

STROBILVS

Famem hércle utendam, sí roges, numquám dabit.
Quin quom ípsi pridem tónsor unguis démpserat,
Collégit, omnia ábstulit praeségmina.

ANTHRAX

Edepól mortalem párce parcum praédicas.
Censén uero adeo eum párcum et miserum uíuere?

STROBILVS

Pulméntum pridem eí deripuit míluos:
Homo ád praetorem plórabundus déuenit:

312. 313. *Nonius p. 151, 30:* Praesegmina proprie Plautus in Aulularia ea dici uoluit quae unguibus eminulis praesecantur: 'Quin ..... praesegmina' *Idem p. 273, 28:* Colligere, auferre ..... 'Quin ..... praesegmina' *De glossis quas probabile est huc spectare cf. Loewii Prodr. p. 259* 313. *Osbernus p. 530:* Praesecmen ..... Plautus: 'Abstulit praesecmina et corrasit omnia' 316. 317. *Osbernus p. 465:* Plorabundus ..... unde Plautus: 'Pulmentum ..... deuenit' 317. *Nonius p. 509, 4:* Deplorabundus pro deplorans. Plautus in Aulularia: 'Homo ..... deuenit'

la[*J* plorat hercle *B* cum *BD* 309. *De pers. cf. v. 303* pote *Kampmannus de 'Ab' p. 19.* potest *libri.* potis *Bothius* 310. det *e corr. D* 311. Famē//// *B* 312. Quin quom *Seyffertus Philol. vol. 25 (a. 1866) p. 442.* Quin *BDFZ, Nonius.* Qui *J* ipsi *om. J* ungues *J, Nonius loco priore* *Ante* depresserat *(sic!) spat. J* deserat *Nonius priore loco* 313. prẹsegmina *BJ* 314. Anthr. *Z:* Cocus *libri.* Congrio *inde a Pareo* prẹdicas *J* 315. *Versum excludit Franckenus, Anthraci (vel potius 'Coco') continuat Camerarius, Strobilo dant libri, quod defendit Ussingius: Weisius et Langenus p. 141 cum aliis v. 314 et 315 inter duo cocos distribuunt* eum parcum et miserum *scripsi.* ēē parcum et misere *(*misere *ras. ex* miserere *B,* misere//// *D) libri.* eum parce et misere *Spengelius Plaut. p. 83 Bothium ex parte secutus.* parcum et miserum *Seyffertus Stud. Pl. p. 9 Studemundo duce* *Licentius versum tractat Muellerus Pros. Pl. p. 300 (*Ain uero usque adeo parce *vel* Ain uero eum adeo parce*)* 316. Cocus *praem. B* pridem *om. Osbernus* ei deripuit *dubitanter scripsi cum Gulielmio.* ei eripuit *DFZ.* ei eripui *J.* ei ripuit *(*e *add. s.* r *m 2) B.* eripuit ei *Reizius, Wagnerus.* eidem eripuit *Camerarius: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 488 et Add. p. 72* miluus *libri* 317. homo et praetorem *Osbernus* ad ꝑtorem *B.* adꝑtorem *J* plorandus deuenit *B.* uenit deplorabundus *Nonius, unde* deplorabundus uenit *Hermolaus.* plorabundus aduenit *Osbernus*

Infít ibi postuláre, plorans, éiulans,
Vt síbi liceret míluom uadárier.
Sescénta sunt quae mémorem, si sit ótium.
Sed utér uostrorumst célerior? memorá mihi.

ANTHRAX

Ego, et múlto melior.

STROBILVS

Cócum ego, non furém rogo.

ANTHRAX

Cocum érgo dico.

STROBILVS

Quíd tu ais?

CONGRIO

Sic sum, út uides.

ANTHRAX

Cocus ílle nundinálist, in nonúm diem
Solet íre coctum.

CONGRIO

Tún trium litterárum homo
Me uítuperas?

---

324. 325. *Festus p. 173 M.:* Nundinalem cocum Plau[tus dixit in Aulularia: 'Cocus ille nun]dinale est [in nonum diem solet ire coctum'; hic ab aliis] nouendial[is appellatur et cocum uiliorem sig]nificat quem [tenuiores conducebant ut in nonum diem coque]ret 325. *Nonius p. 509, 10:* Coctum pro ad coquendum. Plautus in Aulularia: 'Solet . . . . coctum' *Seruius ad Ecl. III, 16:* Furta . . . seruorum sunt. Sic Plautus de seruo: 'Homo es trium litterarum' i. e. fur

---

318. sibi *J* plorans *(s ex t m. rec.) D.* pipans *Loewius Anal. Pl. p. 208* eiulans *(n s. v.) B* 319. miluum *libri* 320. Sescenta *(Sexcenta corr. m. rec.) D.* Sexcenta *J* quę *BJ* ocium *J* 321. uestrorum est *BJ.* ūrorum est *D* mei mora *D.* memori *JF'* michi *J* 322—326. *Pers. distrib. dubitationi est obnoxia* 322. Anthr. *Pyladcs.* Congrio *BJZ: om. D* Ego et *Muellerus Pros. Pl. p. 374.* Ego ut *libri.* Ego *Scaliger, Guyetus* 323. Anthr. *Z.* Cocus *BJ: om. D.* Congrio *inde ab Acidalio* ergo *Acidalius.* ego *libri.* me ego *Reizius.* ergo ego *Spengelius Plaut. p. 231* Anthr. Sic *Scaliger* 324. Anthr. *Angelius.* Strobilus *libri.* Congrio *inde ab Acidalio* nundinalis est *B.* nundinale est *Festus.* nundinatlis est *ut vid. D.* mundinalis est *J* *Ante* in *spat. D* 325. Anthrax. Tun *Acidalius Cf. testim. Servii* Tun *ex* Tum *B.* Tum *D.* Tu *JFZ* littrarum *Luchsius Studemundi Stud. vol. 1 p. 58: cf. Brugmanus p. 21* 326. Anthr. Fur? etiam *Bothius (person. recte posuit Angelius).* fur. Strobilus. Etiam *BJF: idem nisi quod pro Strobili nomine spatium D.* me.

ANTHRAX

Fur, étiam fur trifúrcifer.

STROBILVS

Tace núnciam tu: atque ágnum hinc uter est pínguior

ANTHRAX

* * * * * * * * * licet.

STROBILVS

Tu Cóngrio

Eum súme atque abi intro illo, ét uos illum séquimini:
Vos céteri ite huc ád nos.

ANTHRAX

Hercle iniúria 330

Dispértiuisti: pínguiorem agnum ísti habent.

STROBILVS

At núnc tibi dabitur pínguior tibícina.
I sáne cum illo, Phrúgia: tu autem, Eleúsium,
Huc íntro abi ad nos.

---

326. *Osbernus p. 219:* Furca componitur hic furcifer . . . . . unde Plautus: 'An tu furcifer herum nos fugitare. Etiam fur trifurcifer' *ubi priora verba ad Asin. v. 485 spectant* 332. *Philargyrius ad Verg. Georg. II 193:* Pinguis. Plautus in Aulularia: 'Tibi . . . . . tibicina' quae propter assidua sacrificia pinguescit

---

Strob. etiam *Z.* me. Strob. Quin tu etiam *Pylades* *Totum vers. eidem tribuit personae Acidalius*

Act. II Sc. 5 *Scaenam esse cum anteced. coniungendam bene vidit Taubmannus: coniunxit primus (cum F) Bruncknius:* STROBILVS SERVVS. GONGRIO (CONGRIO *J*) COCVS *BJ.* *om. spatio relicto D* 327. ace *c. spat. D* nunc iam *BDJ* hunc *JF.* horum *Z* uter *ex* inter *ras. B* 328. *Versum lacunosum exhibet cum lacuna D. In J 328 et 329 conexi sunt: in B verba* eum sume *versui 328 adhaerent, unde* eum sume actutum tibi *Camerarius* Liquet *Meursius.* Hic est *Acidalius* Eum cápe Anthr. Licet. Strob. Tu, Congrio, eum sume alterum *Ussingius* *Ceterum in BJ* Cocus *praefigitur: in D (ubi* licet *in med. v. exstat) pers. incerta* 329. *Cf. v. 328* illo *ego.* illuc *libri* intro abi illuc *Camerarius: cf. v. 328* eum *JZ* sequimuni *D* 330. ite huc *Kochius Nov. Annal. vol. 107 (a. 1873) p. 840. Luchsius Hermae vol. VIII (a. 1873) p. 110.* illuc *libri* *Post* nos *eras.* hercle iniuria *B* *Coco (i. e. Anthraci) dant BJ, Acidalius: pers. om. D: Congrioni trib. Z* hercle iniuria *scripsit* B^2 331. pingul(l *e corr.*)orem *B.* pingulorem *D* *Ante* isti *maius spat. D* 332. Atnunc (n *1 e corr.*) *D* At tibi nunc *Kochius Nov. Annal. vol. 107 (a. 1873) p. 840* dabitur tibi *B* pingulor *BD* 333. Isane *J* frugia (phru *s. v.*) *D* *Ante* tuautem *maius spat. D* eleusum (*s.* um *m. 2 scripsit* v) *B* 334. ostrobile *BJ*

CONGRIO
Ó Strobile súbdole,
Hucíne detrusti me ád senem parcíssumum?
Vbi sí quid poscam usque ád rauim poscám prius
Quam quícquam detur.

STROBILVS
Stúltus et sine grátia's.
[Tibi récte facere, quándo quod faciás perit.]

CONGRIO
Qui uéro?

STROBILVS
Rogitas? iám principio in aédibus
Turba ístic nulla tíbi erit: si qui utí uoles,
Domo ábs te adferto, ne óperam perdas póscere.
Hic aútem apud nos mágna turba ac fámiliast,
Supéllex, aurum, uéstis, uasa argéntea:
Ibi sí perierit quíppiam, (quod té scio
Facile ábstinere pósse, si nihil óbuiamst)

336. *Nonius p. 164, 15:* Rauis est raucitas. Plautus Aulularia: 'Vbi . . . . . prius' *Idem p. 374, 10:* Poscere significat petere . . . . . Plautus in Aulularia: 'Vbi . . . . . prius' *Festus p. 274 M.:* Rauim anti[. . . . .]Plautus: 'Vbi si quid pos[*Cf. idem p. 282 M., ubi* poscamus quod (= poscam usque ad) *seruatum est*

335. Huccine *BJ.* Huc cine *D* detrusti *Acidalius.* detrusisti *libri* parcissimum *libri* 336. Vt si *Nonius posteriore loco* siquid *DJ* poscamus que *Nonius (poscas altero loco).* poscamus quę *B.* poscamus quae *D.* poscamus *JF'Z. corr. Gruterus.* poscas *Camerarius* ad rauim poscam *Taubmannus.* adarauin (ad ara iun *D.* ad arram *J)* poscamus *BDJ.* at (ad *altero loco)* rauim (rabim *altero loco)* poscam *Nonius.* ad rauim poscas *Camerarius* poscam usque ad rauim prius *Brugmanus p. 33 Cf. Festi testimonia et Studemundus Hermae vol. 1 (a. 1865) p. 298* 337. gratia es *libri* Stultumst et sine gratia *Acidalius.* Stultu's et sine gratiast *Gulielmius.* Stultus es. sine gratia est *Ussingius.* Stultu's et sine gratia *Franckenus, ut alios taceam* 338. *Versum delent Weisius et Langenus p. 135* Te ibi *Acidalius.* Ibi *Gulielmius.* Piget *Kochius Nov. Annal. vol. 107 (a. 1873) p. 840. Cf. Lachmannus ad Lucr. p. 74* 339. inprincipio *B* inaedibus *BJ* 340. istic *inde a Taubmanno.* istuc *libri* si qui *Camerarius.* siquid *libri* 341. abste *BDJ* afferto *J* neopam *J* 342. autem *om. B* Hic sane *Angelius* aput *J* familia est *libri* magna familiast *(om.* autem*) Camerarius* 343. Suppe(e *s. c.)* lex *B* uestes *J* 344. perierit *F, Palatini.* periuerit *BDJ.* periit *Z De c. explicando cf. Wagnerus 'Litter. Centralblatt' a. 1877 p. 1512* 345. facere *JFZ: corr. Scutarius* obuiam est *libri*

Dicánt, coqui abstulérunt: conpreháendite,
Vincíte, uerberáte, in puteum cóndite.
Horúnc tibi istic níhil eueniet: quíppe qui
Vbi quód subrupias níhil est: sequere hac mé.

CONGRIO

Sequor.

STROBILVS. STAPHYLA. CONGRIO

STROBILVS

Heus, Stáphyla, prodi atque óstium aperi.

STAPHYLA

Quí uocat? 350

STROBILVS

Strobílus.

STAPHYLA

Quid uis?

STROBILVS

Hósce ut accipiás coquos
Tibícinamque obsóniumque in núptias.
Megadórus iussit Eúclioni haec míttere.

STAPHYLA

Cererín, Strobile, hi súnt facturi núptias?

---

354. 355. *Festus p. 364 M. (cf. Mommsenus):* Temetum uinum: Plautus in Aulularia: 'Cererin ..... uideo' *Servius ad Verg. Georg.*

346. quoqui *B.* quo qui *D* comprehendite *BJ.* comprehendite ite *ex* ere) *D* 347. Vincite (e *m. 2)* ///uerberate *B.* Vincit euerberate *D* inputeum *DJ* 348. Horunc *Bothius: cf. Studemundus Nov. Annal. col. 113 (a. 1876) p. 60:* Horum *libri* istuc *D* nichil *J* 349. quod *Faernus, Wagnerus.* quid *libri, Ussingius* subrupias *Paeus.* subripiat *BD: om. JFZ: add. Hermolaus.* surripias *Lambinus Pers. not. s. v. B: om. D*

Act. II Sc. 6 STROBILVS SERVVS · STAPHILA ANVS · COCVS · HYL · *B.* STROBILVS SERVVS STAPHILA ANVS *J. om. D spatio relicto* 350. Jam aperi *J* Heu staphyla *B.* eu/h *add. m. rec.)*staphila *D, unde* Heus taphila *man. rec.* Sta. qui uocat. Stro. *(pers. is add. m. rec.) D* 351. Jduis *J* Hosce *Angelius, Schmidtius de pron. orm. p. 38.* Hos *libri* ut *ex* ait *ras. B* 352. Jamque *J* tibicinăque *(c ex t) D* obsoniumque *(ras. s. so) D.* obsonium *JF.* t obsonium *Z* inp nuptias *B.* innuptias *D* 353. Jiussit *J* Medagorus *D* hęc *BJ* 354. Jle has *J* Cerer instrobile *B.* Cerer instrobile *D* mi Strobile *Macrobius* hi sunt facturi *Pylades ex Macrobio.* has facturi *BDJFZ.* has sunt facturi *Festus, Meursius.* haec *vel* hic sunt futurae *Muellerus Pros. Pl. p. 482*

STROBILVS

Qui?

STAPHYLA

Quía temeti níhil adlatum intéllego.

STROBILVS

At iam ádferetur, si á foro ipsus rédierit.

STAPHYLA

Ligna híc apud nos núlla sunt.

CONGRIO

Sunt ásseres?

STAPHYLA

Sunt pól.

CONGRIO

Sunt igitur lígna, ne quaerás foris.

STAPHYLA

Quid? ínpurate, quámquam Volcanó studes,
Cenaéne causa aut tuaé mercedis grátia
Nos nóstras aedis póstulas conbúrere?

CONGRIO

Haud póstulo.

STROBILVS

Duc ístos intro.

STAPHYLA

Séquimini.

I 311: Superfluum est quod quidam dicunt contra religionem dixisse Vergilium . . . . . Quod autem Plautus ait in Aulularia, cuius illi utuntur exemplo: 'Cereriu . . . . . intellego' non est huic loco contrarium *e. q. s.* *Macrobius Sat. III 11 (ex eodem cum Festo fonte):* Vinum . . . . . Cereri non libari debuit . . . uel Plautus docere qui in Aulularia ait: 'Cererin . . . . . uideo' 355. *Nonius p. 5, 10:* Temulenta dicta est ebriosa, dicta a temeto, quod est uinum quod attentet. Plautus in Aulularia: 'Quia . . . . . intellego'

Cererine nuptias facturi estis *Servius memoriter ut solet* 355.]Quia *J* Qui *om. Macrobius* temeti *(s. v.* ·i· uini *m. 2) B* allatum *libri cum testim.* intelligo *J.* uideo *Festus et Macrobius* 356.]feretur *J* Adiam *B (corr. B²) D* afferetur *libri* aforo *DJ* 357.]hinc aput *J* Cocus *praem. B: om. D* Strobilus. Sunt *BJFZ.* Sunt *cum spatio D: corr. Acidalius et Pistoris* 358.]l Strob. Sunt *J* Coc. *praem. BJ: om. D* Strob. Sunt *BFZ.* Sunt *c. spat. D: corr. Acidalius et Pistoris* nequeras *BD.* nequeras *J* 359.]impurate *J* impurate *BD* uulcano *J* 360.]ausa *J* Caenae ue *(*Caenę ue *D) BDFZ: corr. Pius* tuę *B.* tuc *J* 361. aedes *J* comburere *BDJ* 362. *Congr. pers. Acidalius et Pistoris restituunt: Strobili praebent libri* Strob.] *Spat. in BD: om. JFZ: corr. Acidalius et Pistoris*

PYTHODICVS

e: ego interuísam quid faciánt coqui:
pól ut ego hodie sériem, cura máxumast.
ínum hoc faciam, ut ín puteo cenám coquant:
cóctam sursum súbducemus córbulis.
i aútem deorsum cómedent, si quid cóxerint,
i íncenati súnt et cenati ínferi.
érba hic facio, quási negoti níl siet,
idarum ubi tántum sit in aédibus.

EVCLIO. CONGRIO

EVCLIO

ánimum tandem cónfirmare hodié meum,
ne me haberem fíliai núptiis.
ád macellum, rógito pisces: índicant
: agninam cáram, caram búbulam,
nam, cetum, pórcinam, cara ómnia:

5. 366. *Nonius p. 400, 6:* Subducere etiam susum ducere, ... Plautus in Aulularia: 'Vt . . . . . corbulis' *sbernus p. 149b:* Corbulus paruus corbes. Plautus: 'Coctam . corbulis'

t. II Sc. 7 FITODICVS SERVVS *BJ.* PYTHODICVS *Z.* *ie spatio D* *Cf. de hoc nomine et de tota hac scaena praefatio* 3. CVRate *B.* ur ate *c. sp. D* inter uisam *B* 364. maxima *DE* 365. ut inputeo *BJ.* utin puteo *D.* in puteo uti *Bothius,* *anus l. s. s. p. 41* coquant *ex* coquauit *D.* coquam *Nonius* 6. Coctam inde *Camerarius.* Inde coctam *libri cum Nonio* D. sursus *Osbernus* 367.]m deorsum *J* Sin *Bothius, cum* *signo in fine Franckenus* ipsi autem *ego.* autem *libri.* illi autem *rus Pros. Pl. p. 451* siquid *BDJ* 368.]ri incenati *J* nati (ce *s. ras.) D* *Post* sunt *maius spat. in D* sint *Pylades.* *Wagnerus, Ussingius* 369. S[ ] uerba *J* Sed *Gruterus.* Si lic *FZ* negotii *BDJ* nihil *BD.* nichil *J* 370. sit *Goellerus,* *rus Pros. Pl. p. 68.* siet *libri* inaedibus *BD*

t. II Sc. 8 EVCLIO SENEX *BJ: om. spatio relicto D* lui *c. spat. D.* Solui *J* tandem *om. D* consolare *Z: corr.* hodie *om. Z: add. Pylades* 372. me haberem *Scaliger,* *is, Bentleius.* haberem me (me *s. v. m. 2) B.* haberem *DJFZ* ti bene haberem *Gruterus* filiai nuptiis *Scaliger, Bentleius,* *nannus Annot. in Rud. p. 6.* filiae nuptiis *BD.* filiae nuptias ai in nuptiis *Vossius* 373. admacellum *B* 375. Vitilinam *2) B.* Vitilinam *D* cetum *BD*

Atque eó fuerunt cáriora, aes nón erat.
Abeo íllim iratus, quóniam mihi nil ést qui emam.
Ita illís inpuris ómnibus adií manum.
Deinde égomet mecum cógitare intér uias
Occépi: festo dié si quid prodégeris,
Profésto egere líceat, nisi pepérceris.
Postquam hánc rationem uéntri cordique édidi,
Accéssit animus ád meam sententiam,
Quam mínumo sumptu fíliam ut nuptúm darem.
Nunc túsculum emi hoc ét coronas flóreas:
Haec ínponentur ín foco nostró Lari,
Vt fórtunatas fáciat gnatae núptias.
Sed quíd ego apertas aédis nostras cónspicor?
Et strépitust intus. númnam ego conpilór miser?

---

379. 380. *Nonius p. 496, 21:* Genitiuus casus positus pro accusatiuo . . . . . Plautus Aulularia: 'Deinde . . . . . interuias' 381. *Osbernus p. 460:* Prodigus . . . . . unde Plautus in Asinaria: 'Festo die aliquid prodegeris, profesto egere liceat' *Cf. p. 30* 385. *Priscianus III 29 (I p. 104, 1 H.):* Similiter tus, tusculum. idem *(i. e. Plautus)* in Aulularia: 'Nunc . . . . . floreas' *Osbernus p. 572:* hoc tusculum . . . . . unde Plautus in Amphitrione: 'Hoc tusculum . . . . . flammeas floreas'

376.]que eo *J* Atque — eo f. c. — aes *Ussingius* eae *D* 377. 378. *delet Weisius* 377. *del. Wagnerus*[1] Abeo illim iratus *Bothius, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 63.* Abeo iratus illinc *libri (ante* illinc *ras. D:* iratus *ex* initus *J).* Illinc iratus abeo *Guyetus.* Iratus illinc abeo *Franckenus* mihi nil *Wagnerus.* nihil *BDFZ.* nichil *J* nihil est = nilst *esse putat Franckenus* quid *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 63.* unde *Kienitzius de Qui loc. mod. usu p. 559* emam *ex* emam *ras. BD* *An:* Abito iratus illinc quoniamst nil qui emam? 378. impuris *BDJ* adiimanum *D* 379. ego met *J* interuias *J.* interdum *Nonius, quod* inter uiam *esse putat Wagnerus.* 380. siquid *DJ* 381. Profecto *J* peperceris *ex* peperceris *B* 382. Post hanc *FZ: corr. Pylades* racionem *J* cordi uentrique *JFZ* 383. ad eam mihi *Ussingius* 384. minimo *BJ.* nimio *D* 385. Hunc *JFZ: corr. Scutarius* emi hoc et coronas *Bothius cum Prisciano.* emi et hasce coronas *libri cum Osberno.* emi et has coronas *Weisius, Lachmannus* flammeas floreas *Osbernus* 386. Hęc *BD* imponentur *JFZ.* imponeuntur *B.* imponuntur *ex* imponeuntur *ut vid. D* infoco *J* 387. gnatę *B.* gnate *DJ* 388. ędis *B.* aedes *J* 389. strepitus est (r *s. v. B:* strepitus *ex* strepidus *J) libri* ego [ ] pil[*J* num nam *DJ* compilor *(s. v.* spolior *B*[2]*) libri* compilor miser ego *Z: corr. Pylades*

CONGRIO.

Aulám maiorem sí pote ex uicínia
Pete: haéc est parua, cápere non quit.

EVCLIO.

Eí mihi,
Perii hércle ego: aurum rápitur, aula quaéritur.
Apóllo, quaeso, súbueni mi atque ádiuua:
Confíge sagitis fúres thensaurários:
Qui in ré tali aliis iám subuenisti ántidhac.
Sed césso prius quam prórsus perii cúrrere?

ANTHRAX.

Dromó, desquama píscis: tu, Machaério,
Congrúm, muraenam exdórsua quantúm potest.

---

398. 399. *Nonius p. 95, 11:* Desquamat, squamis expoliat. Plautus Aulularia: 'Dromo . . . . . potest' *Idem p. 17, 30:* Exdorsuare, dorso nudare. Plautus Aulularia: 'Tu, Machaerio . . . . . potest' *Cf. Apuleius de Mag. c. XLII init.:* Quis enim fando audiuit ad magica maleficia desquamari et exdorsuari piscis solere? *Cf. Festus Pauli p. 79* (exdorsua: dorsum confringe; alii exime) *et glossaria*

---

390. *Pers.* (Coc.) *om. D* Aulam (m *ex* u) *B* pote ex *Lambinus, Kampmannus de 'Ex' p. 14.* potes *libri* a uicinia *Scaliger, Lambinus* 391. Posce *Guyetus* hęc *J* est parua *Pylades.* parua est *libri* nonquit *D* 392. Perii hercle ego *Seyffertus Stud. Pl. p. 25, Muellerus Pros. Pl. p. 512 inter alia.* Perii hercle (er *e corr. D*) *libri.* Disperii hercle *Wagnerus.*[1] Perii hercle hodie *Guyetus* aurum (r *et* u *e corr.*) *D* queritur *BDJ* *In libris sequitur v. 243 (= 393)* 394. quęso *BD.* queso *J* mihi (michi *J*) *libri* *V. 395—397 del. Weisius* *V. 395 et 396 transponit Bothius* 395. sagitis *Fleckeisenus Misc. crit. p. 39.* sagittis *B.* sagittis (t *alt. s. v. et* is *ex* as) *D.* sagittis (s *post. s. v.*) *J* thesaurarios *libri* 396. *Versum misere corruptum expungit Wagnerus*[1] Qui in re tali aliis iam *Kochius Emend. Pl. p. 5, quem dubitanter sequor* Cui in re talia *D.* Cui inre talia *B.* Cui in re tali *JFZ.* Cui in re tali iam *Camerarius.* Quoi tu in re tali iam *Ritschelius Proleg. p. 172.* Quoniąm in re tali iam *Weisius.* Si quoi i. r. t. i. *Ussingius.* Qui mi in r. t. i. *Franckenus.* Quia in re tali *Kiesslingius Mus. Rhen. vol. 23 (a. 1868) p. 214* subuenisti *FZ.* subuenit *BDJ* antehac *JFZ* 397. priusquam *J* *Act. II Sc. 9* COCVS *J: idem in v. 398 fine B. Spat. exhibet D* 398. Dromae desquama pisces *Nonius.* DROMODES quam aspicis *B.* romodes (c. *spat.:* d *in marg.*) quam aspicis *D.* Promodes quam aspicis *J* tumacherio *BJ.* tum acherio *D.* tu macerio (*vel* mecerio) *Nonius* 399. gongrum *codicum Non.*

Ego hínc artoptam ex próxumo utendám peto
A Cóngrione. tu ístum gallum, sí sapis,
Glabriórem reddes míhi quam uolsus lúdiust.
Sed quíd hoc clamoris óritur hinc ex próxumo?
Coqui hércle, credo, fáciunt officiúm suom.
Fugiam íntro, ne quid túrbarum hic itidém fuat.

400. *Plinius N. H. XVIII (28) 107:* Artoptam Plautus appellat in fabula quam Aululariam scripsit, magna ob id concertatione eruditorum an is uersus poetae sit illius *e. q. s.: quo de loco cf. Ritschelius Parerg. p. 371* Arteptam *legisse scholiastam quendam Loewius statuit Prodr. p. 259, ad quem plures glossae eodem spectantes redeunt* (Artepta: genus uasis, ut pugella) *Osbernus p. 9:* Haec artopta ..... unde Plautus in Aularia: 'Ego artoptam huic ex proximo utendam peto' 401. 402. *Nonius p. 530, 25:* Quod ludis pueri praesules essent glabri ac depiles propter aetatem, quos antiqui Romani ludios appellabant (ut est in libro I Varronis de uita p. r.), ideo Plautus in Aulularia: 'Tu istum ..... ludiust' *Osbernus p. 263:* Glabrio: nudus. Plautus: 'Gallum ..... reddes' 405. *Nonius p. 525, 2 de discrimine inter* turba *et* turbae *agens et indiscrete poni adfirmans:* Plautus in Aulularia: 'Redeo intro ..... fuat'

plerique murenam *B D J* exdorsua quantum potest *(priore loco* potes*) Nonius, unde ium F Z.* exossata fac sient *B D J: inde duo versus fecit Camerarius, quorum alterum expunxit Gruterus* De exdorsua *cf. Ruechelerus Mus. Rhenan. vol. 35 (a. 1880) p. 404* 400. hic *J F'* arteptam *glossae* ex proximo *B.* exproximo *D J* utendum *Parcus, Franckenus Cf. testim.* 401. Acongrione *J* gallum istum *Osbernus* tuis tum *D.* tuis tum *B* si satis *Nonius.* si sapies *Osbernus* 402. Glabriorem *Nonius.* Clabrionem *B.* Glabrionem *D J F', Osbernus* reddis *Nonius* mihi reddes *Osbernus* lydyus est *B.* lidyus est *D.* lidius est *J F'.* lydius *Nonius* 403. Eucl. *praem. Z: corr. Angelius* hoc *del. Camerarius* utitur *J* ex proximo *D.* exproximo *B J* 404. credo *(*d *e corr.) D* suum *libri* 405. Redeo intro *Nonius* Fugiam *vel* fugio: nam metuo *Muellerus Pros. Pl. p. 519 inter alia* nequid *B D J* turbarum *Brixius Nov. Annal. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* turbę *B D.* turbae *J F Z* fuat *Harius. Bothius.* fiat *libri* turbae fiat *(om.* hic itidem*) Nonius.* itidem hic fuat *Muellerus l. s. s.* hinc itidem mi fuat *Franckenus, ut alia aliorum taceam* Congrio *addunt post* fiat *B D J*

III, 1, 1—6

ACTVS III

CONGRIO

Áttici uirí, populares, íncolae, accolae, áduenae omnes,
Dáte uiam qua fúgere liceat, fácite totae pláteae pateant.
Néque ego umquam, nisi hódie, ad Bacchas uéni in Bacchanál coquinatum:
Íta me miserum et meós discipulos fústibus male cóntuderunt.
Tótus doleo atque óppido perii: íta me iste habuit sénex gymnasium.
Neque lígna ego usquam géntium praebéri uidi púlcrius:

---

408. *Nonius p. 85, 31:* Coquinatum, ad quoquendum. Plautus Aulularia: 'Neque . . . . . coquinatum *Osbernus p. 71:* hoc bachinal . . . . : unde Plautus in Aulularia: 'Numquid nisi hodie ad bacas ueni in bachinal coquinatum' *Cf. Fest. Paul p. 61*

412. *Nonius p. 290, 32:* Exigere est excludere. Plautus in Aulularia: 'Itaque . . . . . foras'

Act. III Sc. 1 *De metris huius scaenae cf. Hermannus Elem. d. m. p. 91: meros trochaeos restituebat Franckenus* GONGRIO COCVS *B.* CONGRIO COQVVS *J: om. spat. relicto D* 406. Attici uiri *ego.* Optati uires *B.* optati *(o in marg.)* uines *D.* Optati ciues *JFZ.* Pro Attici ciues *Bentleius.* O Attici c. *Langenus p. 137.* Opitulamini *Ussingius* incolę *DJ* accolę *D.* accole *J* aduenę *DJ*

407. totę *BDJ* platęe *B* *V. 408–414 ita collocarit Acidalius: in libris hoc ordine se excipiunt: 408. 409. 410. 413. 414. 411. 412. Hunc ordinem commendat Wagnerus: 410. 408. 409. 411. 412. 413. 414. Contra Ussingius sic collocat: 408. 409. 411. 412 (hunc delet). 410. 413. 414* 408. adbacchas *B.* adbachas *J.* at Bacchas *Nonius* in baccanal *Nonius.* in bachinal *(a s. i) B.* in bachinal *D.* inbachinal *J* *De* coquinatum *forma cf. Sauppius Quaest. Plaut. p. 10.* coquitatum *cum Festo post Pareum Hermannus Elem. d. m. p. 91* *De Osberno cf. testim.* 409. *Fortasse parallelus est versui 412* 410. ita iste me *tacite Ritschelius Op. phil. vol. II p. 485* gymnas[*J*

411. *Trochaeos discribit Franckenus* (usquam ego) eo/// quā *corr. in* ego usquā B^2 preberi *J* pulchrius *libri*

Itaque ómnis exegít foras me atque hósce onustos fústibus.
Attát, perii hercle ego míser, is est: aperítur Bacchanál: adest:
Sequitúr. scio quam rém geram: hoc ipsús magister mé
docet.

EVCLIO. CONGRIO

EVCLIO

Redi, quó fugis nunc? téne, tene.

CONGRIO

Quid, stólide, clamas? 415

EVCLIO

Quia ad trís uiros iam ego déferam nomén tuom.

CONGRIO

Quam ob rem?

EVCLIO

Quia cúltrum habes.

CONGRIO

Cocúm decet.

EVCLIO

Quid cónminatu's

412. omnes *J* oīs *BD* ita *Franckenus trochaeos discribens* foras *ex* fores *D* hosce *Schmidtius de pron. form. p. 38.* hos *libri* honustos *J* *In fine versus exstat* euclio *in BD* 413. *Trochaeos discribunt Richterus de partic. excl. usu p. 25, Franckenus, alii* Attat *J* is est *addidi: om. libri* miser: aperitur *Camerarius, Harius.* misera perit *BD.* miser aperit *JFZ.* miser: a perii *Palmerius* bachanal *BDJ* eccum, adest *Ussingius* Attat nt perii hercle ego miser: a perii, bacchanal adest *Wagnerus*[2] *De* miser ego *ne quis cogitet cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 24* 414. haec *FZ* me docet *Acidalius.* me docuit (medocuit *J*) *libri.* docuit me *Wagnerus*

Act. III Sc. 2 *Totam sc. tract. Hermannus El. d. m. p. 453 et de metr. p. 171, Christius 'Metrik' § 383: huc pertinere putat Studemundus de cant. p. 96 Rufini verba ab Hermanno ad IV 9 relata: cf. v. 707: de ipso metro cf. eiusdem Studemundi comm. de cant. p. 30 et 'Festgruss' p. 53, ubi v. 418. 420. 424. 425. 429. 433. 434. 442. 444 hunc exitum vindicat:* ∪ ⏑ ∪ ⏑ ⏑ ∪ EVCLIO SENEX GONGRIO (CONGRIO *J*) COCVS *BJ: om. spatio relicto D* 415. edi (r *in marg.*) *D* REDI QVO *B* 416. adtris uiros *BJ.* ad trisuiros *D* nomen tuum *libri.* tuum nomen *Hermannus El. d. m. p. 455* obrem *BD.* o[*J* 417. Quid comminatus (cominatus *B*) *libri.* • Quod (Quia *iam Bothius*) comminatu's *Franckenus.* Quid? non minatu's? *Dousa.* Quin comminatu's *sine interr. signo Acidalius.* Qui conminatu's *Ussingius sine interrogatione et commate post* habes *posito*

Mihi?

CONGRIO

Ístuc male factum árbitror, quia nón latus fodi.

EVCLIO

Homo núllûst te sceléstior qui uíuat hodie
Neque quoi égo de industria ámplius male plús lubens faxim.

CONGRIO

Pol etsí taceas, palam íd quidemst: res ípsa testist.
Ita fústibus sum móllior magis quam úllus cinaedus.
Sed quíd tibi nos táctiost, mendíce homo?

EVCLIO

Quae res?
Etiám rogitas? an quía minus quam me aéquom erat feci?

CONGRIO

Sine: at hércle cum magnó malo tuo, si hóc caput sentit.

EVCLIO

Pol ego haúd scio quid póst fuat: tuom núnc caput sentit.

---

422. *Nonius p. 5, 15:* Cinaedi dicti sunt apud ueteres saltatores uel pantomimi, *ἀπὸ τοῦ κινεῖν* (τὸ) *σῶμα*. Plautus Aulularia: 'Ita . . . . . cinaedus'

---

418. Michi *J* Istud *BJ* *Ante* quia *pers. spat. D* fo[*J* 419. nullus est *libri* 420. quoi *(i s. v.) B.* cui *J.* quo *D* mali *Guyetus* libens *BDJ* *Servavi librorum scripturam quamvis suspectam* lubens male faxim *Hermannus de metr. p. 172* quoi de industria mali plus lubens ego *Franckenus* *Cf. Woelfflinus 'Lat. u. rom. Comparation' p. 29* 421. et si *BD* quidem est *libri* *Ante* res *pers. spat. D* testis est *libri* 422. submollior *Nonius* magis *Nonius. Harius.* miser magis *BD.* magis miser *JFZ: utrumque delet Mercerus: at cf. Woelfflinus 'Lat. u. rom. Comparation' p. 46* cinedus *BD.* cynedus *J* 423. nos tactiost mendicə homo *Hermannus de metr. p. 171.* nos mendice homo tactio est *(*taccio *sine* est *D) libri.* mendice homo nos tactiost *Reizius, Ritschelius Opusc. phil. vol. III p. 128* Eucl. Quae res *Seyffertus Stud. Pl. p. 2.* quę res *BDFZ.* queres *J.* quae rest *libri deter.: cf. Ritschelius l. s. s.* 424. rogas *Bothius: cf. v. 421* me aequom erat *Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* aequom erat *ex* aequo mereat B^2. ęquo mereat *D.* aequum erat *JFZ.* aequom me erat *Seyffertus Ind. phil. vol. 4 (a. 1872) p. 390.* erat aequom *Reizius* 425. at *om. Z* magno malo tuo *Harius. Hermannus de metr. p. 171.* malo tuo magno *libri.* magno cum malo tuo *Reizius* caput *D* sentiet *JFZ* 426. *om. JFZ: del. Hildyardus* fuat *aliqui apud Pareum, Harius.* fiat *BD* tuum *BD* caput *D*

Sed in aédibus quid tíbi meis nam erát negoti
Me absénte, nisi ego iússeram? uolo scíre.

CONGRIO

Tace ergo.
Quia uéni huc coctum ad núptias.

EVCLIO

Quid tú, malum, curas
Vtrúm crudumne an cóctum edim, nisi tú mi's tutor?

CONGRIO

Volo scíre sinin an nón sinis nos cóquere hic cenam?

EVCLIO

Volo scíre ego itidem meaé domi mean sálua futura?

CONGRIO

Vtinám mea mihi modo aúferam quae ad té tuli sálua.
Me haud paénitet, tua ne éxpetam.

EVCLIO

Scio: né doce, noui.

---

427. inaedibus *BDJ* negotii *BD* negoci *J* 428.]uolo scire *J* 429.]quid tu *J* ueni huc *Fleckeisenus Nov. Annal. vol. 95 (a. 1867) p. 632.* uenimus *libri* adnuptias *B.* ad nuptias . . . . . *Wagnerus* *Ceterum cf. Langenus p. 56* 430.]edim *J* Utrum crudumne an coctum *Brixius ad Capt.*[3] *v. 265: cf. Studemundus de cant. p. 32.* Utrum crudum an coctum ego *BDJ.* Utrum crudum an coctum *FZ.* Ego utrumne crudum an coctum *Reizius.* Utrumne crudum an coctum *Guyetus.* Utrum crudum an ego coctum *Pylades* edam *FZ* mi es *D.* mihi es *BJ* 431.]an non sinas *J* sinin *(vel* sinen*)* an non sinis *(vel* sines*) Studemundus Stud. vol. 1 p. 159.* sinas annonsinas *B.* sinas annon sinas *DFZ* cęnam *B* 432.]ego item *J* ego itidem *scripsi.* ego item *libri.* item ego *Z, Hermannus de metr. p. 171* meę *B.* meaen *Bothius* mean *Camerarius, Ritschelius Prol. p. 113.* mea *libri* 433.]mea michi *J* quae ad te tuli *Studemundus de cant. p. 32.* quę adtuli *BD.* quę attuli *JFZ.* quae huc attuli *cum Pylade idem Studemundus 'Festgruss' p. 54.* quae ad te attuli *Seyffertus Stud. Pl. p. 7. Cf. Acta soc. phil. Lips. vol. VI p. 247 adn.* quae adtetuli *Muellerus Pros. Pl. p. 216, Franckenus.* quae tetuli *Reizius.* quae huc tetuli *Hermannus de metr. p. 171, ut alia taceam* *Ante* salua *maius spat. B* 434. *Vers. del. Guyetus* Eucl. *praem. FZ*]haud *J* meum *Camerarius.* mei *Bothius* penitet *BDJ* tuane *BD* exspęctam *B.* exspectam *D* *Congr. pers. inserunt JFZ* Scio ne *ex* Scione *B*[2] *V. 435—440 dittographiam esse statuit Wagnerus*[1]*: cf. Fleckeisenus Nov. annal. vol. 95 (a. 1867) p. 631: ego olim transponebam ante v. 431 Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 244, fortasse recte: v. 436. 439. 440 excludit Langenus l. s. s. p. 138*

CONGRIO

Quid est quá nunc prohibes grátia nos cóquere hic cenam?
Quid fécimus? quid díximus tibi sécus quam uelles?

EVCLIO

Etiám rogitas, sceléste homo, quine ángulos omnis
Mearum aédium et concláuium mihi † peruium facitis?
Ibi úbi tibi erat negótium, ad focúm si adesses,
Non físsile auferrés caput: merito íd tibi factumst.
Nunc ádeo ut meam senténtiam iam scíre possis:
Si ad iánuam huc accésseris, nisi iússo, propius,
Ego té faciam misérrumus mortális ut sis.
Scis iám meam senténtiam.

---

436. *Osbernus p. 561:* Secus, iuxta uel aliter. Plautus: 'Quid fecimus ..... uelles' 440. *Osbernus p. 208:* hic et haec fissilis ..... unde Plautus: 'Non ..... fissile'

'435. *Pers. om. FZ* qua *ex* quia B^2. quia *D* Quid est? Qua *Ussingius* nunc prohibes *Reizius, Ritschelius.* prohibeas nunc *BDJ.* prohibeas *Wagnerus*[1]. prohibes nunc *cum F Langenus p. 138* cęnam *B* 436. fecimus tibi aut quid diximus secus *Osbernus* secus quam *JFZ:* sequi usquam *BD* 437.]rogitas *J* scelere *J* quine *Hermannus de metr. p. 171.* qui *libri.* quia *Bothius* angulosus ////////omis *(d eras.) B.* anglos *Bothius.* angululos *Hermannus ibidem.* angulos hic *Camerarius* *An* qui anglos per omnis? *cf. v. 437* 438.]aedium *J* michi *J* peruium facitis *BD.* peruiam facitis *(peruios F) JFZ: utrumque corruptum.* perturbatis *Wagnerus.* peruestigatis *vel* per uim aditis *Muellerus Pros. Pl. p. 463. Similia in promptu sunt non pauca* *An* uiam mihi facitis? *cf. v. 436* 439.]tibi *J* Ibi *Guyetus, Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* Id *libri.* Id *deleri posse idem Brixius putat.* Hic *Pareus* si *ex* s////// *B* 440.]ile haberes *J* auferres *ego.* haberes *libri* capud *BD* non decet te habere fissile caput *Osbernus* caput haberes fissile *ego Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 246.* fissile hoc haberes caput *Wagnerus.* fissile iam haberes caput *Hermannus de metr. p. 172.* fissile haberes nunc caput *Franckenus.* fissile haberes tu caput *Christius l. s. s.* factum est *libri* 441. *Vers. del. Guyetus*]tu meam *J* Nunc adeo ut *Langenus p. 146.* Adeo ut tu *libri.* Atque adeo ut *(vel* Atque ut tu*) Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* At ut tu *Wagnerus* iam scire *(vel* nunc scire = nc̃ scire*) Fleckeisenus Nov. Ann. vol. 95 (a. 1867) p. 632.* iam noscere *libri* 442.]ianuam *J* adianuam *(i s. v.) B* iusso *Guyetus, Fleckeisenus l. s. s.* iussero *libri* propicius *J* 443.]faciam *J* miserrimus *BD.* misserimus J^1. misserrimus J^2 mortales *(corr. m. 2) J* ut *Harius.* uti *libri* 444. *Post* sententiam *plerique usque ad Franckenum interrog. signum posuerunt* Congr. Quo *Bothius.* quo *libri*

CONGRIO

Quo abís? redi rursum.
Ita mé bene amet Lauérna uti iamiám, nisi reddi
Mihi uása iubes, hic pípulo te dífferam ante aedis.
Quíd ego nunc agám? ne ego edepol uéni huc auspició malo:
Númmo sum condúctus: plus iam médico mercedíst opus.

EVCLIO

Hóc quidem hercle quóquo ego ibo mécum erit, mecúm feram,
Néque istic in tantís periclis úmquam conmittam út siet.
Íte sane núnc intro omnes ét coqui et tibícinae.

---

445. 446. *Nonius p. 152, 4:* Pipulo pro conuicio. Plautus Aulularia: 'Ita . . . . . aedis' *Idem p. 284, 20:* Differre, diuidere uel scindere . . . . . Plautus in Aulularia: 'Nisi . . . . . aedis' 446. *Varro de l. l. VII 103 p. 160 M.:* In Aulularia: 'Pipulo te differam ante aedis' id est conuicio, declinatum a pipatu pullorum
De glossis huc spectantibus cf. Loewii Prodr. p. 260

445.]me *J* amen (t *s.* n) *B* At ita me bene amet *Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 57* uti iamiam nisi *ego.* te iam nisi *libri cum Nonio.* te iamiam nisi *Harius.* te iam nisi si *Christius l. s. s.* ut iam nisi *ceteris aliter positis Ussingius* reddi *Nonius* (redde *altero loco*), B^2. redi B^1D. redis *J* 446. Michi *J* Iubes mihi uasa *Christius l. s. s.* hic pipulo *Reizius (Varro?):* pipulo hic *FZ.* pipulo te hic (hic *om. alt. l.) Nonius: cf. v. 445.* populo hic *BJ.* populos hic *D.* ego pipulo hic *Ussingius.* mea pipulod hic *Franckenus* te differam ante aedis *scripsi cum Varrone.* differam ante aedis *libri cum Nonio: vide quae modo adnotavi Mensuram* differam ante aedis *suspectam esse puto* 447.]ego *J* agam////// *(eras.* in *ut vid.) D* edepol ne ego *Fleckeisenus Philol. vol. 2 (a. 1847) p. 84* 448. medio *JFZ: corr. Hermolaus* mercedist opus *Bothius.* mercede opus est *libri.* mercede est opus *Aldina.* pro mercede opust *Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 121.* merces est opus *Ussingius*
Act. III Sc. 3 EVCLIO SENEX. GONGRIO COCVS *duobus versibus B.* EVCLIO SENEX. CONGRIO COCVS *J: om. spatio relicto D Scaenam continuavit Bothius* 449. oc (h *in marg.) D* quoquo ego *Wagnerus, Muellerus Pros. Pl. p. 755.* quoquo *(post* quoquo *er.* erit *ut vid. D) libri.* quoquod *Bothius, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 80.* quoquomque *Bergkius 'Beitr. zur lat. Gramm.' p. 76.* nunc quoquo *alii* 450. istic *Brixius Nov. Annal. vol. 91 (a. 1865) p. 57.* istud *libri.* isti id *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 438* intantis *BDJ* committam *BD.* comittam *J* 451.]sane *J* Ite *FZ.* Ita *BD* nunc intro omnes *Lingius de hiat. p. 63, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 82.* nunc iam intro omnes (omīs *J) libri.* nunciam introd *Ritschelius ibidem.* intro omnes nunciam *Wagnerus²: cf. praeterea Ritschelius Proleg. p. 129 et Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 86* tibicinę *DJ*

Étiam huc intro dúce, si uis, uél gregem uenálium.
Cóquite, facite, féstinate núnciam quantúm lubet.

CONGRIO

Témperi, postquam ínpleuisti fústi fissorúm caput.

EVCLIO

Íntro abite: opera húc conductast uóstra, non orátio.

CONGRIO

Heús, senex, pro uápulando hercle égo abs te mercedém petam.
Cóctum ego huc, non uápulatum, dúdum conductús fui.

EVCLIO

Lége agito mecúm, molestus né sis: ei, cenám coque
Aút abi in malúm cruciatum ab aédibus.

CONGRIO

Abi tú modo.

EVCLIO

Íllic hinc abiit. di ínmortales, fácinus audax íncipit

---

458. *Donatus ad Phorm. V 7, 91:* Lege agito dicebatur ei, cuius intentio contemtibilis aduersario uidebatur. Plautus in Aulularia: 'Lege . . . . . coque'

---

452. Etiam huc introduce, si uis *Camerarius.* Etiam introduce siuis *libri.* Etiam, si uis, intro duce *Goellerus.* Iam etiam introduce si uis *Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 86* *Ceterum delet v. Ussingius*
453. festinate *Weilius Nov. Annal. vol. 87 (a. 1863) p. 250 adscita Labbaei glossa* festiuo: ἑορτάζω nunc iam *BDJ* libet *BDJ*
454. *V. add. B² in marg.: om. DJFZ, ubi v. 454 cum v. 455 ita (D) conflatus est:* Temperi abi impleuisti *B²* fustibus istorum *Camerarius* 455. Intro abite *Goellerus, Lomanus Spec. cr. p. 25.* Intro abi (ntro *in ras. et* I *ex* T *m. 2) B.* Temperi abi *D.* Em perii Eucl. abi *JFZ. Cf. v. 454* opera huc est *Camerarius: cf. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 81* conducta huc operast *Reizius: similia in promptu sunt haud pauca* conducta est *libri* ūra *BDJ* 456. Heus *Bentleius, Bothius.* Eu *BD.* Heu *JFZ* ꝑuapulando *DJ* hercle *del. Hermannus,* ego *Kampmannus de 'Ab' p. 10* abste *BDJ* abs te ego *Guyetus* 457. ego huc *Muellerus Pros. Pl. p. 30.* ego *libri.* hercle ego *Ritschelius* 458. molestus (o *ex* e) *D* *Post* sis *maius spat. D* ei *Brixius Nov. Ann. vol. 91 (a. 1865) p. 59.* i et *B.* et *D (ante et lac.) JFZ, Donatus.* i *Guyetus.* aut *Bothius ex Lang.* cęnam *B.* caenam *J* coque *ex* quoque *J* 459. inmalum *B* ab ędibus *D.* abędibus *B* *Person. ante* abi *om. BDJ* *Sequentem scaenam cum hac coniunxit Bothius*
Act. III Sc. 4 SENEX EVCLIO *B.* EVCLIO SENEX *J. om. sine spat. D* 460. Ille hinc *Hermolaus, Bothius.* illic *Guyetus* habiit *D*

Quí cum opulento paúper coepit rém habere aut negótium,
Véluti Megadorús me tentat ómnibus miserúm modis:
Quí simulauit meí se honoris míttere huc causá coquos:
Ís ea causa mísit hoc qui súbruperent miseró mihi.
Cóndigne etiam méus med intus gállus gallinácius
Qui ánui erat pecúliaris pérdidit paeníssume.
Vbi erat haec defóssa occepit íbi scalpurrire úngulis
Círcumcirca. quíd opust uerbis? íta mi pectus péracuit:
Cápio fustem, obtrúnco gallum, fúrem manufestárium.
Crédo edepol ego illí mercedem gállo pollicitós coquos,
Si íd palam fecísset. sed ego exémi ex manibus mánubrium.

467. *Nonius p. 171, 32:* Scalpurrire, scalpere. Plautus Aularia: 'Vbi . . . . . unguibus' *Hunc versum respexit Ausonius praef. gryphi p. 189 ed. Bip.:* Hunc (librum) ego cum uelut gallinaceus Euclionis situ chartei pulueris eruissem excussum relegi *e. q. s.*
469. *Osbernus p. 335:* Manifestarius . . . . . unde Plautus in Aularia: 'Obtrunco gallum manifestarium'

rioris coniecturae ope ea substituenda quae nec indigna Plauto et a librorum fide non nimis aliena viderentur: nos quidem et membranarum illuvie sese ingurgitantium vitioso appetitui et lautiorem artis munditiem concupiscentium honestis desideriis simul hoc artificio consuluimus, ut liberaliter instaurati poetae exemplo subiceremus in annotatione non singula librariorum peccata, sed integrae scaenae continuitatem e Vetere codice expressam: idque consilium in posterum tenebimus.'*)

Inter hanc editionem et priorem cum plus triginta anni interpositi sint, quo tempore Ritschelius et ipse quae in Prolegomenis exposuerat continuavit retractavitque et alios eodem studio incendit, non potuit non evenire, ut de multis locis nunc aliter quam olim iudicaretur: atque ne nimia anxietate prioris editionis premerem vestigia, ipsius praeceptoris optimi exemplo in retractanda prima scaena anno 1866 proposito effectum est.

In retractationis vestigiis indicandis fortasse erunt qui iusto cautiorem me fuisse accusent: atque multo saepius quam indicavi factum esse, ut mihi magnopere arriderent vel Brachmanni mei**) vel Anspachii***) suspiciones lubenti animo fateor: quod tamen quae incertiora mihi iterata cogitatione visa sunt ab huius generis editione exclusi et in adnotationes reieci, id probatum iri confido. Qua in re ne quis erret denuo monendum duco uncinis angularibus me interpolationes, uncinis semirotundis retractatorum operam indicari velle.

In plagulis corrigendis et oculis et consilio prudenti me iuverunt Fridericus Schoell et Oscarus Seyffert, quorum amica opera praeter eos locos ubi disertis verbis testari potui saepissime usus sum. Quas illorum adnotatio-

*) Quam subiecerat Ritschelius codicis Veteris scripturae continuitatem, eam ut tollerem persuasit infinita coniecturarum interim ortarum copia, quam non potui non commemorare; discriptionis igitur varietatem alio modo indicavi.

**) De Bacchidum Plautinae retractatione scaenica capita quinque. ed. Lips. a. 1880.

***) De Bacchidum Plautinae retractatione scaenica. ed. Bonnae a. 1882.

nes apparatui inserere non potui, hoc loco subicere liceat. V. 6. Annis uiginti qui errans *Schoellius.* — 121. *Confert Seyffertus Auson. ed. XII de hist. v. 22*: Barbarus est Lydus, bellax Geta, femineus Phryx. — 140. Quom hic intus sit in lustro et cum amica accubet *Schoellius.* — 218. ut gnatam rem esse intellego *Schoellius.* — 261. Continuo iam *Seyffertus.* — 266. et non eum] erroneum *Schoellius.* — 267. eumpse *Seyffertus.* — 274. Etiámnest quíd porro? CH. Em áccipitrina *metiri vult Seyffertus.* — 394. *Confert Seyffertus locum hunc Ausonii (p. 256, 140 ed. Schenkl)*: Ingrato homine terra peius nil creat. — 426. solem autem *Seyffertus.* — 434. *Confert Seyffertus Frontonis locum hunc (p. 162 Nab.)*: maculosa maculosioraque quam nutricis pallium. — *V. 447 parallelum esse versui 448 suspicatur Schoellius.* — 471. acerrume aestuosam: absorbet *Seyffertus.* — obsorbet *proposuit Muellerus Pros. p. 438.* — 472. eamnam esse *Seyffertus.* — 482. Quom] Quin *Seyffertus.* — 488. Plus uidissem quam deceret. MN. *** ‖ *** quam me atque illo aequom foret *Schoellius.* — 511. Amare aiio hercle ut pote *Schoellius.* — 606. In eum nunc haec redit *Schoellius.* — 633. prodest? pro fidem *Schoellius.* — 695. ac *in suspicionem vocat Seyffertus.* — 760. Frúgi homo's. MN. Vós *Schoellius.* — 806. Egone istuc ei dixi? *Seyffertus.* — 852. Nuptast illaec *Schoellius.* — 893. Nerio, Latona, Spes *Schoellius.* — 897. neque — illud quod dicis — solet. *Schoellius.* — 932. Nunc primum priusquam huc senex uenit *Schoellius.* — 1127. Ter rerin in anno uno tu has t.? *Schoellius.* — 1150. ulteriorem] uolturium *dubitanter Schoellius.* — *Extrema olim talia fuisse suspicatur Schoellius*: Spectatores, uos ualere uolumus et, ⟨si placuimus, ‖ Aecumst uos hanc fabulam adprobare et⟩ clare adplaudere.

Cum iam dimidia pars huius editionis typis exscripta esset, prodiit editio Friderici Leonis, quam cum coniecturarum uberrimam segetem exhibeat in corrigendis plagulis respicere non potui. Praefationem autem nolui nimio onere onerari. Item doleo quod libellis Pauli Schraderi,*)

*) De particularum -ne, anne, nonne apud Plautum prosodia. ed. Argent. a. 1885.

Guilelmi Kaempf,*) Brunonis Baier**) uti non iam potui.

Denique moneo ne me hiatus patronum esse clament, cum paucis quibusdam locis certa de causa in sola adnotatione remedia commemoraverim. In rebus orthographicis ut in ceteris fabulis ita ne in hac quidem constantiae anxie consului, idque in huius generis editione facile ferri et excusari posse censeo.***)

Scr. Ienae m. Novembri a. 1885. G. G.

---

*) De pronominum personalium usu et collocatione apud poetas scaenicos Romanorum. ed. Berolini a. 1886.

**) De Plauti fabularum recensionibus Ambrosiana et Palatina commentatio critica. ed. Vratislaviae a. 1885.

***) Dum Stichum iterum pertracto, haec praeter ea quae alibi monita sunt corrigenda vel addenda esse inveni: in adn. v. 21: *tuo* pro *tu* in Hermanni coniectura; in adn. v. 50: *huiust* iam Lambinus; in v. 55: *maerore*, in adn. v. 100: *proinde* iam Lambinus; in adn. v. 136: *tu me* etiam Lambinus; in adn. v. 162: *cepisse illam* iam Lambinus; in adn. v. 182: *Negare nulli* Bentleius in Hor. carm. II 20, 6; in adn. v. 191: *hercle* etiam Lambinus; in adn. v. 216: *demortuus* iam Lindemannus in Charis. p. 30; in adn. v. 523: *si diu afueris* iam Lambinus; in adn. v. 570: *Grāphicum B*; in adn. v. 732. 733: *nollo BC, ut v. 631. 718;* in adn. v. 735: *aliut B*; v. 737: post *amoena* comma delendum. — Hanc opportunitatem nactus moneo, folia apographi nostri, quae in corrigenda Poenulo non praesto erant (cf. praef. p. VII), inventa esse; neque tamen quicquam corrigendum est, nisi quod SONA exhibet v. 1008 Ambrosianus et COMFERRE v. 1048.

T · MACCI · PLAVTI

BACCHIDES

GRAECA MENANDRV ΔΙΣ ΕΞΑΠΑΤΩΝ

PERSONAE

PISTOCLERVS ADVLESCENS
BACCHIDES SORORES MERETRICES
CLEOMACHVS MILES
SERVOS
LYDVS SERVOS
CHRYSALVS SERVOS
NICOBVLVS SENEX
MNESILOCHVS ADVLESCENS
PHILOXENVS SENEX
PARASITVS
PVER
ARTAMO LORARIVS
CATERVA

ACTVS I

PISTOCLERVS

* * *

Quíbus ingenium in ánimo utibilest, módicum et sine uernílitate

* * *

Víncla, uirgaé, molae: saéuitudó mala
Fit peior * * * * * * * * * * *

* * *

Quaé sodalem átque me exércitos habet

* * *

BACCHIS I. PISTOCLERVS

BACCHIS

Vlíxem audiui fuísse aerumnosíssumum,
Qui uíginti annis érrans a patria áfuit.

Deperditum in libris principium fabulae (v. 1—34) e grammaticorum testimoniis instauravit Ritschelius Musei Rhenan. vol. IV (a. 1845) p. 354 sqq. et 567 sqq. = Opusc. vol. II p. 292 sqq.: cuius distributionem quamvis non semel incertissimam retinui: quae contra proposuit Ussingius, plerumque incertiora sunt et ex parte adeo falsa. Ipse quid iudicem ad v. 34 paucis exponam 1. *Non. p. 342:* modicum ueteres moderatum et commodum dici uolunt. Plautus Bacchidibus: 'quibus . . . uernilitate' *Charis. p. 206, 11:* modice . . . Plautus in Bacchidibus: 'quibus . . . modicum est' quibus *in Charisii cod. N non apparet* ingenium] ignes *Nonius* utibile est *Nonius.* utibile et *Charisius* et] est *Charisius* 2. 3. *Nonius p. 172:* saeuitudo pro saeuitia. Plautus Bacchidibus: 'uincla . . . peior' 4. *Non. p. 6:* exercitum dicitur fatigatum . . . Plautus Bacchidibus: 'quae . . . habet' *Charis. p. 229, 21:* atque pro et . . . Plautus in Bacchidibus: 'quae . . . habet' exercitis *cod. Charis.* exercitos sic *Ritschelius Opusc. vol. II p. 339* 5—8 *Charis. p. 201, 17:* ilico pro in loco Plautus in Bacchidibus: 'Vlixem . . . ciuicos' 5. aerumnosissimum *codex* 6. qui uiginti annis *Bothius.* q annū xx *codex* abfuit *Ritschelius: at cf. Opusc. vol. II p. 322 et Fleckeisenus Philol. vol. IV (a. 1849) p. 322*

Verum híc adulescens múlto Vlixeum ántidit:
Qui hic ílico errat íntra muros cíuicos
* * *
BACCHIS
Illa mea cognominis fuit
* * *
Conuórrite aedes scópis, agite strénue
* * * * * * * * ecquis éuocat
Cum nássiterna et cúm aqua istum inpuríssumum?
* * *

CLEOMACHVS. BACCHIS II. SERVOS

* * *
CLEOMACHVS
Sin lénocinium fórte conlubitúmst tibi,
Videás mercedis quíd tibist aequóm dari,

---

7. adulescens multo Vlixeum *Buechelerus Mus. Rhen. vol. XV (a. 1860) p. 438.* adulescens multo ulixem *codex.* Vlixem multo adulescens *Bothius, Ritschelius: at cf. Luchs Comment. prosod. I p. 5.* adulescens multo Vlixem iam *Keilius* antidit *Bothius.* anteit *codex: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 322* 8. hic ilico *Ritschelius.* ilico *Charisius.* huc illuc *Langenus p. 159* 9. *Serv. ad Aen. VI. 383:* facit . . . hic et haec cognominis. nam in Plauto lectum est, cum una de Bacchidibus diceret: 'illa . . . fuit' *Verbum* illa *om. Ritschelius propter versum: idem* mei *scripsit, quod est in FC:* mea *exhibent ceteri: mihi frustula misere truncata esse videntur, quod etiam* cognomĭnis fŭit *verba indicant: cf. Luchsius in Studemundi Stud. vol. I p. 45* 10. *Charis. p. 219, 16:* strenue Plautus . . . in Bacchidibus: 'conuerrite . . . strenue' conuerrite *codex* aedis *add. Ritschelius: om. codex*
11. 12. *Festus p. 169 M.:* nassiterna est genus uasi aquari ansati et patentis quale est quo equi perfundi solent. Plautus in Bacchidibus: 'haec . . . impurissimum'. *Cf. Paul. p. 168:* nassiterna genus uasis aquarii ansati et patentis. *E Festi loco pendet Fulgentius p. XVII ed. Lersch:* mnasiternam dicunt aque urnam id est urceum. Vnde . . . et Plautus in bachide ait: 'effer mnasiterna cum aqua foras. *Cf. Plac. p. 69, 3:* nasiterna: uas aquarium: *quae glossa in alia quaedam glossaria transiit* ecquis] haec quis *Festus* impurissimum *Festus Coniunctos Charisii et Festi versus sic redintegrabat Ritschelius:* Conuorrite aedis scopis, agite strenue, Munditias facite, spargite. ecquis euocat Cum nassiterna et cum aqua istum impurissumum? 13—15. *Charis. p. 200, 7:* gratiis Plautus in Bacchidibus: 'sin . . . gratiis' 13. forte] facere *Ussingius* collibitum est *Charisius* 14. tibi est *Charisius* aecum *Charisius.* pactum *Ritschelius*

Ne istác aetate mé sectere grátiis.

* * * * * * * * * * *

Ne a quóquam acciperes álio mercedem ánnuam
Nisi ab sése nec cum quíquam limarés caput.

* *
*
* * * * * * * limaces uiri.
* *
*

PISTOCLERVS

* *
*

Sícut lacte láctis similest: quídquid est nomén sibi.

* *
*

SERVOS

Latronem suam qui auro uitam uenditat.

* * * * * * * * * * *

Sció spiritum eíus maiórem esse múlto

---

15. aetate me sectere *Charisius.* me aetate sectarere *Ritschelius: sed vix probabile versus spectare ad militem* 16. 17. *Nonius p. 334:* limare etiam dicitur coniungere. Plautus Bacchidibus: 'Ne ... caput' 16. necum quoquam acceperis alio *(vel* salio*) Nonii codices: corr. Mercerus.* Nec a quoquam alio acciperes *Ritschelius Opusc. vol. II p. 324* 17. Nisi ab se *Mercerus, Ritschelius* 18. *Nonius p. 333:* idem *(scil.* Plautus*)* Bacchidibus 'limaces uiri': quod atterant et consumant, *ubi* uiri *aut corruptum est aut alio in conexu positum fuit* 19. *Concinnavit Ritschelius e duobus hemistichiis: priorem partem servaverunt Pompeius Comm. Donati p. 199, 16:* superest ut sequamur regulam Plauti, lacte ut dicamus: habemus in Bacchidibus: 'sicut lacte lactis simile', *Cledonius p. 48, 21:* lacte dicitur in nominatiuo singulari iuxta Plautum *et paullo post:* aut currit hoc lacte, quod dicit Plautus, 'sicut lacte lactis, non 'sicut lac lactis', *Prob. p. 7, 7 (Marius Pl. p. 471, 24):* Plautus hoc lacte declinauit ubique 'sicut lacte lactis simile est'. *Posteriorem partem debemus Servio Danielis, qui ad Aen. X, 493:* quidquid, *inquit,* pro quodcumque: Plautus in Bacchidibus: 'quidquid ... sibi' lacti *edidit Ritschelius: at cf. Opusc. vol. II p. 331* simile est *cod. Probi.* simile *Pompeius: om. Cledonius et Mar. Pl.* similist *Ritschelius: idem postea* simil est*: cf. Opusc. vol. II p. 331 et Amph. v. 537* sibi] tibi *Ladewigius Philol. vol. II (a. 1847) p. 361* 20. *Servius Dan. ad Aen. XII, 7·* idem *(scil.* Plautus*)* in Bacchidibus exsecutus est, militem latronem dicens suam qui auro uitam uenditat *Versum bacchiacum Ritschelius discripsit: eum fortasse integrum fuisse tetrametrum idem suspicatur* PIST. Vah. *in fine addens. Contra disputat Andreas Spengel 'Reformvorschläge' p. 249 sq. cf. Opusc. vol. II p. 334*

21—24. *Additamentum post Prisciani librum XI vel XVI (I p. 575 ed. H.):* Plautus 'hic cuias', 'huius cuiatis' declinauit in Bacchi-

Quam fólles tauríni halitánt quom liquéscunt
Petraé, ferrum ubí fit.

PISTOCLERVS

Quoiátis tibi uísust?

SERVOS

Praenéstinum opíno esse: ita erát gloríosus.

PISTOCLERVS

* * oppidum * * * * * * * 25
Neque id haúd subditíua arbitrór gloria ésse.

* * *

BACCHIDES. PISTOCLERVS

SOROR

* * * * cór meum, spés mea,
Mél meum, suáuitudó, cibus, gaúdium.

* * *

Síne te amem * * * * * * * * *

* * *

* * * * * Arabus * * * * * * 30

---

dibus: 'Scio spiritum eius maiorem esse multo quam folles taurini habeant praenestinum . . . gloriosus' *Servius et Philargyrius in Georg. IV, 171*: Taurinis follibus. Plautus: 'quam folles . . . fit' *Nonius p. 474:* Opino pro opinor. Plautus Bacchidibus: 'Praenestinum . . . gloriosus 22. Quam] quę *cod. Bamb.* quod *cod. Darmstadt. Prisciani* halitant *Hermannus.* habeant *libri Prisciani.* habent *Servius et Philargyrius Verba* quom . . . uisust *om. libri Prisciani* cum *libri* 23. ibi *Servius* Cuiatis . . . uisust *addidit Ritschelius omissa utrobique, pro quibus* sed quoiatis est is *Ussingius maluit* 24. opino *Nonius.* opinor *codd. Prisciani* erat] erit *cod. Vind. et Bamb. Prisciani.* errat *codd. Nonii* 25. 26. *Donatus in Andr. I 2, 34:* Neque haud tu dicas tibi non praedictum] Vera lectio neque haut dicas . . . Plautus in Bacchidibus: 'neque haud subditiua gloria oppidum arbitror': *unde ea quae dedimus effecit Ritschelius* Neque haú subditíua ‖ Glória óppidum árbitror *dimensus est Studemundus improbante Ritschelio Opusc. vol. II p. 336: quid scriptum fuerit incertum est* 27. 28. *Nonius p. 173:* suauitudo pro suauitas. Plautus Bacchidibus: 'cor . . . gaudium' 29. *Donatus in Eun. IV 2, 13:* amare modo frui amore dicit. Plautus in Bacchidibus . . . et: 'sine te amem' 30. *Charisius p. 123, 8:* Arabis . . . quid ergo si sic declinauit ut Plautus in Bacchidibus * * * et in Poenulo 'arabus murrinus odor arabus', Lucilius . . .: *ubi* arabus *e margine irrepsisse putat Keilius, ante* et in Poenulo *exstitisse Fabricius: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 339*

* * * * * * Cupidon té confecit ánne Amor?

* * * * fortásse ted amare suspicárier

* * * argentum hinc facito * * *

Nám tu equidem credo éxcantare quoíuis facile cór potes.

SOROR

* * * * * * * * * * *

BACCHIS

Quíd si hoc potis est út tu taceas, égo loquar?

---

35. *Charis. p. 204, 18:* Lepide Plautus in Bacchidibus 'quid . . . licet' pro recte.

---

31. *Nonius p. 421:* cupido et amor idem significare uidentur. Et est diuersitas: cupido enim inconsideratae est necessitatis, amor iudicii. Plautus Bacchidibus: 'cupidon . . . amor' *Seruius Danielis ad Aen. IV 194 ex eodem cum Nonio fonte, ut uidetur:* Plautus cum distinctione posuit: 'cupidon . . . amor' te confecit *Ritschelius.* te cum sicut *Serv. Dan.* tecum saeuis *Nonius: unde* tecum saeuit *effecere.* te conficit *Daniel ap. Serv.* te configit *Bothius*

32. *Donatus in Hecyr. III 1, 33:* Fortasse . . . sic Plautus: 'fortasse te amare suspicabere', *ubi* ted *et* suspicarier *Ritschelius, qui fragmentum huc rettulit incerta argumentatione: cf. Opusc. vol. II p. 340* tete *pro* ted *Bentleius in Terentii locum* 33. *Donatus in Phorm. IV 3, 30:* haec hinc facessat . . . Plautus: 'argentum hinc facite' facito *Ritschelius: qui fragmentum huc rettulit: res dubia* 34. *Composuit Ritschelius e Nonii p. 102 et Serv. in Bucol. VIII, 71 his testimoniis:* excantare significat excludere. Plautus Bacchidibus: 'nam credo cuiuis excantare cor potest' *et* . . . 'nam tu quidem cuiuis excantare cor facile potes' nam tu equidem *Abraham 'Wochenschrift für klass. Philol.' a. 1885 p. 271.* nam tu quidem *Ritschelius: cf. Luchsius comm. pros. I p. 20: reliqua scripsi cum Ritschelio: cf. Opusc. vol. II p. 329 Ex initio potius quam quo Lachmannus in Lucr. p. 150 rettulit, ex v. 736, petitum* noenum, *quod e Bacchidibus excerptum exhibet gloss. Plaut.: cf. Ritschel. Opusc. vol. II p. 242 Intercidisse suspicor ueluti haec:* 1. Pistoclerus secum loquitur (v. 1—4). 2. Bacchis loquitur cum Pistoclero (v. 5—9). 3. Pistoclerus loquitur cum puero vel parasito Bacchidis e portu veniente (v. 21—26). 4. Puer (vel parasitus) loquitur cum Bacchide (v. 10—12). 5. Soror advenit cum puero. 6. Sorores colloquuntur inter se.

Act. I scaena 1 Emendatam et personis rectius quam antea distributam proposuit Ritschelius Musei Rhen. vol. IV (a. 1845) p. 361 sqq., denuo post editionem recensitam Opusc. vol. II p. 301 sqq. Plautinos

SOROR

Lepidé: licet.

BACCHIS

Vbi me fugiet mémoria, ibi tu fácito ut subueniás, soror.

SOROR

Pól magis metuo míhi in monendo né defuerit mémoria.

BACCHIS

Pól ego metuo lúsciniolae né defuerit cántio.
Séquere hac.

PISTOCLERVS

Quid agunt duaé germanae méretrices cognómines?

---

esse v. hos: 35—37. 39. 40. 41. 42—48. 52—55. 57—66. 68. 71. 70. 72. 89. 90. 92 sqq., reliquos e diascene repetendos censet Anspachius de Bacch. Plautinae retractatione scaenica p. 2 sqq.: contra quem disputavit P. Weise de Bacch. Plautinae retractatione quae fertur p. 1 sqq. Bacchides due. Pistoclerus adolescens *F.* bachides *CD. om. BZ Pers. notas usque ad v. 108 CD nullas, nisi ubi memorabuntur, habent, sed earum spatia vicaria in mediis quidem versibus.* A *et* E *pro Bacchidibus,* G *pro Pistoclero B: quo de dictum est Opusc. vol. II p. 294 et Prol. Trin.*[1] *p. XXIX. Bacchidis utriusque nulla in reliquis distinctio est: Ritschelium ut* BACCHIS *et* SOROR *potius quam* BACCHIS I *et* BACCHIS II *nominibus uteretur, codicis B in ultima fab. scaena exemplum movit: quem secutus sum* 35. BA.] E *B Verba* Quid . . . est *in ras. C* potis est *libri cum Charisio, nisi quod* potius *Z et in* potis *post* s *erasum est* st *in B.* potiust *Hermolaus, Pylades* ut tuta crās *cod. Charisii.* ut taceas *libri Plautini* ego loquar B^2 *cum reliquis.* eloquar B^1 SO.] A *B* licet *om. cod. Charisii: habent excerpta Bernensia* lepide licet *iungebatur ante Dousam* 36. BA.] E *B* fugiet *B.* effugiet *CD.* effugerit *FZ* ib *in* ibi *ex* ut *B* 37. BA.] A *B* mi in *Ritschelius* ne defuerit memoria *exempli causa scripsi.* ne defuerit oratio *libri.* ne defuerit optio *Ritschelius cum Bernaysio coll. Asin. v. 101, cum olim* ne defuerit monitio *proposuisset.* ne defuerit concio *Hugius in thesi post diss. de Q. Enni annal. l. 7—9 (ed. Bonn. a. 1852).* ne defuat oratio *Pylade duce Camerarius.* oratio ne defuat *Hermannus Contra versum delendum censent Ritschelius Opusc. vol. II p. 301 et Ussingius V. 38—42 quattuor versibus conclusos B habet, qui his vocibus terminantur:* — hac, — consuluistis, — mulier, — reperiam 38. BA.] E *B* Pol ego metuo *Ritschelius cum Reizio.* Pol quoque metuo *B.* Pol ego (Polego *D)* quoque metuo *CDFZ* Pol lusciniolae quoque metuo *Hermannus* lusciniolę ne *BC.* luscinio lene D^1. lusciniole ne D^3 ne defuat cantio *Pylades.* cantio ne defuat *Hermannus* 39. BA. *praemittit F, spatium B. Pistoclero dat Weisius* hac] me *C* PI.] G *B, quod posthac non notabo* due *D* germanę *D* meritrices *D*

Quíd in consilio cónsuluistis?

BACCHIS

Béne.

PISTOCLERVS

Pol haud meretríciumst.

BACCHIS

Míserius nihil ést quam mulier.

PISTOCLERVS

Quíd esse dicis dígnius?

BACCHIS

Haéc ita me orat, síbi qui caueat áliquem ut hominem réperiam
Áb istoc milite: út, ubi emeritum síbi sit, se reuehát domum.
Íd, amabo te, huic cáueas.

PISTOCLERVS

Quid isti cáueam?

BACCHIS

Vt reuehatúr domum,
Vbi ei dederit óperas: ne hanc ille hábeat pro ancillá sibi.
Nám si haec habeat aúrum, quod illi rénumeret, faciát lubens.

V. 40—41 inverso ordine collocavit Ritschelius 40. *Spat. praem. B* consilio *Ritschelius ut v. 1154.* concilio *libri* BA. Bene. Pl. Pol haud *Acidalius.* A bene pol G haud *B et sive* BA., Pl. *sive vacuis spatiis substitutis reliqui, nisi quod* pel D^1, pol D^2 *et* haut *C* meretricium est *C.* meretritium est *B.* meritricium est *D.* meretricum est *FZ* 41. BA.] A *B* dixis *Hermannus in Iahnii Ann. phil. nov. vol. XIX (a. 1837) p. 272* dignius D^2. dignus D^1Z 42. BA.] A *B* Hec *DF* ita] iam *Hermannus* Ita me haec *Hermannus in Iahnii Ann. phil. nov. vol. XIX (a. 1837) p. 272* qui] que D^1. qui D^2. quî *volebat H. Stephanus* qui caueat aliquem ut *om. Z* 43. Ab istoc milite *F, Ritschelius Opusc. vol. II p. 301.* Vt istoch militem *BCD.* Istoc milite *Z.* Ad istunc militem *cum Hermanno Ritschelius* emeritum *(prior* e *s. v.) D* se *Pylades.* seu *BCD.* se ut *FZ, Rauterbergius Quaest. Plaut. p. 9, ut olim Ritschelius* reueat *F* 44. Idamabo *D* te ut hic *F* Pl.] *spat. om. D* isti] si *F* caueam. A ut *B.* caueam A *(A s. v.)* ut *D.* caueam aut *C.* caueam ut *F.* caueam. BA. ut *Z: cf. Opusc. vol. II p. 295* reuehatur *C.* reueatur B^1D^1. reuch(h *s. v.)*atur B^2D^3. reuehat *Z.* reueam *F. cf. Parerg. I p. 418* 45. Vbi] Vt ubi *Hermannus* dederit *FZ.* dediderit *BCD Post* dediderit *in B spat. circ. 5 litterarum* operam *Langenus Beitr. p. 105: cf. Brixius ad Capt. 429*[3] *Colon post* operas *Ritschelius Opusc. vol. II p. 301 ponit cum aliis: in editione post* domum *colon posuerat, post* operas *comma* 46. si haec *CF.* si hec *D.* haec si *B.* si hic *Z* quid *Z* remuneret *F.* remaneret *Z* faţiat *et* c *sup.* ţ *B*

PISTOCLERVS

Vbi nunc is homost?

BACCHIS

Iam híc credo aderit. séd hoc idem apud nos réctius
Póteris agere: atque ís dum ueniat sédens ibi opperíbere.
Eádem biberis, eádem dedero tíbi, ubi biberis sáuium.

PISTOCLERVS

Víscus merus uostrást blanditia.

BACCHIS

Quíd iam?

PISTOCLERVS

Quia enim intéllego,
Éxpetitis palúmbem: perii, sí harundo alas uérberat.

---

48. *Huc spectare putat Loewius Prodr. p. 264 glossam Maii VI p. 536b:* obperibere : expectabis 49. *Charis. p. 209, 12:* Obiter diuus Hadrianus . . . cum Scaurus Latinum esse neget, addit quia ueteres eadem soliti sint dicere, non addentes uia, ut sit *κατὰ ἔλλειψιν*, ut Plautus, inquit: 'eadem bibes . . . sauium' 50. *Charis. p. 32, 14:* Plautus uiscus dixit*: quibuscum verbis cf. Exc. p. 548, 19:* hoc uiscum : *ἰξός*; sed Plautus uiscus dixit. *Porro huc spectare vidit Loewius Prodr. p. 256 glossam hanc Libri glossarum:* Viscum. genere masculino Plautus: 'uiscus merus et uera moratio' *(h. e.* uiscus merus est uestra oratio*). Unde probabilius est Charisium huc spectare quam ad Poen. 479. A Libro gloss. pendent Papias et gloss. Salomonis. Eodem spectat Cyrilli glossa haec (p. 495, 44): ἰξός :* uiscum. singulariter tantum declinatur: et dicitur: hic uiscus 50. 51. *Non. p. 219:* Palumbes *(*Palumbi *codd.)* . . . Plautus Bacchidibus: 'quia . . . palumbem'. *Cf. Charis p. 106 et glossam cod. Paris. (nouv. acq.) lat. 1298 hanc:* Palumbe. que in arboribus degerunt uĩg. *(sequuntur circ. 4 litt. erasae)* rauce palumbe plaunt. aliter unum expetitis inquid. palumbe

---

47. PI. *om. F.* P *in margine habet* D^3 homo st *B.* homo est *reliqui* BA.] A *B* credo aderit hic *B* sed *B.* s; *CD* apud *CFZ.* apꝑ *D.* ap' *B* 48. is dum ueniat sedens ibi *BCD.* is dum ueniat sedens hic *FZ.* ibi sedens dum is ueniat *Ritschelius cum Hermanno, in adnotatione* opperibere ibi sedens *reiciens.* is dum ueniat interibi *idem Opusc. vol. II p. 267* operibere *BF* 49. bibes *Z cum Charisio* eadem tibi dedero sauium *omissis reliquis Charisius* 50. *Cf. testim.* uostrast *B.* uŕa est *CD.* uestra est *FZ* blandicia *CDF* BA.] A *B* Quidiam *D* Quia] qui *Nonius* intelligo *Z* 51. *Cf. testim.* Expetitis *scripsi.* Duae *(*Duę *D)* unum expetitis *cum Nonio libri: at vix explicari cur duas unum expetere hoc loco dicat poeta recte exponit Muellerus Pros. Pl. p. 704.* Duae me unum *Ritschelius collato Fleckeiseno Exerc. p. 15 sq. et 26: quam scripturam*

Nón ego istuc facinús mihi, mulier, cónducibile esse árbitror.

BACCHIS

Quí, amabo?

PISTOCLERVS

Quia, Bácchis, Bacchas métuo et bacchanál tuom.

BACCHIS

Quíd est quod metuis? né tibi lectus málitiam apud me suádeat?

PISTOCLERVS

Mágis inlectum tuóm quam lectum métuo: mala tu's béstia.
Nam huíc aetati nón conducit, múlier, latebrosús locus.

BACCHIS

Égomet apud me síquid stulte fácere cupias, próhibeam.
Séd ego apud me te ésse ob eam rem, míles quom ueniát, uolò:
Quía, quom tu aderis, huíc mihique haud fáciet quisquam iniúriam.

---

missam facit cum Lachmanno (ad Lucr. p. 200) Opusc. vol. II p. 302, cum olim Duae iam unum *coniecisset.* Duae ut unum expetitis *Muellerus l. s. s.* Duae dum u. e. *Bergkius Op. I p. 674* palumbum *Quicheratius, Dousa ms.* perii, si harundo alas uerberat *scripsi.* perii harundo (arundo *CD)* alas uerberat *BCD.* parua hirundo (hyrundo *Z)* alas uerberat *FZ.* prope arundo alas uerberat *Ritschelius: idem interpretis esse* perii *proverbium explicantis, expulsum autem* iam *putabat Proleg. Trin. p. CCIII.* parum arundo alas uerberat *Hermannus.* perii arundo uerberat *Guyetus, Fritzschius Anal. Pl. p. 4: quam scripturam propter obscenitatem praefert Spengelius T. Maccius Pl. p. 208 adversante Ritschelio Opusc. vol. II p. 303.* perii: harundo alas uibrat *Fleckeisenus praef. Bacch. p. XII obnitente Ritschelio l. comm. et V p. 566.* pertica alas uerberat *Ribbeckius Mus. Rhen. vol. XII (a. 1857) p. 457, Palmerus Hermath. vol. IV (a. 1881) p. 135 sqq.* si arundo alas uerberat *Ussingius. cf. Anspachius p. 4* 52. istuc (istuch D^1) facinus (fatinus *B)* mihi *libri.* mihi istuc facinus *Ritschelius.* istuc mihi facinus *Ritschelius in adn., Fleckeisenus, Hermannus Nov. ann. vol. XIX (a. 1837) p. 272, qui et* mi istuc facinus. *contra* ego istuc facinus *omisso* mihi *Guyetus et* istuc fac. mihimet *om.* mulier *Anspachius p. 5* ee esse *B* 53. A Quid amabo *B* bacchis bacchas *Z.* bachis bach(h *s. v.)*as *B.* bachis bachas *reliqui* bacchanal *BZ.* bachanal *CDF* tuum *libri* 54. A Quid *B* est quod *Gronoviana.* est quid *libri* metuus *C* maliciam *DF.* malaciam *Lambinus* 55. illectum *libri* tuum *libri* tu es *CDFZ.* es tu es *B* 56. etati *C.* etati BD^2. etati D^1 latebrosus *ex* latobrosus *corr. B.* lathebrosus *F'* 57. BACCH. *Saracenus.* PISTOCLERVS *CD. om. BFZ* siquid *Camerarius.* quid *libri.* quidquid *codices quidam deteriores, Gertsius* ne quid stulte facere occupias *Fleckeisenus duce Lindemanno Nov. annal. vol. XIX (a. 1837) p. 132, atque* ne *etiam Bentleius adscripsit Post* cupias *erasa* es *B* 58. Sed *C, Saracenus.* A Sed *B.* A *(s. v.)* sed *D.* BA. sed *FZ: cf. Opusc. vol. II p. 294. 297* te esse apud me *Mahlerus p. 32* quom *F.* cum *reliqui* 59. quom *F.* cum *reliqui* adderis B^2. adderis B^1 huice *Ritschelius coll. Proleg. Trin. p. CLXX sqq.* iniuria *Z*

Tú prohibebis ét eadem opera tuó sodali operám dabis,
Ét ille adueniens tuám med esse amícam suspicábitur.
Quíd, amabo, opticuísti?

PISTOCLERVS

Quia istaec lépida sunt memorátui:
Éadem in usu, atque úbi periclum fácias, aculeáta sunt,
Ánimum fodicant, bóna distimulant, fácta et famam saúciant.

SOROR

Quíd ab hac metuis?

PISTOCLERVS

Quíd ego metuam, rógitas? adulescéns homo
Pénetrem me huiusmodi ín palaestram, ubi dámnis desudáscitur?
Vbi pro disco dámnum capiam, pró cursura dédecus?

---

66. *Donatus ad Phorm. III 1, 20:* Bene palaestram eius dixit lenonis domum, in qua est exercitus amator assidue. Plautus Bacchidibus 'a palaestra . . . desudascitur': *quae vulgantur, interpolata esse videntur* Desudescere *explicat Plac. p. 32, 2*

---

60. prohibebis *ex* prohiberis *D* eandem B^2. eandem B^1 tua *ex* tuo *D* *V. 61—64 ita discriptos B habet, ut vocibus terminentur* opticuisti, aculeata sunt, amici page, malacissandus es 61. tuam medesse *C.* tuam medesse *(post* medesse *erasum* et*) D*^{1}. tuam med (*et* e *s.* d*)* esse D^2. tuam me esse *BFZ.* me tuam esse *Hermannus.* tuam memet esse *Umpfenbachius p. 27* 62. *Ante* Quid *spatium lineola deletum B* obticuisti *FZ.* obstipuisti '*nonnulli libri*' *Lambini* PISTOCŁ. *CD* istec *BCDF* laepida *CD* memora tua *C.* memoratu *Z* *Inter 62 et 63 unius versus scriptura vacat in D* 63. *Spat. praem. B* periclum *BCD.* periculum *FZ* facias *ex* facaas *B* 64. distimulant *ex* destimulant *B.* dissimulant *Z* *Ante* facta *spat. B* *Sequitur hic in libris v. 73 (sed ut suo loco redeat): deleri iussus ab Acidalio, Guyeto, frustra defensus a Ladewigio Mus. Rhen. vol. III (a. 1843) p. 524 sq. Vide Ritschelium Opusc. vol. II p. 297. hic adscriptus esse videtur a diasceuasta qui v. 65—72 omitti voluit: nisi forte censes in ea re signum esse, versus 72 et 73 olim post 64 collocatos fuisse inter Bacchidem Athen. et Pistoclerum distribuendos* 65. E Et quid *B, Gronovius.* BA. Hei quid *Bothius* adulescens homo *Bothius.* homo adulescens (adolescens *FZ) libri* rogas? homo adulescentulus *Camerarius, Schoellius Anal. Pl. p. 51* 66. Penetrem me *Bothius, Ussingius duce Lysandro (quaest. crit. et gramm. p. 57).* Penetrem *Donatus interpolatus.* Penetrare *libri, Ritschelius* huius modi *BD* in palestram *BCD.* a palestra *cod. Canonic. Donati* damnis] demens *cod. Canonic. Donati.* donis *Britzlmayrius programmatis Landishut. a. 1867/68 p. 5.* dominis *vel* dominae *Bothius. Aut* damnis *aut* damnum *proximo versu corruptum dicit Ritschelius* desuadascitur *C* *V. 67 cum Ribbeckio praef. Stich. p. XVIII*

SOROR

Lépide memoras.

PISTOCLERVS

Vbi ego capiam pró machaera túrturem,
[Vbique inponat ín manum alius míhi pro cestu cántharum]
Pró galea scaphiúm, pro insigni sít corolla pléctilis:
Pro hásta talos, pró lorica málacum capiam pállium:
Vbi mi pro equo léctus detur, scórtum pro scúto áccubet?
Ápage a me, apage.

SOROR

Ah, nímium ferus es.

PISTOCLERVS

Míhi sum.

SOROR

Malacissándus es:
Équidem tibi do hanc óperam.

PISTOCLERVS

At nimium prétiosa's operária.

---

delebat Ritschelius Opusc. vol. II p. 304. cf. Schneidewinus Philol. vol. V (a. 1850) p. 376 scamnum *pro* damnum *scribens* 'disco] *habuerunt omnes* uisco': *Longolius: quod quo spectet prorsus latet* dampnum *D* 68. BA.] A *B, Anspachius p. 4* PIS$\overline{T}$ *D.* PISTOCŁ *C* machera *BCD* *V. 69 delet Buechelerus Woelfflini Arch. t. II p. 117: quem ex diasceue repetierat Anspachius p. 6* imponat *F.* imponant *Z* ĩmanũ *C.* in manu *Z* pro cestu] incestu *D: corr. eadem manus* chantharum *B* 70. Scaphium pro galea *Hermannus: vide Prol. Trin. p. CCLXXII* scaũium (*fuerat* scauium) D^1. scafium D^2Z corola *Z* pectilis *BZ* 71. asta *BC* talos *Anspachius l. s. s., Buechelerus loco v. 69 commemorato.* talus *libri, Ritschelius* mala cũ *C.* malachum *Z* 72. Vbi mi *Hermannus.* Vbi mihi *libri: vide Proleg. Trin. p. CCXCII.* Vbique *Ritschelius olim* pro equo *Z.* preco *DF.* p̃co *BC* *Ante* scortum *vacuum spatium D* scurtum *Schoellius Anal. Pl. p. 46: cf. ibidem p. 114* accubet *FZ.* accumbet *BD.* accumbent *C.* accubem *Muellerus Nachtr. p. 122* 73. *Huius versus quas lectiones libri post v. 64 habeant additis circulis indicavi* a me apage *FZ utroque loco et (D).* ame apage *(C)* (B^2). ameapage (B^1). mea apage *BCD* A. ah nimium *B(B).* Ah nimium *cum spat. C (C).* Ah nimium *(ni e corr.) (D).* A nimium *D* PIS$\overline{T}$ *D (D).* PISTOCŁ *C (C)* SO.] A *B (B). spat. om. D (D): cf. Anspachius p. 4* malacissandus *Z.* malacisandus *reliqui* 74. *Bacchidi eidem continuandum esse dixit Ritschelius Opusc. vol. II p. 300: alteri tribuit Hermannus.* BA. *praem. F, non BCDZ* dabo *Z* PIST.] *spat. om. D* ah *B* preciosa es *FZ.* p̃ciosa es *BCD*

BACCHIS

Símulato me amáre.

PISTOCLERVS

Vtrum ego istuc iócon adsimulem an sério?

BACCHIS

Héia, hoc agere méliust: miles quom húc adueniat, té uolo
Me ámplexari.

PISTOCLERVS

Quíd eo mi opus est?

BACCHIS

Vt ille te uideát uolo:
Scío ego quid ago.

PISTOCLERVS

Et pól ego scio quid métuo. sed quid aís?

BACCHIS

Quid est?

PISTOCLERVS

Quíd si apud te eueniát desubito prándium aut potátio
Fórte aut cena, ut sólet in istis fíeri conciliábulis,
Vbi ego tum accubem?

---

75. *Charis. p. 220, 24:* Serio pro uere . . . Plautus in Bacchidibus: 'iocon . . . serio'

---

75. BA.] A *B* Simi(u *s. v. m. 2)*lato *B* mea mare *CD* Vtrum] uerum *Z.* iterum *C* ego istuc *(*istunc B^1*:* n *del. lineola* B^2*)* iocon adsimulem *(*ad similem *D: ubi eadem m.* u. *s.* i *post. scripsit) libri.* ego iocon id simulem *Ritschelius: cf. Proleg. Trin. p. CCXXXVI. CCLXXV.* ego, iocon assimulem *Hermannus* anserio *D* 76. BA.] A *B* Heia *BCD.* Eya *F.* Èia *Z* meliust BD^2*, Ritschelius Proleg. Trin. p. CCCXXV.* melius CD^1FZ agerest melius *Fleckeisenus* quom *F.* quam *BCD.* cum *Z* te *om. Z* 77. Meam plexari D^1*: corr.* D^2*.* Mea amplexari *C* PIST.] G *A. om. sine spatio CD cum reliquis* quid eo *BC et D post ras.* quid ego *ante rasuram D.* quidem *FZ* mi opus est *Hermannus Iahnii Annal. vol. XIX (a. 1837) p. 273, Ritschelius: cf. Proleg. Trin. p. CCLIX.* mihi opus est *BDF.* mihi opus *C.* opus est *Z* BA.] A *B. spat. om. CFZ* 78. Scio ego *Ritschelius, Reizius.* Scio *libri: cf. Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 258* quid *BC.* qd *D.* quod *FZ* Et ego pol *Ritschelius: cf. Muellerus Nachtr. p. 104, Kellerhoffius p. 62* BA.] A *B* 79. Quid *om. Hermannus* eueniat *Camerarius.* ueniat *libri.* euenat *Hermannus Iahnii Annal. vol. XIX (a. 1837) p. 273: cf. Proleg. Trin. p. CCXII* desubito *extremo versu additum post* ueniat *inserendum indicat* B^2 80. aut] ut *C* cena *BCFZ.* caena *D* fieri inistis fieri *B* concilia bulis *D.* conciabulis *F* 81. Vbi ego tum accubam *superiori versui continuat B* accubem *Camerarius.* accubam B^2C*.* accumbam B^1*.* adcubiam *Z.* accubiam *DF* BA.] A *B. spat. om. CD* apud *ex* aput *C.* Aput B^1*.* Apud B^2 accubet *F.* accumbet *BCDZ*

BACCHIS

Ápud me, mi anime: ut lépidus cum lepida áccubet.
Lócus hic apud nos, quámuis subito uénias, semper líber est.
Vbi tu lepide uóles esse tibi, méa rosa, mihi dícito:
'Dáto qui bene sit'. égo ubi bene sit tíbi locum lepidúm dabo.

PISTOCLERVS

Rápidus fluuius ést hic: non hac témere transirí potest.

BACCHIS

Átque ecastor ápud hunc fluuium áliquid perdundúmst tibi.
Mánum da et sequere.

PISTOCLERVS

Ah mínume.

BACCHIS

Quid ita?

PISTOCLERVS

Quía istoc inlecebrósius
Fiéri nil potést: nox, mulier, uínum, homini adulescéntulo.

---

85. *Charis. p. 221, 11:* Temere pro facile Plautus in Bacchidibus: 'rapidus ... potest' *Serv. Dan. ad Aen. IX 327:* Temere significat et facile. Plautus: magnus est hic ... potest' *Cf. idem ad Aen. IX v. 373* 87. 88. *Charis. p. 202, 34:* Inlecebrosius Plautus in Bacchidihus: 'istoc ... potest' *Donatus ad Adelph. III 4, 24:* Plautus in Bacchidibus: 'quia ... adolescentulo'

---

82. aput B^1. apud B^2 83. tu lepide uoles esse tibi *libri.* uoles tu tibi esse lepide *Ritschelius coll. Proleg. Trin. p. CXLIX. CCXXVI sq.* tu bene uoles tibi esse *Hermannus Iahnii Annal. vol. XIX (a. 1837) p. 273.* uoles tibi esse lepide *idem edidit. De* ules *noli cogitare cum Kochio Nov. annal. vol. CI (a. 1870) p. 685* mea rosa, mihi dicito: *interpunxit Ritschelius recte: cf. Asin. 664.* mea rosa *ad verba* Dato *e. q. s. construit Lambinus* 84. PI. *praem. F* Da tu *Ritschelius: cf. Proleg. Trin. p. CCLXVII* quibenesit *D* sit. BA. ego *F* ubi bene sit *libri.* ubi sit *Ritschelius.* bene ubi sit *idem Opusc. vol. II p. 305* *'Licebat etiam, sed longius a libris:* Dá qui bene sit, ego bene ubi sit' *Ritschelius* 85. Rapidus fluuius est hic *libri cum Charisio et Servio Dan. posteriore loco.* Magnus est hic fluuius *Servius Dan. priore loco* non hac *corr. D^3 ex* non ac *(D^1)* transiri B^2CD^2. transire B^1D^1 86. BA.] A *B* castor *C* aput B^1. apud B^2 fluuiumst *et mox* perdundum *Ritschelius olim: cf. Proleg. Trin. p. CXCIV: Muellerus Pros. p. 549* hodie *vel* iam *vel* nunc *intercidisse suspicatur* perdundumst *B.* perdundum est *reliqui* 87. da consequere *F Z* ah *F.* aha *reliqui* minime *libri* BA.] A *B* istoc] hoc *cod. Canonic. Donati* inlecebrosius *B, Charisius e corr.* illecebrosius *C D F.* cerebrosius *cod. Canonic. Donati.* illecebrosus *Z* 88. nihil *libri: om. cod. Canonic. Donati* pote quam *Gertzius* adolescentulo *C*

BACCHIS

Age igitur: equidém pol nihili fácio nisi causá tua.
Ílle quidem hanc abdúcet: nullus tu ádfueris, si nón lubet.

PISTOCLERVS

Súmne autem nihilí, qui nequeam ingénio moderarí meo?

BACCHIS

Quíd est quod metuas?

PISTOCLERVS

Níhil est: nugae. múlier, tibi me emáncupo:
Túos sum, tibi dedo óperam.

BACCHIS

Lepidu's. núnc ego te facere hóc uolo:
Égo sorori meaé cenam hodie dáre uolo uiáticam:
Eó tibi argentúm iubebo iam íntus ecferrí foras:
Tú facito opsonátum nobis sít opulentum opsónium.

PISTOCLERVS

Égo opsonabo: nám id flagitium meúm sit, mea te grátia

---

95. *Charis. p. 201, 5:* Intus Plautus . . . in Bacchidibus: 'ego . . . foras'

---

89. BA.] A *B* *Ante* pol *spat. circ. 7 litt. B* nihil *Z* nisi causa tua *ad v. 90 construit Hermannus Iahnii Annal. vol. XIX (a. 1837) p. 274* 90. *Vac. spat. praem. D* nullus tu *Ritschelius.* tu nullus *libri.* tu nullum *Luchsius Comm. pros. I p. 1 ante Brixium Nov. annal. vol. CXXXI (a. 1885) p. 206: cf. tamen Abraham 'Wochenschrift für Philol.' a. 1885 p. 273.* nullus *Guyetus* 91. Summe *C* nichili *D* nequam *CF* 92. BA.] E *B: cf. Opusc. vol. II p. 299 et Anspachius p. 4* Quidē *C* PI. nihil est *Z.* nihil est G *B.* nihil est PIST̄ *CDF* nugae *C.* nugę B^2. nuge B^1D. nunc ego *FZ* mulier *et* o *s.* m *vocativi causa B* emancupio *C* 93. Tuus *libri* BA.] A *B* lepidu's. nunc *Meursius.* lepidus nunc CB^1D^1: es *sup.* nunc *adscripserunt* B^2D^2. lepidus es nunc *FZ:* lepidus, nunc *Olsenus p. 31* ego facere te *Ritschelius.* te facere ego *Hermannus* 94. mee B^1. meę B^2 hodie cenam *Hermannus, Ritschelius: vide Proleg. Trin. p. CCLV* dare *B.* dari *reliqui* 95. Eo *Hermannus.* Ego *libri cum Charisio.* Ergo *Dousa* iubebo *Charisius, Pius.* iubeo *libri* iam] tam *Charisius.* nam *F* ecferri *D.* ec ferri *B.* et ferri *C.* efferri *FZ.* et ceteri *codex Charisii* 96. facito opsonatum nobis sit *B, Ritschelius Proleg. Trin. p. CCLV.* facito ñobis obsonatum s̈it *D.* facito nobis obsenatum sit *C.* facito sit nobis obsonatum *F.* facito sic nobis obsonatum *Z.* opsonatum facito nobis sit *Hermannus* opsonium *B.* obsonium *(*ob sonium *D) reliqui* 97. Pl.] G *B. om. FZ: add. Saraccnus* Ego opsonabo *B.* Ego obsanabo *C.* Ego obsonabo *DF'Z.* Opsonabo ego *Ritschelius cum Guyeto* obsonabo. BA. Nac id *Hermannus Iahnii*

Ét operam dare mi ét ad eam operam fácere sumptum dé tuo.

BACCHIS

Át ego nolo dáre te quicquam.

PISTOCLERVS

Síne.

BACCHIS

Sino equidem, sí lubet.

Própera amabo.

PISTOCLERVS

Príus hic adero, quám te amare désinam.

SOROR

Béne me accipies áduenientem, méa soror.

BACCHIS

Quid ita, ópsecro?

SOROR

Quía piscatus meó quidem animo hic tíbi hodie euenít bonus.

BACCHIS

Méus ille quidemst. tíbi nunc operam dábo de Mnesilochó, soror,
Vt hic accipias pótius aurum quam hínc eas cum mílite.

---

100. *Donatus ad Eun. IV 2, 13:* Amare modo frui amore dicit. Plautus in Bacchidibus: 'prius ... desinam'

Annal. vol. XIX (a. 1837) p. 275 meum sit *CDFZ.* sit meum *eraso* sit *post* meum *B.* sit *Lomanus Spec. crit. p. 46, Ritschelius* te gratis] tegram *C* 98. mihi *libri* adeam *D* facerere *Z* detuo *D* 99. BA.] A *B.* BA. *F.* PI. *Z. om. CD: cf. Hermannus loco modo commemorato* dare nolo dare *(prius* dare *lineola del. m. 2) B* quicquam. G sine A sino equidem *B.* quicquam *(spat.)* sine *(spat.)* sinoe quidem *C.* quicquam *(spat.)* sine *(spat.)* sinequidem *(o sup. e prior. scripsit D^2, e expunxit D^3) D.* quicquam sine. BA. sino quidem *FZ* 100. *'Interpretare: citius huc recurram quam nunc finem facio amplexui' Ritschelius* hic adero] adē p *cod. Canonic. Donati* 101. SO.] E *B* me accipies *Bentleius.* me accipis *libri.* me accepisti *Hermannus Iahnii Annal. vol. XIX (a. 1837) p. 276, Ritschelius Opusc. vol. II p. 306.* med accipis *Ritschelius cum Guyeto ediderat: cf. Proleg. Trin. p. CCLXXII. Alia temptat Roeper Philol. vol. XVIII (a. 1862) p. 240* BA.] A *B.* PI. *FZ. spat. CD* obsecro *libri* 102. SO.] E *B. om. FZ: add. Saracenus* animo *om. Z* 103. BA.] A *B. om. FZ: add. Angelius* ille quidē st *CD.* ille quidem est *BF.* quidem ille est *Z, Hermannus. cf. Proleg. Trin. p. CCXXV* de mnesilo cho *(ch in litura)* soror *B.* demnesilo cho soror *D.* de mnesi lochosor *C.* de mnesiloco soror *Z* 104. hinc *FZ* Hic ut aurum accipias potius *edidit Ritschelius etiam* Vt tu hic potius aurum accipias *proponens: quas scripturas postea reiecit*

SOROR

Cúpio.

BACCHIS

Dabitur ópera. aqua calet: eámus hinc intro út laues.
Nám ut in naui uécta's, credo tímida's.

SOROR

Aliquantúm, soror.

[Simul huic nescio qui turbare qui huc it: decedamus.]

BACCHIS

Séquere hac igitur me íntro in pyelum, ut sédes lassitúdinem.

---

106. *Donatus ad Adelph. III 2, 7:* Timidum perturbatum . . . Sic Plautus in Bacchidibus: 'non ut mari timide' *(ita cod. Canonic.)* *Idem ad Phorm. II 1, 54:* Timidum perturbatum. Plautus: 'nam ut ex mari timida es' *Idem ad Eun. IV 2, 14:* Timida modo aegra, turbata, commota. Plautus: 'manum ex mari timide' *Idem ad Hec. III 1, 41:* Pauere et timere et ad corporis et ad animi perturbationem ueteres referebant. Plautus in Bacchidibus: 'nam ut ex mari timida ecce ergo' *(ita cod. Canonic.)*

---

105. SO.] E *B* BA.] A *B*. PI. *FZ* opera *(o ex* a*) B* *Post* opera *spat. D, pro quo* BA. *F* aqua calet *libri, nisi quod* kalet *B notabili scriptura et spat. post* calet *D.* calet aqua *Hermannus, Ritschelius. cf. Proleg. Trin. p. CCXXVII* eamus hinc kinc intro *B eraso* kinc *B* leues *Z* 106. *Totum v. post v. 107 iterant BC: cf. Parerg. p. 420* in naui $B(C)D^2$. in nau *(B).* naui CD^1. e naui *FZ: cf. Donati testimonia et Ritschelium Opusc. vol. II p. 342* uecta's *Ritschelius.* uectes *C(C)D.* uecta es *BFZ* timida es *libri* SO.] E *B. om. (B)*

107. *Verba aut aliunde illata aut olim alio in conexu posita uncis circumdedit Ritschelius Opusc. vol. II p. 306: cf. Schneidewinus Philol. vol. V (a. 1850) p. 375 sq. et Ladewigius Philol. vol. XVII (a. 1861) p. 268* huic *BCD.* hic *FZ* quiturbarequi huc it decedamus *B.* qui turbare qui huc it decedamus *C.* qui turbare qui huc te decedamus *D.* quid turbae *(*turbe *F)* est *(om. F)* quin hinc decedamus *FZ*

Simul hic nescio qui turbare coepit: decedamus hinc *Ritschelius: cf. Opusc. vol. II p. 356. 357 sqq.* Simul huic nescio quid turbarumst qui huc it: decedamus hinc *idem olim.* Simul hic nunc nescio qui turbat, qui huc it: quin decedimus *Hermannus edidit: cf. idem Iahnii Annal. vol. XIX (a. 1837) p. 276.* Simul hic nescio qui turbare uisust *e. q. s. Fritzschius Anal. Pl. p. 4.* Simul huic nescio cui turbare qui huc it decedamus. BA. Hui *Vahlenus Hermae vol. XV (a. 1880) p. 260*

108. BA.] A *B. om. FZ* kac *B.* hanc *C* me igitur *Kellerhoffius p. 84* meintro *D* in pyelum *Seyffertus coll. Stich. v. 568 Philol. vol. XXIX (a. 1870) p. 390.* in lectum *libri (in B praecedit rasura circ. 8 litt.).* lotum *Beckerus Quaest. de com. Rom. fab. p. 8, Ritschelius: pro quo Plautum* lauatum *dicturum fuisse docet Langenus p. 298.* in lectu *Vahlenus Hermae vol. XV (a. 1880) p. 260 cum sequentibus iungens*

ACTVS II

LYDVS. PISTOCLERVS

LYDVS

Iamdúdum, Pistoclére, tacitus té sequor
Exspéctans, quas tu rés hoc ornatú geras.
Namque íta me di ament, út Lycurgus míhi quidem

Act. I scaena 2 '*Actuum descriptionem secutus sum eam quam Mus. phil. IV p. 597 sqq.* [= *Opusc. vol. II p. 354 sqq.*] *explicavi: nisi quod, quem illic secundum actum feci, in duos esse dispertiendos intellexi: nec enim per breviculae scenae quae est a. v. 368 ad 384 intervallum fieri potuisse videtur, ut illa omnia Mnesilochus e Chrysalo rescisceret quae v. 390 sq. et 392 sq. sibi innotuisse testatur. Quo evenit ut sex actibus divisam fabulam non reformidandam putarem*' *Ritschelius: quem secutus sum nisi quod actus II et III cum Spengelio de actibus p. 36 rursus in unum coniunxi* *Enarravit hanc scaenam Schneidewinus Musei Rhen. vol. II (a. 1843) p. 415 sqq. Duplicis recensionis vestigia tractaverunt Brachmannus l. s. s. p. 115—123 et Anspachius l. s. s. p. 6—11, quorum ille duplicem constituebat recensionem, hic triplicem: utrique oblocutus est P. Weise l. s. s. p. 6—8: ego quid sentiam suo loco apparebit* LIDVS SERVVS·ET PISTOCLERVS ADOLESCENS *BCD, nisi quod* ET *om. B.* Lydus seruus. Pistoclerus adulescens *FZ* 109. LIDVS *prope constanter BCD* 110. Exspectans quas tu res *Weisius, Fritzschius ind. Rostoch. (a. 1846) p. 4, Bergkius Opusc. vol. I p. 130. 176.* Spectans quas tu res *libri, nisi quod* tures *B et* spectans *corr. ex* spectaris *expunctis* ri *et suprascripta* n D^2. Spectans quas tute res *Camerarius.* Inspectans quas tu res *Ritschelius, Hermannus* hoc] h *e* k *corr. B* *V. 111—127 exhibui ordine librorum servato: quos ita collocat Brachmannus: 113—117. 111. 112. 118—124, versus 125 sq. frustula alius recensionis esse suspicatus: contra tres recensiones Anspachius distinguit hasce: A: 111—120. 121. 124. 127. B: 111—120. 123. 122. 127. C: 111—112. 125. 126. 127. mihi duplicis recensionis vestigia incertiora esse videntur: nec probo, quod v. 125 et 126 olim post v. 112 transponebam Act. vol. VI p. 320, quos post 131 collocaverat Ladewigius Philol. vol. XVII (a. 1861) p. 269* 111. nanque *F.* nam *Z* diament *D.* dii ament *FZ* ligurgus *BCD*

Vidétur posse hic ád nequitiam addúcier.
Quo núnc capessis téd hinc aduorsá uia
Cum tánta pompa?

PISTOCLERVS

Húc.

LYDVS

Quid, huc? quis istíc habet?

PISTOCLERVS

Amór, Voluptas, Vénus, Venustas, Gaúdium,
Iocus, Lúdus, Sérmo, Suáuisauiátio.

LYDVS

Quid tíbi commercist cúm dis damnosíssumis?

PISTOCLERVS

Malí sunt homines quí bonis dicúnt male.
Tu dís nec recte dícis: non aequóm facis.

LYDVS

An déus est ullus Suáuisauiátio?

PISTOCLERVS

An nón putasti esse úmquam? o Lyde, es bárbarus,

---

112. hic] hisce *Ussingius* 113. ted *Guyetus.* te *libri.* tu te *Pylades* istinc *Umpfenbachius Mel. Pl. p. 29* aduersa *libri.* aliouersa *Ussingius.* auorsa *Brachmannus* 114. pompad *Guyetus, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 78.* pompa hac *Muellerus Pros. p. 503* huc] h *e* k *B* huc lidus. quid *CD.* Huc LY. Huc? quid *Hermannus* huc] h *e* k *B* habeť *B.* habitat *F* 115. Amor] A *ex* V B^2 116. Suauisauiatio *cum Hermanno Ritschelius:* suauis suauiacio *B (u del. m. 2).* suauis sauiatio (sauiacio *D) CDF'Z.* Suauisuauiatio *Ussingius coll. Pseud. v. 65 (A).* Sauisauiatio *Bergkius Opusc. I p. 145* 117. lidus *quasi in contextu CD* commercist *B.* commercii est *CD.* commertii est *FZ* dis *BCD.* diis *FZ* dampnosissimis *D.* damnasissimus *C.* damnosissimis *BFZ* 118. bonis] deis *van Ijsendijk de Plauti Persa thes. III* 119. diis *F* nec recte dicis. non B^2CDF. non recte dicis. non B^1. nec dicis recte nec *FZ* aequum *C.* ęquum *DZ.* equum *BF* 120. lidus *quasi in contextu C* Suauisauiatio *Hermannus.* suauis suauiatio *BZ, nisi quod* u *et* c *pro* t *B.* suauis sauiatio *DF.* suauis sauitio *C.* Suauisuauiatio *Ussingius: cf. v. 116* 121. putasti esse umquam (unquam *DF.* nunquam *Z)?* o *libri, quod defendi fortasse potest: si non potest, cum Bergkio Opusc. I p. 145* putasti esse umquem *scribam.* putasti esse? hem quam, o *Ritschelius.* putasti esse? nimium quam o *Gruterus.* putasti? est inquam. o *Hermannus, Fleckeisenus* (putas) *praef. Bacch. p. XII.* esse eum? quam o *Sigismundus de Haul p. 233* lide *BCDZ, nisi quod* olide *iungunt CZ* es *ex* ẽs *C*

Quem ego sápere nimio cénsui plus quám Thalem.
I, stúltior es bárbaro potício,
Qui tántus natu deórum nescis nómina.

LYDVS

Non híc placet mi ornátus.

PISTOCLERVS

Nemo ergó tibi
Hoc ádparauit: míhi paratumst quoí placet.

LYDVS

Etiám me aduorsus éxordire argútias?
Qui sí decem habeas línguas, mutum esse áddecet.

PISTOCLERVS

Non ómnis aetas, Lýde, ludo cónuenit.

---

123. *Festus Pauli p. 216:* Putitium Plautus dicit pro stulto *Apud Festum ignem effugerunt haec:* tior est barbaro: *quae melius quam O. Muellerus sic supplet Merklinus (Observ. p. 8):* Putitium Plautus in Bacchidibus rettulit pro stulto quom ait: 'is stultior est barbaro Putitio'. *Cf. Leidolphus de Festi et Pauli locis Pl. p. 247 et Buechelerus Mus. Rhen. vol. XXXVII (a. 1882) p. 530*

V. 122—124 hoc ordine collocat Bergkius l. s. s.: 124. 122. 123
122. ego *om. Hermannus* talem *C* 123. i *in litura B.* is *CDFZ* stultior es *BCDF, Ritschelius Proleg. Trin. p. CLXXV.* stultior est *Z.* stultior tu es *Hermannus.* tior est *apparent in Festi codice: quibus usus est Bergkius l. s. s.* is stultior est *scribens* barbare *DZ* poticio *vindicavit Buechelerus Mus. Rhen. vol. XXXVII (a. 1882) p. 530.* poticio *BCF, codd. Pyladis.* poticio (ci *s. v. m. 2) D.* putitio *legisse videtur Paulus.* Poticio *Ritschelius* 124. natu *in ras., in qua* deorum *fuit, B De v. 125 sq. cf. quae adnotavi v. 111—127* 125. hic] h *e* k *corr.* B^2 mihi *BC* 126. hoc *Z, Guyetus.* Haec *BC.* hec *DF.* Hunc *Bothius* apparauit *libri* Noenu ergo *(vel* ego*)* tibi *(vel* Non corgo tibi*)* haec apparaui *margini adscripsit Bergkius: cf. Opusc. I p. 674* michi *D* paratum est *libri.* paratust *Bothius* quoi *B.* cui *reliqui* licet *C* 127. me aduorsus B^2D^2. meaduorsus B^1. me aduersus CD^1FZ. med aduorsum *edidit Ritschelius, improbat Nov. exc. p. 44* argucias *B* 128. Qui si] quasi *F.* Quoi si *Bothius*
V. 129—169 triplicis recensionis esse vult Anspachius p. 11 sic describendos: A. 129—136. 145—147. 151. 152. 148. 150. 161. 162. 163—165. 168. 169. B. 137—144. 145—147. 151. 153—158. 159. 160. 168. 169. C. 129—136. 145. 149. 161. 162. 166—169. duas recensiones agnoverat Brachmannus: 129—131. 163—165. 134. 135 = 129—131. 132. 133. 134. 135 et paulo post 147. 152. 148. 149. 153—160. 168. 169 = 147. 150. 151 (lacuna unius versus). 161. 162. 166—169. contra quos disputat Paulus Weise l. s. s. reliquorum sententiae suo loco commemorabuntur 129. ętas *C* lide *BCD*

Magis únum in mentemst míhi nunc, satis ut cómmode
Pro dígnitate opsóni haec concurét coquos.

LYDVS

Iam pérdidisti te átque me atque operám meam,
Qui tíbi nequiquam saépe monstrauí bene.

PISTOCLERVS

Ibidem égo meam operam pérdidi, ubi tú tuam:
Tua dísciplina néc mihi prodest néc tibi.

LYDVS

O praéligatum péctus.

PISTOCLERVS

Odiosús mihi's:
Tace átque sequere, Lýde, me.

LYDVS

Illuc sís uide:
Non paédagogum iám me, sed Lydúm uocat.

PISTOCLERVS

Non pár uidetur néque sit consentáneum,
Quom haec íntus sint et quóm erus cum amica áccubet

---

134. *Charis. p. 201. 23:* Ibidem Plautus in Bacchidibus: 'ibidem ... tuam'

---

130. in mentemst *Ritschelius in adnotatione, Fleckeisenus praef. Bacch. p. XII.* in mentest *B, Ritschelius.* in mente est D^2CFZ. in mente D^1 *Post* mentest *rasura circ. 7 litt. in B* 131. opsonii *B.* obsonii *CDFZ* hoc *Bothius* concurret *F* cocus *BCDF.* coquus *Z* 133. nequiquam *BCD.* nequicquam *FZ* sepe *BCDF* monstrauit *C* *Interrogationis signum ponit Ussingius* 134. ego meam operam perdidi ubi *B cum Charisio.* meam operam perdidi ubi *CDFZ.* meam operam perdidi ego, ubi *Ritschelius.* meam operam perdidi cubi *idem Opusc. vol. III p. 137 duce Bergkio Beitr. p. 119. hiatum excusant Lachmannus in Lucr. p. 387 et Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 23, vix recte* 135. nec tibi *BZ.* neque tibi *reliqui* 136. prẹligatum *B (*p *ex* p *rasura facta corr.).* preligatum *CDF.* perligatum *Z* mihi es *libri* 137. ac *FZ* lide *BCD* sise *corr. in* sis *B.* scis *Z* 138. pedagogum *libri* lidum *BCD* 139. uidere *Z* 140. Quom haec intus sint *scripsi.* Cum haec intus sit *B.* Cum haec intus intus sit *CD, nisi quod* hec *D.* Cum hic intus sit *FZ, Ritschelius coll. Proleg. Trin. p. CLXXXII.* Cum herus hic intus sit *Pylade duce Camerarius.* Cum hic intus erus sit *Muellerus Nachtr. p. 87 cum Ritschelio Nov. exc. p. 69.* Quom ephebus intus sit *Vahlenus Hermae vol. XV (a. 1880) p. 259.* Quom erus in conuentu

Quomque ósculetur ét conuiuae alii áccubent,
Praeséns ibi paedagógus una ut ádsiet.

LYDVS

An hóc ad eas res ópsonatumst, ópsecro?

PISTOCLERVS

Sperát quidem animus: quo éueniat dis ín manust.

LYDVS

Tu amícam habebis?

PISTOCLERVS

Quóm uidebis, túm scies.

LYDVS

Immó neque habebis néque sinam: i cursím domum.

PISTOCLERVS

Omítte, Lyde, ac cáue malo.

LYDVS

Quid, cáue malo?

---

sit *Ussingius*. Quom hic ipsus intus siet *Bothius*. Quom haece intus assint *Hermannus* et quom erus cum *scripsi*. et cum *libri* et una cum amica *Ritschelius*. et cum amica una *Muellerus l. l. s.* et cum amicad *vel* et cum sua amica *Ritschelius Nov. exc. p. 69.* et erus cum amica *Hermannus* accumbet *B* Quom cenet intus et cum amica amans cubet *Palmerus Hermath. vol. IV (a. 1881) p. 137* 141. cumque *BCD*. cunque *FZ*. et] et cum *F* conuiue *BF* 142. Praesens ibi paedagogus una *scripsi*. Praesentibus (presentibus *BF*) illis paedagogus (pedagogus *BCD*) una (unam *D*) *libri*. Praesens ibi illis paedagogus *Lindemannus Iahnii Annal. vol. XIX (a. 1837) p. 140.* Praesente una illis paedagogus *Hermannus Bothio duce.* Praesente ibus una paedagogus *Ritschelius cum Scaligero et Guyeto* (iis *pro* ibus)*: cf. Spengelius ad Truc. I 2, 14* (praesente una ībus) *et Dziatzko Zeitschr. für roman. Philol. vol. VII p. 127.* Praesens ibi ullus paedagogus *Ussingius*. Praesentibus illis paedagogus *Frid. Schmidt de demonstr. pron. form. p. 68 et Vahlenus l. v. 140 indicato.* Praesens simitu paedagogus *Muellerus Nachtr. p. 87* ut adsiet *scripsi*. ut siet (sicet *D*) *libri*. ut sies *Lorenzius in Bursiani Annal. 1874/5 p. 663* 143. opsonatum st *B*. obsonatum est *reliqui*. est opsonatum *Hermannus*. obsonatumst *etiam Bentleius in Andr. II 6, 20* 144. PI.] *om. D (initio versus)* euenat *Bothius, Ritschelius* diis *BFZ* manu st *B*. manu est *reliqui* 145. PISTOCLERVS Habebis *ab initio versus D* quom *F*. cum *reliqui* tum *CDFZ*. tunc *B* 146. nec sinam *Z* i cursim *scripsi*. iturus sum *libri: in quo latere* i tu rursum (*'immo* russum' *Ritschelius) putat Scriverius*. ituru's *Bothius*. i rusum *Ritschelius*. intus te in *vel* te intus *idem olim*. i mecum *aptius esse annotat Ussingius* 147. LY. *om. C* lide *BCD* accaue *D*. aut caue *Teuffelius Mus. Rhen. vol. XXX (a. 1875) p. 317* LID D^2: *om.* D^1

O bárathrum, ubi nunc es? út ego te usurpém lubens.
[Videó nimio iam múlto plus quam uólueram.]
Vixísse nimio sátiust iam quam uíuere.
Magístron quemquam díscipulum minitárier?

PISTOCLERVS

Iam excéssit mi aetas éx magisterio tuó.

LYDVS

Nil móror discipulos míhi esse plenos sánguinis:
Valéns adflictat mé uaciuom uírium.

PISTOCLERVS

Fiam, út ego opinor, Hércules, tu autém Linus.

LYDVS

Pol métuo magis, ne Phoénix tuis factís fuam
Teque ád patrem esse mórtuom renúntiem.

PISTOCLERVS

Satis hístoriarumst.

---

148. *Praecedit in libris v. 152, quem conferas* baratrum *libri* ubi es nunc *Hermannus, Ritschelius* 149. Video nimio iam *libri.* Viuo nimio iam *Scaliger.* Video iam nimio *Ritschelius Proleg. Trin. p. CCXXIII.* Viuo nimio iam *idem edidit.* Iam uideo nimio *Hermannus. Versum parallelum esse sequenti voluit Teuffelius Mus. Rhen. vol. XXX (a. 1875) p. 318: uncis inclusit Ritschelius. certe una cum sequenti ferri non potest* 150. sacius est *BC.* saciuus est *D.* saciųus est D^2. satius est *FZ* 151. magistrum *Z* quenque *Z.* quãquã *F* 152. *Hic collocavit Ritschelius, qui in libris legitur post v. 147: post v. 138 parum apte inseruit Bothius: de Acidalio vide ad v. 166—169* mihi *libri* ętas *CD* magisterio *BCD.* magistratu *FZ* 153. nichil *D.* nihil *reliqui* moror *(*mor *D.* morã *C) libri.* moro *Ritschelius edidit* mihi esse *Ritschelius.* mihi esse iam *libri* Nil mihi moror discipulos plenos s. *Hermannus, quibus* Nil iam moror *praestare dicit Ritschelius in adn.: cf. Langenus p. 63. Trochaicum septenarium e tragoedia petitum agnoscere sibi visus Bothius: ut spurium expungi Guyetus iubebat: quem si sequeris, v. 152 et 154 simul damnandi* 154. calens *FZ* aflictat *B.* afflictat *CFZ.* afflictat *ex* afflectat *D.* afflictat *def. Fritzsche Anal. Pl. p. 5, Ussingius, sed diversa ratione.* afflictet *Acidalius, Ritschelius, Bentleius in Heautont. I 1, 38* uaciuom *B.* uacuum *(et* u *s.* u *2* D^2*)* *CDFZ.* uociuom *Fleckeisenus: cf. Ritschelius Nov. exc. p. 59* uirum D^1 *(corr.* D^2*)* *F* 155. Fiam ut ego *B.* fiam utet ego D^3. fia mutet ego CD^1. Eia *(*Eya *F)* nunc esse ego *FZ, Vaticani Lipsii Ant. lect. II 7.* Fiam ego, ut *Acidalius* ercules *CD.* ercules *B* lynus *F* 156. fuam BD^2F. suam CD^1. fiam *Z* 157. mortuum *B.* mortuum *CDZ* renunciem *DZ* 158. historiarum st *B.* historiarum est *CFZ.* istoriarum est *D* LY.] *om. Z* uereri *(*ri *s. v.) B*

LYDVS

Híc uereri pérdidit:
(Compéndium edepol haúd aetati optábile
Fecísti, quom istanc náctu's inpudéntiam.)
Occísus hic homost. écquid in mentémst tibi
Patrém tibi esse?

PISTOCLERVS

Tíbi ego an tu mihi séruos es?

LYDVS

Peiór magister te ístaec docuit, nón ego.
Nimio és tu ad istas rés discipulus dócilior
Quam adílla quae te docui, ubi operam pérdidi.
Edepól fecisti fúrtum in aetatém malum,

164. *Charis. p. 208, 5*: Nimio pro nimis . . . Plautus in Bacchidibus: 'nimio dociliter'

V. 159—162 ediᵭi eo ordine quo libri exhibent; eosdem ita transponit Ritschelius 161. 162. 159. 160: cf. quae dicam ad v. 166—169
159. compedium *BCD*. ł cõpendiũ B^2 *in marg.* haud B^2DFZ. haut B^1. aut *C* ςtati *CD* aetati haud *Sigismundus de Haud p. 255*
160. cum *libri* nactus inpudenciam *B ex rasura.* inpudentiamactus inpudenciam *B ante rasuram.* nactus inpudentiam *CD.* nactus es impudentiam *FZ.* nactus inp. *def. Olsenus p. 17* 161. Occisus] *cf. v. 485* homo est *libri* (h e k *corr. B)* et quid *C* mentem est *B.* mente est *reliqui* 162. an tu (antu *CD) CDFZ.* aut tu *B* seruus *libri* es *om.* B^1*: add.* B^2 163. istec *FZ.* ista ec *D.* ista et *C* 164. Nimio dociliter *Charisius omissis reliquis* testu *ras. corr. in* estu *B* discipulis D^1. discipulus *supra scr.* u *corr.* D^2
165. que *CDF* *V. 166—169 eo ordine posuit Ritschelius quo hos quattuor versus post v. 175 iterat B (ubi tamen lineolis subductis eos delendos esse indicat* B^2*): nam hoc quidem loco sic illi se excipiunt in BCDFZ: 168. 169. 166. 167. ceterum transpositionibus quibusdam opus esse in hac scaena Acidalius senserat, qui hunc ordinem commendabat: 147. 148—151. 153—158. 159. 160. 166—168. 152. 161. 162. 163—165. 169. atque vix ferri posse v. 166—167 una cum v. 159. 160 perspexerunt Teuffelius Mus. Rhen. vol. XXX (a. 1875) p. 318 et Seyffertus Stud. Pl. p. 10, qui v. 166—167 una cum sequentibus duobus a diasceuasta breviandi studio in locum v. 158. 161—165. 168. 169 esse substitutos suspicatus est: contra Langenus Anal. Pl. I p. 11 sqq. v. 159. 160 propter* compendium *et* nactus *vix esse Plautinos demonstravit Plautique hos esse versus statuit: 158. 166. 167. 168. 169, ex parte Brachmannum secutus: cuius sententiam una cum Anspachii supra adscripsi. mihi versus 159. 160 excludendi, reliqui ferri posse videntur* 166. furtum *B(B)CD (ex* fustum*) Z.* fustum *F* in actatem *CD (ex* aetatum*).* inetatem *(B).* in aetate *B.* aetati *Z.* in archectum *F* malus *(B)*

Quom istaéc flagitia mé celauisti ét patrem.

PISTOCLERVS

Istáctenus tibi, Lýde, libertás datast
Orátionis: sátis est. sequere hac me ác tace.

CHRYSALVS

Erílis patria sálue, quam ego biénnio
Postquam hínc in Ephesum ábii conspició lubens.
Salúto te, uicíne Apollo, qui aédibus
Propínquos nostris áccolis, ueneróque te,
Ne Nícobulum mé sinas nostrúm senem
Prius cónuenire quám sodalem uíderim
Mnesílochi Pistoclérum, quem ad epístulam
Mnesílochus misit súper amica Bácchide.

---

167. Qum *(B)*. Cum *B cum reliquis* istec *CDF* cela . . . isti *(cum rasura) D*¹*: unde* celauisti *suprascripta* u *D*² 168. Istec tenus *(B)*. Ista hactenus *F* tibi lide *(ex* idid*)* libertas data st *B*. tibi lyde libertas datast *F et, nisi quod* data est, *Z*. tibi lida et libertas data st *(B)*. tibi id delibtas datae *D, unde* datast *D*² s *supra scripta*. ubi id delibertas data est *C* 169. est. Orationis satis est *iungebatur ante Beroaldum et rursus ante Meursium* hac me ac *Bothius*. me hac ac *BCD*. me kac ac *(B)*. me ac *FZ* seque me hac ac *Kochius Mus. Rhen. vol. XXV (a. 1870) p. 617*. sequere me ac *cum Hermanno Ussingius*

Act. II scaena 1 CHRYSALVS SERVVS *BCFZ. om. D*¹. CRISALVS SERVVS *D*² 170. ego *om. Hermannus* 171. Posteaquam *Ritschelius: at vide Opusc. vol. II p. 547* ephesum *Z*. efesum *CD*. effesum *B*. ephebum *F*. Epheson *Bentleius* Post hinc in Ephesum quam *Muellerus Pros. p. 696*. Postquam hinc in Ephesum ego *Hermannus. cf. Koenig Quaest. Pl. (ed. a. 1883) p. 2* abiui *Reizius* lumbens *C* 172. Salutote *D* apolle *C* qui edibus *BCF*. quiedibus *D* 173. Propinquus *BD*²*Z*. Propinquis *CD*¹*F* accollis *C* ueneroque *CDZ*, *'cod. prisci' Pii*. uenerorque *F et ex* ueneroque *suprascr.* r *B* 174. Ne nicobolum *FZ*. Nenicobolum *D* mesinas *D* 175. conuenire *(*en *ex* in*) B Post h. v. redeunt v. 166—169 in B* 176. Mnesilohi *B* epistolam *libri* 177. Nesilockus *B*¹. MNesilockus *B*². mnesilochis *C* bachide *BCD constanter*

PISTOCLERVS. CHRYSALVS

PISTOCLERVS

Mirúmst me, ut redeam, te ópere tanto quaésere,
Qui abíre hinc nullo pácto possim, sí uelim:
Ita mé uadatum amóre uinctumque ádtines.

CHRYSALVS

Pro di ínmortales, Pístoclerum cónspicor.
O Pístoclere, sálue.

PISTOCLERVS

Salue, Chrýsale.

CHRYSALVS

Compéndi uerba múlta iam faciám tibi.
Veníre tu me gaúdes: ego credó tibi.
Hospítium et cenam póllicere, ut cónueuit,
Peregre áduenienti: ego aútem uenturum ádnuo.
Salútem tibi ab sodáli solidam núntio.
Rogábis me, ubi sit: uíuit.

PISTOCLERVS

Nempe recté ualet?

185. *Charis. p. 212, 18:* Peregre ... Plautus ... in Bacchidibus: 'caenam peregre aduenienti'

Act. II scaena 2 PISTOCLERVS ADOLESCENS CHRISALVS SERVVS *BCD*^{3}*F, nisi quod* CHRYSALVS *C. om. D*^{1}. Pistoclerus adolescens. Charinus seruus *Z* 178. PIST.] *om. CD*^{1}. *add. D*^{2} Mirun st *B*. Mirum ēst *C*. Mirum est *reliqui* quesere *BC*. quefere *D*^{1}. querere *D*^{3}*FZ* 179. kinc *B ante ras.* 180. uictumque *F* attines *Z* 181. CH.] *om. C* Proh *Z et ex* pro *D*^{3} dii *FZ* immortales *B* 182. Opisto dere *C* PISTOCLER̃ *in ras. D* chrisale *(*h *s. v.) D*. chrisale *ex* chrisele *B* 183. Compendii *BC*. Compendio *DFZ* 184. Venire tu*(*tu *s. v. add. m. 2)*me *B*. Venire tume *C*. ueni tu me *Z*. uenisse tu me *'prisca exemplaria' Pii* 185. Hospicium *BD* caenam *Charisius* pollicẽ *F* ut c̃uenit *D*^{1}, *ubi super* c̃ *scr.* cō *D*^{3} 186. *Cf. Charisii testim.* Pregre *B* adnuo *BCZ. idem ex* adno *suprascr.* u *D*. annuo *F* 187. ab sodali *libri.* sodalis *cum Hermanno Ritschelius* nuncio *DZ* 188. me ubi sit. uiuit PI. Nempe recte ualet *BDFZ*. me sed uiuit. Pistoclerus. nempe recte ualet *C*. me ubi sit? PIST. Viuitne et recte ualet? *Gulielmius c. 4, Langenus p. 131.* me ubi sit? uenit. PI. Viuitne et ualet *Ritschelius coll. v. 246 et vv. 191. Trin. 52. 773. 1075.* me ubi sit? uenit. PI. Nempe r. u. *Fleckeisenus.* me ubi sit? uiuit. PI. Num recte ualet *Scaliger et, nisi quod* num et, *Pareus ed. tert. idem Bentleius, qui tamen altero loco* recte *delet.* me ubi sit PI. nempe uiuit et ualet? *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 4*

CHRYSALVS

Istúc uolebam ego éx te percontárier.

PISTOCLERVS

Qui scíre possum?

CHRYSALVS

Núllus plus.

PISTOCLERVS

Quemnam ád modum?

CHRYSALVS

Quia, sí illa inuentast quám ille amat, recté ualet.
[Si nón inuenta est, mínus ualet moribúndusque est.]
Animást amica amánti: si abest, núllus est.
Si adést, res nulla est, ípsus est, nequam ét miser.
Sed tú quid factitásti mandatís super?

PISTOCLERVS

Egon út, quod ab illoc áttigisset núntius,
Non ínpetratum id adueniénti ei rédderem?
Regiónes colere máuellem Accherúnticas.

CHRYSALVS

Eho, an ínuenisti Bácchidem?

---

189. percunctarier *B* 190. Quem nam ad modum *B*. quemadmodum *Z* 191. Quia *ex* Qui *(a s. v.) B* inuenta est *libri* quam ille amat, recte ualet *Bothius.* quam ille amat uiuit recte et ualet *libri, nisi quod* uit *ante* uiuit *B,* et recte *pro* recte et *Z,* et *autem om. D.* quam amat, uiuit et ualet *Bentleius in Heautont. II 3, 3, Ritschelius.* quam ille amat, uiuit, ualet *Ritschelius olim* 192. *Versum uncis circumdedit cum Hermanno Ritschelius* nimis *Z* moribundus est *Camerarius, Bentleius* Si minus inuentast, non ualet, moribundus est *Fritzschius Anal. Pl. p. 5 (cf. comm. a. 1846 ed. p. 4) V. 193—194 damnat Anspachius p. 12* 193. Anima st *B.* anima est *reliqui, sed tantum sup. scr. D* amanti amica *posuit Bentleius* ab est *B* 194. *Versum damnat Ribbeckius praef. Stich. p. 18* ad est *B* res nulla st *B.* res nulla est *CDF, codd. Pyladis.* res: nullus est *Z* ipsius *C* est, nequam *dixtinxit Hermannus.* est nequam *vulgo.* '*nisi forte integer versus excidit inter* est *et* nequam' *Ritschelius* 196. Egonut *(n s. v.) B* quid *Z* illoc attigisset *Ritschelius.* illo attigisset *libri.* illo attulisset '*alibi*' *scribi narrat Pius.* illo me attigisset *Hermannus.* illod attigisset *dubitanter Ritschelius cum Guyeto Nov. exc. p. 67* nuncius *DZ* 197. impetratum *libri* ei *om. Z* 198. regione scolere D^1: *corr.* D^3. religiones colere *F* mauelle colere mauellem *B (lineolam add.* B^2*)* collere *Z.* coleres *Dousa Expl. II 21* mauellem me *errore Bentleius* acherunticas B^2 *ex* achaeruntícas *(*B^1*).* acherunticas *CDZ.* acheruntidas *F* 199. 200. Eho *extra versum posuit cum Hermanno*

PISTOCLERVS

Samiám quidem.

CHRYSALVS

Vide quaéso ne quis tráctet illam indíligens:
Scis tu út confringi uás cito Samiúm solet.

PISTOCLERVS

Iamne út soles?

CHRYSALVS

Dic úbi ea nunc est, ópsecro,

PISTOCLERVS

Hic, éxeuntem me únde aspexistí modo.

CHRYSALVS

Vt istúc est lepidum: próxumae uicíniae
Habitát. ecquidnam méminit Mnesilochí?

PISTOCLERVS

Rogas?
Immo únice unum plúrumi pendít.

CHRYSALVS

Papae.

PISTOCLERVS

Immo út eam credis? mísera amans desíderat.

---

205. *Charis. p. 223, 11:* Viciniae . . . Plautus in Bacchidibus: 'proxime uiciniae' 207. *Charis. p. 223, 3:* Vnice Plautus in Bacchidibus: 'immo . . . pendit'

Ritschelius. Eo *Z* bachidem *libri* Et Samiam *Ritschelius et in edit. et Opusc. vol. II p. 314* 201. queso *BCDF* nequis *BD* indiligens *ex* indiliens *sup. scr.* g *B.* indilligens *Z* 202. Scis tu ut *libri, nisi quod inter* tu *et* ut *una littera erasa est in B.* Scin tu *vel* Scito *vel* Scis tu *Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 254* confringi‖ *B* uas] u *e corr. B.* uos *C: unde man. rec.* uas 203. *Post* ubi *ras. circ. 5 litt. B* obsecro *libri* 204. *Post* hic *ras. circ. 4 litt. B* inde *Z* de aspexisti *omnia e corr. ex rasura, in qua ultimae litterae* do *fuerunt B* aspexi *F* 205. proximae uicinię *B, nisi quod inter utramque vocem aliquid erasum est: cf. Bucchelerus de decl.*[2] *p. 118.* proximę uicinę *D.* proxime uiciniae *C, Charisius, Ritschelius.* proxume uicine *F.* proxime uicine *Z* 206. ecquidnam *Pius.* et quid nam *B.* et qd nam *C.* et quidnam *DFZ* Mnesilochi *ex* Mnesilochum *D* rogitas *B* 207. prurimi B^1. plurimi B^2 *cum reliquis.* plurimique *Charisius* pape *BCF* 208. eam *Acidalius in Curcul. c. 1 p. 106.* eum *libri, Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p 4* credis] i *facta ex* o *D* misera B^1CDFZ, *Seyffertus Stud. Pl. p. 8.* miserae B^2. misere *cum Acidalio Ritschelius*

CHRYSALVS

Scitum ístuc.

PISTOCLERVS

Immo, Chrýsale, em non tántulum
Vnquam íntermittit témpus quin eum nóminet.

CHRYSALVS

Tanto hércle melior.

PISTOCLERVS

Ímmo

CHRYSALVS

Immo hercle ábiero
Potiús.

PISTOCLERVS

Num inuitus rém bene gestam audís eri?

CHRYSALVS

Non rés, sed actor míhi cor odio saúciat.
Etiam Épidicum, quam ego fábulam aeque ac me ípsum amo,
Nullam aéque inuitus spécto, si agit Péllio.
Sed Bácchis etiam fórtis tibi uisást?

PISTOCLERVS

Rogas?
Ni nánctus Venerem essem, hánc Iunonem dícerem.

CHRYSALVS

Edepól, Mnesiloche, ut rém natam esse intéllego,

---

209. scitum] dictum *FZ.* fictum *Dissaldeus. fuisse cum in mentem veniret* Scin tu istuc *annotat Ritschelius* chrisale *e corr. post ras. B.* chrisale *CD* em *Ribbeckius de partic. p. 31 cum Brixio.* hem *libri.* en *Ritschelius* Chrysale. Ch. Hem. Pi. Non *Bothius* tantullum *F.* tantillum *Z* 210. Vnquam *D* inter mittit *BD* 211. ercle *utroque loco BD* melior *suadente Bothio Hermannus, Bentleius.* melior bachis *libri* hercle *om. Pylades.* hercle ego *Hermannus* abiuero *vel* abscessero *vel* hinc abiero *Muellerus Pros. p. 645* 212. gestam at audis *B* 213. res *Bothius.* erus *BCD.* herus *FZ* s; *D* michi *D* odio sauciat D^2. odios auciat D^1 *In* sauciat *paenultima littera e corr. B* 214. eque *BCDF* 215. nulla *Z* eque *BCD.* ego *F* agit *(g s. v.) D* Pellio *BCD, Bentleius in Heautont. prol. 13: cf. Studemundus comm. in honorem Th. Mommseni edit. p. 800.* pelio *Z.* Pollio *Gulielmio duce Bothius, Ritschelius Parerg. p. 392* 216. bachis *libri* etiam etiam *B, ubi prius* etiam *del. m. 2* uisa st *B.* uisa est *reliqui* 217. nanctus *B.* nanctus *CD.* nactus *FZ* esse *Z* dicerem *libri: cf. Teuffelius Mus. Rhen. vol. XXX (a. 1875) p. 319.* ducerem *('veterem lectionem' Pii) Lipsius, Ritschelius* 218. mnesilokhe *B* rem natam esse *C. E. Schneiderus teste Ritschelio, Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 4,*

Quod amés paratumst: quód des inuentóst opus.
Nam istíc fortasse auróst opus.

PISTOCLERVS

Philippó quidem.

CHRYSALVS

Atque eó fortasse iám opust.

PISTOCLERVS

Immo etiám prius:
Nam iam húc adueniet míles

CHRYSALVS

Et milés quidem.

PISTOCLERVS

Qui de ámittenda Bácchide aurum hic éxigit.

CHRYSALVS

Aduéniat quando uólt, atque ita ne sít morae.
Domíst: non metuo míhi nec quoiquam súpplico,

221. *Charis. p. 210, 13:* Prius pro melius ... Plautus in Bacchidibus: 'fortasse ... prius'

Muellerus Pros. p. 300. hanc rem natam esse ***libri.*** rem hanc natam esse *Pylades, Ritschelius.* hanc rem natam *Bentleius in Adelph. III 1, 18.* rém esse hanc natam *Ritschelius Prol. Trin. p. CXIII* intelligo *Z* 219. paratun st *B.* paratum est *reliqui* des *e corr. post ras. et cum rasura post* des *B: qua re ad* duis *formam commendandam abusus est Kochius Emend. Pl. p. 7* inuento st *B.* inuento est *reliqui* 220. istic *FZ.* istoc *(o ex* u *D) BCD* fortasse auro est opus *FZ.* fortasse aurum est opus *BCD, ubi* aurost opus *Ritschelius Proleg. Trin. p. CCLIII.* f. auro opus est *Camerarius.* f. opus auro est *Bothius.* fortassis auro opust *Brugmannus p. 20* Philippo *Brugmannus, Langenus p. 86.* Philippeo *FZ, Ritschelius.* Filippeo *BCD* 221. Chr.] *om. F* iam opust *Ritschelius olim et Proleg. Trin. p. CCLIX. CCCXXV.* iam opus est *libri cum Charisio* PI.] CH. *F* 222. PI. *praef. F* et miles *om. Z* et miles quidem, *quae Pistoclero continuant libri (nisi quod* equidem *F), Chrysalo tribuit Gulielmius c. 4 et interrogandi nota addita Bentleius in Heaut. III 3, 44* 223. *De pers. cf. 222* amittenda C^1*: inde* admittenda *manus recentior.* admittenda *Z* hinc exiget *Bothius.* hoc exigit *Ussingius* 224. Aduenìat *Hermannus.* Veniat *libri. cf. Proleg. Trin. p. CCXXII* uult *libri* Quando uolt ueniat *Guyetus* ne *Hermannus.* ne mihi *(fortasse e proximo v. ortum) BCDF.* ne sibi *Z* Veniat quando ita uolt atque ne mihi *Fritzschius Anal. Pl. p. 5* morę *C.* more *D* 225. Domi st *B.* domi est *reliqui* metuo mihi *Ritschelius Proleg. Trin. CLXXII.* metuo *cum trium litt. ante* nec *ras. B.* metuo *reliqui.* metuo quid *Fritzschius l. s. s.* nec quoiquam *B.* nec cuiquam *reliqui.* neque ego quoiquam *Bothius.* nec quoiquam homini *Ritschelius olim* subplico *D*

Dum quídem hoc ualebit péctus perfidiá meum.
Abi íntro: ego hic curábo. tu intus dícito
Mnesílochum adesse Bácchidi.

PISTOCLERVS

Faciam út iubes.

CHRYSALVS

Negótium hoc ad me áttinet aurarium.
Mille ét ducentos Phílippum attulimus aúreos
Ephesó, quos hospes débuit nostró seni:
Inde égo hodie aliquam máchinabor máchinam,
Vt aúrum ecficiam amánti eríli fílio.
Sed fóris concrepuit nóstra: quinam exít foras?

NICOBVLVS. CHRYSALVS

NICOBVLVS

Ibo ín Piraeum: uísam eo ecquae aduénerit
In pórtum ex Epheso náuis mercatória.

226. hoc *om. Hermannus: vide Proleg. Trin. p. CCCXXVII* pectus pectus *C* 227. abintro *C* dicito *BCD.* dicito nunc *FZ: unde* nuncia *Scaliger* 228. mnesilochum *(*mne *ex* nunc *ut vid. et sup.* esi *script. et eras.* mnes*) D.* mnesilochum *ex ras. pro* mnesilockum *B* ad esse *BD* 229. negocium *FZ* ad me hoc *Ritschelius* adtinet aurarium *CD.* attinet aurarium *BFZ: defensum Proleg. Trin. p. CLXXXIV.* attinet. aurariam, *Hermannus* 230. Philippum attulimus *Bothius, Bentleius, Seyffertus Stud. Pl. p. 7, qui tamen vix recte solam reduplicatam formam poetae vindicat.* philippos attulimus *libri, nisi quod* philippeos *F.* Philippos tulimus *Ritschelius (*ferimus *dici possit).* Philippos attuli *Bergkius Opusc. vol. I p. 35* 231. Epheso quos *iungebat Gulielmius misc. qu. c. 3 p. 320* hospes] *prius* s *e corr. B.* ospes *D* 232. machimam *B* 233. Vt aurum *Ritschelius.* Vnde aurum *libri: quo servato versum parallelum esse v. 232 vult Anspachius p. 12: omnino versus 230—232. 239. 240. 234—238. 241 parallelos esse his: 230—231. 233. 234—238. 241: cf. v. 239, ubi idem* illam *(scil.* machinam*) scribit duce Buechelero.* Vt amicam *Ritschelius in adnotatione* efficiam *libri* erili C^1*: unde* herili C^3 234. s; *C.* st *Gruterus*

Act. II scaena 3 NICOBALVS SENEX · CHRISALVS SERVVS · *B. om. CD*^{1}. NICOBOL'. S. CRIS. SER *D*^{2}. Nicobolus Senex. Chrysalus Seruus *FZ* 235. NICOBOLVS *BD. om. C* Ibo] bo *C* pireum *BCD.* pireeum *Z.* pyreeum *F* eo ecquae *Muellerus Nachtr. p. 122.* et quae *C.* ec quę *B.* ecquae *FZ.* ecque *D.* ecquaenam *cum Hermanno Ritschelius* deuenerit *Palmerus Hermath. vol. IV (a. 1881) p. 136*

Nam méus formidat ánimus, nostrum tám diu
Ibi désidere néque redire fílium.

CHRYSALVS

Extéxam ego illum púlcre iam, si dí uolunt.
Haud dórmitandumst: ópus est chryso Chrýsalo.
Adíbo hunc, quem quidem ego hódie faciam hic árietem
Phrixi: ítaque tondebo aúro usque ad uiuám cutem.
Seruós salutat Nícobulum Chrýsalus.

NICOBVLVS

Pro di ínmortales, Chrýsale, ubi mist fílius?

CHRYSALVS

Quin tú salutem prímum reddis quám dedi?

NICOBVLVS

Salué. sed ubinamst Mnésilochus?

CHRYSALVS

Viuít, ualet.

NICOBVLVS

Venítne?

CHRYSALVS

Venit.

NICOBVLVS

Eúax, aspersísti aquam.

---

247. *Charis. p. 240, 5:* Euax Plautus in Bacchidibus: 'euax ... aquam' fili nuntio *(f. n. om. Fabricius)*

---

238. desidem *Z* *V. 239 obelo notat Guyetus: eundem una cum 240 = 241. 242 esse vult Brachmannus p. 136: cf. ad v. 233* 239. pulchre *ex* pulckre *B.* pulchre *reliqui* dii *FZ* 240. Hau *Ritschelius* dormitandum st *B.* dormitandum est *reliqui* chryso *CFZ.* chriso *D.* chriso *ex* ckriso *B.* χρυσῷ *Bothius* chrysalo *CF, Pius.* ckrisalo *ex* ckrisolo *B.* chrisali D^1. chrisalo D^3. chrysale *Z* 241. ego *om. Hermannus* hic faciam *Luchsius Comm. prosod. I p. 22* 242. Phrixi: itaque tondebo *defendi potest.* Phrix itaque tondebo *B.* phrixitaque tondebo *D.* phrix itque tondebo *C.* phryxi itaque tondebo *Z.* Phrixi: ita detondebo *Hieron. Grosslotius in marg. Dous., Ritschelius.* Phrixi: ita tondebo *Bothius.* Phrixi atque detondebo *deleto* auro *(vel* ita eum tondebo*) Bergkius Opusc. I p. 674* 243. seruus *libri* salutat *ex* salutet *C* nicobolum *BDFZ* ckrysalus *B* 244. pro D^1: *inde* proh D^3 immortales *BFZ* chrisale *ex* ckrisale *ras. B* mihi st *B.* mihi est *reliqui* 245. quantu *(et* i *s.* a*) D* salutem primum *Bothius.* primum salutem *libri (cum rasura circ. 7 litt. inter utramque vocem B). cf. Prol. Trin. p. CCXXI* 246. ubi nam st *B.* ubinam est *reliqui* mnesilo ckus *B.* mnesilochis *C.* mnesilogus *D* ubi Mnesilochus nam est *Bothius: cf. Proleg. Trin. p. CCXII* 247. *Cf. testim.* Venit ne *BD* ashersisti *Z.* asperxisti *F*

Benene úsque ualuit?

CHRYSALVS

Páncratice atque athlétice.

NICOBVLVS

Quid hóc, qua causa eum hínc in Ephesum míseram?
Accépitne aurum ab hóspite Archidémide?

CHRYSALVS

Heu, cór meum et cerebrum, Nícobule, fínditur,
Istíus hominis úbi fit quomque méntio.
Tun hóspitem illum nóminas hostém tuom?

NICOBVLVS

Quid ita, ópsecro hercle?

CHRYSALVS

Quía edepol certó scio,
Volcánus, Luna, Sól, Dies, dei quáttuor,
Sceléstiorem núllum inluxere álterum.

NICOBVLVS

Quamne Árchidemidém?

CHRYSALVS

Quam, inquam, Archidémidem.

NICOBVLVS

Quid fécit?

CHRYSALVS

Quid non fécit? quin tu id mé rogas?

---

248. Bene ne usque *B*. Beneneusque *D*. Benene usquam *Z*. Benine usque *Ritschelius Opusc. vol. II p. 560* paneratice *F*. pancratie *Z* adletice *D* 249. hinc *Camerarius. om. libri* 250. Accepit ne *BD* hospide *C*. ospide D^1. ospite D^2 251. Heu cor *FZ*. Eu cor *(*Eucor *C) BCD* mi *Ritschelius cum Hermanno* crebrum *Z* nichobole *Z*. nicobole *reliqui* 252. sit D^1: fit D^2 quomque *Lambinus: cf. Proleg. Trin. p. XCIV*. quaque *libri* 253. Tum *D*. tu *Z* ospitem *D* tuum *libri* 254. obsecro *(infra versum D) libri* ercle *B* certo *B*. certe *reliqui* 255. uulcanus *libri* Luna, Sol, Dies *Guyetus, Ritschelius Proleg. Trin. p. CCXXXI*. sol luna dies *libri*. Sol, luna et dies *Camerarius* dei B^2 *ex* dies *corr.* dei D^2FZ. diei CD^1. diui *Bothius*. di *Hermannus* quatuor *BDF* 256. scelestiarulluxere *corr. in* scelestiorem illuxere D^1: *inde* scelestiorem nullum illuxere D^3 inluxure B^1: *inde* inluxere *suprascripta* e B^2. illuxere *CZ*. inluxe *F* 257. Quam ne *B*. Quam ni CD^1. Quemne D^3FZ archidemidem] h *ex* k *corr. B* hem *add. post* Archidemidem *cum Hermanno Ritschelius coll. Proleg. Trin. p. CCLXXXIV* quam inquam *BCD*^{1}, *codd. Pyladis.* quem inquam D^3F. quem inquam me *Z* arckidemidem *B* 258. NIC.] *om. CZ, non deleto proximo* CHR. quintu *D* merogas *D*. me rogis *Z*

Primúmdum infitias íre coepit fílio:
Negáre se debére tibi trióbulum.
Contínuo ibi antiquom hóspitem nostrúm sibi
Mnesílochus aduocáuit, Pelagoném senem:
Eo praésente homini extémplo ostendit sýmbolum,
Quem túte dederas ád eum ut ferret fílio.

NICOBVLVS

Quid, úbi ei ostendit sýmbolum?

CHRYSALVS

Infit dícere
Adúlterinum et nón eum esse sýmbolum,
Adúlterare eum aíbat rebus céteris:
Quotque ínnocenti ei díxit contumélias.

NICOBVLVS

Habétin aurum? id prímum mihi dicí uolo.

CHRYSALVS

Postquám quidem praetor récuperatorés dedit,
Damnátus demum, uí coactus réddidit
Mille ét ducentos Phílippum.

---

259. NIC. *praem. C* Primum dum *B*. Primundum *F* inficias *DFZ* cepit *BCDF* 260. sedebere *D* triobolum *CD*. obolum *Z* 261. Continuo ibi antiquom *Hermannus*: Continuo antiquum *libri*. Continuo antiquum ibi *Pylades*. Continuo anticuum *Schneiderus Gramm. lat. I p. 332*. Continuod antiquom *Ritschelius Nov. exc. p. 86* hospitum D^1: *corr.* D^2 262. Mnesilockus *B*. mnesilochis *C*. mnesilogus *D* pelago||nem *(erasa s) B* 263. presente *BF* ex templo *B* symbolum *BZ*. simbolum *CDF*. *Et sic etiam v. 265. 266.* sumbolum *Ritschelius coll. Prol. Trin. p. XCVI* 264. uite D^1: *corr.* D^2 adeum *D* 265. *Ante* ubi *una litt. erasa B* insit *Z* *Cf. v. 263* 266. et non eum *libri*. non uerum *Guyetus, Ritschelius*. non tuum *Ussingius cum Gertzio, Fritzschius Anal. Pl. p. 6* *Cf. v. 263 V. 267. 268. hoc ordine collocat Ribbeckius praef. Stich. p. XVIII: inverso libri, Ritschelius* 267. eum *libri*. etiam *cum Bothio Hermannus* aibat *Guyetus*. aiebat *BF*. alebat *C*. agebat *DZ* cęteris *BC*. exteris *Z* *Ceterum v. delet Ussingius* 268. quodque *C* ei *om. Bothius* 269. Habetin *D (ex* Habet in*) F*. Habet in *CZ*. Kabet in *B*. Habetne *Dousa ms.* primum mihi *Bothius*. mihi *libri*. id adeo mihi *Braunius Obs. gramm. p. 39*. mihi primum *Pylades* 270. Postquam quidem] Nam postquam *Bentleius in Adelph. III 4, 44* pretor *BCD²F*. precor D^1 271. dampnatus *ex* damnatus *supra scr.* p *D* demum BD^3FZ. deotium *C*. de otium D^1: *ubi* doenicum *quaerebat Bergkius Opusc. I p. 674* 272. Mille et ducentos Philippum *Pareus ed. tert., Seyffertus Stud. Pl. p. 7*. ducentos et mille philippum *libri*,

NICOBVLVS

Tantum débuit.

CHRYSALVS

Porro étiam ausculta púgnam quam uoluít dare.

NICOBVLVS

Etiámnest quid porro?

CHRYSALVS

Ém, accipitrina haec núnc erit.

NICOBVLVS

Decéptus sum: Autolyco hóspiti aurum crédidi.

CHRYSALVS

Quin tu aúdi.

NICOBVLVS

Immo ingenium áuidi haud pernoram hóspitis.

CHRYSALVS

Postquam aúrum abstulimus, ín nauem conscéndimus,
Domí cupientes. fórte ut adsedi ín stega,
Dum círcumspecto me, átque ego lembum cónspicor

278. *Fulgentius Exp. scrm. p. XVII ed. L.:* Istega nauis est proscenium uel tabulatum, super quod nauite ambulant. sicut Plautus ait in Crisalo: 'forte . . . consedi'. *cf. Pareng. p. 163*

Bentleius in Adelph. III 4, 44. cf. Ballas p. 18. Mille et ducentos Philippos *Ritschelius coll. v. 230.* Philippum mille et ducentos *Guyetus.* Ducentos Philippum et mille *Ussingius.* Ducentos mille Philippum *Hermannus* 273. etiam] et *Z* *Post* ausculta *erasa* te *D* 274. Etiam ne st? quid *B.* etiam ne est quid *reliqui.* Etiam quid *Hermannus, Ritschelius.* Etiamne *Ussingius.* Etiamst quid *Fritzschius Anal. Pl p. 6* Em — erit *quae Chrysalo libri tribuunt, Nicobulo continuant Hermannus, Ritschelius* Em *B, Brixius Emend. in Capt. p. 21, Ribbeckius de part. p. 32.* Hem *CDFZ.* Immo *Fritzschius Anal. Pl. p. 6* accipitrina *Hermannus.* accipe trina *BCDF.* accipe trine *Z* hec *D* 275. Autolyco *Camerarius.* auiolico *CD.* auioloco *B.* a uilico *F.* aurilego *Z.* autolico *Scutarius* 276. Quintu *D* audi me (me *pro* Immo) *Bergkius Opusc. I p. 643* NI.] NICOBALVS *B, qui solet* NICOB. Immo *libri.* Hem *Ritschelius.* Enim *Bothius. del. Ussingius* ingenium auidi *BDF.* ingenii auidi *C.* ingenium audi *Z.* auidi ingenium *cum Bothio Ritschelius* haut B^1 pernoram (o *ex* u) *D* 277. Postquam] t *ex* a *corr. B* consendimus *Z* demum, in nauem inscendimus *Ritschelius.* inde, nauem conscendimus *Bothius.* atque in nauem escendimus *Hermannus.* '*fortasse tamen dedit poeta* Posteaquam abstulimus aurum, in nauem inscendimus' *Ritschelius: quod improbat Opusc. vol. II p. 547* Postquam aurum abstulimus, post in nauem inscendimus *proponens* 278. Domi *Ritschelius Proleg. Trin. p. CCCXXIII.* domum *libri* forte ego ut istega consedi *Fulgentius* gesta '*codex Romanus*' *Longolii* 279. circumspecto me *Ritschelius coll. Trin. v. 146. 863.* circum specto

Longúm, strigorem máleficum, exornárier.

NICOBVLVS

Perii hércle: lembus ílle mihi laedít latus.

CHRYSALVS

Is erát communis cum hóspite et praedónibus.

NICOBVLVS

Adeón me fuisse fúngum ut qui illi créderem,
Quom mi ípsum nomen éius Archidémides
Clamáret dempturum ésse, si quid créderem?

CHRYSALVS

Is nóstrae naui lémbus insidiás dabat.
Occépi ego obseruáre eos quam rém gerant.
Intérea e portu nóstra nauis sóluitur.
Vbi pórtu eximus, hómines remigió sequi,
Neque aués neque uenti cítius. quoniam séntio
Quae rés gereretur, náuem extemplo státuimus.
Quoniám uident nos stáre, occeperúnt ratem

---

libri. circumspecto ibi *Hermannus.* me circumspecto *Fleckeisenus* adque *B.* at ecce *Geppertus Trin.*[2] *p. 140* 280. Longum, strigorem maleficum *Fritzschius Anal. Pl. p. 6 cum Dacerio.* Longum st rigorem maleficum *B et, nisi quod* est *pro* st, *reliqui.* Longum, strigonem, maleficum *Salmasius, Muretus Var. lect. XII 19.* Longum abs tricone malefico *Ritschelius.* Longum a strigore malefico *vel ut supra Dacerius in Fest. v.* strigores *p. 314 ed. M.* Longum est triconem maleficum *Acidalius transponens hunc v. post 268.* Longum, strigore maleficum *Hermannus praef. p. VII.* Longum e regione maleficum *Beckerus Quaest. Pl. p. 6.* Longum, trygonem maleficum *Gertzius.* Longum, triremem, maleficum *Palmerus Hermath. vol. IV (a. 1881) p. 137* ex ornarier *B.* '*alias* exnarrier': *Longolius Versum delet Weisius* 281. herole *D.* ercle *B. om. Z* ilie *cum ras. sup.* íe *B* ledit *libri* lembus lumbos laedit is mihi *van Ijsendijk de Pl. Persa thes. IV* 282. cum hospite] hospiti *Geppertus Trin.*[2] *p. 130* predonibus *BF* 283. me ēē fuisse *CD*[1]: *corr. D*[2] utqui *D* crederem *om. C.* credere *D*[1]: *corr. D*[2] 284. Qum *B.* cum *reliqui* mihi *libri* Archidemides *Fleckeisenus ep. cr. p. 23.* archidemidis *libri, nisi quod* dem *in lit. B* 285. dempturus *D*[1] *et D*[3]: dempturum *D*[2]. adempturum *Z* siquid *B.* si quod *ex* si quid *D.* si quod *FZ* *De v. 286—293 levem suspicionem movit Brachmannus p. 132: de v. 286 Anspachius p. 13* 286. nostrae naui lembus *Pylades.* lembus nostrae naui *libri, nisi quod* nostre *D et* nostri *Z* 287. occaepi *D.* accepi *Z.* hoc coepi *C* *Post* obseruare *rasura duarum litt. B* quamnam rem *Hermannus* 288. eportu *D* 289. exiimus *Camerarius* remulco *Z* 290. quoniam *Z.* qm̄ *BCD.* quom *F* 291. que res *D*[3]. queres *D*[1] gerentur *Z* 292. Quoniam *Pylades.* qm̄ *CD.* Qum *B.* quom *F.* qūo *Z*



Tardáre in portu.

NICOBVLVS

Édepol mortalís malos.

Quid dénique agitis?

CHRYSALVS

Rúrsum in portum récipimus.

NICOBVLVS

Sapiénter factum a uóbis. quid illi póstea?

CHRYSALVS

Reuórsionem ad térram faciunt uésperi.

NICOBVLVS

Aurum hércle auferre uóluere: ei rei operám dabant.

CHRYSALVS

Non mé fefellit, sensi: eo exanimatús fui.
Quoniám uidemus aúro insidias fíeri,
Capimús consilium cóntinuo: postrídie
Auférimus aurum omne íllim illis praeséntibus
Palam átque aperte, ut ílli id factum scíscerent.

---

293. Tardare in portu *Hauptius Opusc. III p. 209, Britzlmayrius progr. Landishut. a. 1867/68 p. 5.* Turbare in portu *libri, defensum a Rostio Opusc. I p. 113.* Seruare in portu *Ritschelius, qui postea Nov. Exc. p. 78* Tardare in portud *probavit.* Urbare *(i. e.* uruare*)* in portum *Salmasius.* Turbare in ponto *Acidalius.* Inhibere in portu *Gronovius.* Turbare inportune *Bothius. de* turbare in apertum *vel* Probere portu *vel* gyrare *cogitavit Bergkius Opusc. vol. I p. 674* Hem edepol *Hermannus.* Heu edepol *Camerarius: cf. Muellerus Pros. p. 645* 294. portu *F* 295. *Ante* auobis *(ita BD)* Qu *erasum B* nobis *Z* qui D^1*: corr.* D^2 296. reuersionem D^1*: corr.* D^2. reuersionem *FZ* ad terram] alteram D^1, *cod. Scaligeri: corr.* D^2 297. ercle *BCD* dabant *om. C* 298. *V. obelo notat Guyetus* fe fellit *C* sensi eo *C.* sen sieo *D* eo *del. Ussingius 'Tidskrift for Fil.' a. 1880 p. 59 sqq.* ex animatus *B.* exanimus *cum Bothio Ritschelius.* animatus *Brachmannus p. 132* 299. CHRIS. *praem.* D^1*: del.* D^2 Quoniam *D: cf. v. 290. 292.* Qum *B.* quõ *C.* quom *F.* cum *Z* uidemus *Gruterus, Bentleius.* uidimus *libri Ceterum v. expellit Brachmannus p. 132; longius progreditur Anspachius hasce recensiones parallelas dignoscens: I. 300. 302. 306. 307. 312—314. 315. 330. 342 sqq. II. 299—301. 303—306. 308—311. 315—330. 331—334. 337—341. 342 sqq.* 300. Consilium capimus *Hermannus* continuo hoc *cum Hermanno Ritschelius* posttridie *(sed* t *altera s. v.) B.* post tridie *CD* 301. inde aurum *Camerarius* illim illis *Ritschelius.* illis *libri.* illis ibi *Hermannus.* illi omnibus *Bergkius Opusc. I p. 674* presentibus *BCF.* praesente omnibus *Muellerus Pros. p. 340* 302. scirent B^1

NICOBVLVS

Scite hércle: cedo, quid ílli?

CHRYSALVS

Tristes ílico,
Quom extémplo a portu íre nos cum auró uident,
Subdúcunt lembum cápitibus cassántibus.
Nos ápud Theotimum omne aúrum deposíuimus,
Qui illíc sacerdos ést Dianai Éphesiae.

NICOBVLVS

Quis istíc Theotimust?

CHRYSALVS

Mégalobuli fílius,
Qui núnc in Ephesost Éphesiis caríssumus.

---

305. *Serv. ad Georg. I 74:* Quassante . . . . Plautus: 'capitibus quassantibus'

---

303. Scite] sic ite *C* ercle *B*. crede D^1: *expunxit et* ercle *s. v. scripsit* D^2 cedo *om. Z* ilico D^2. uico D^1 304. Qum *(post eam v. erasa* aportu *in B.* qm̃ *C.* qvm D^1: dum D^2. quom *F, Scioppius Susp. lect. V 15.* cum *Z)* extemplo *libri.* Quom extempulo *Bentleius, Fleckeisenus Misc. crit. p. 41, Muellerus Pros. p. 489.* Quoniam extemplo *Ritschelius: cf. E. Hoffmann 'Studien zur lat. Syntax' p. 29 adn.* Quom extemplod *Ritschelius Nov. exc. p. 73* aportu ire *B.* aportuire *D.* a portud ire *idem Ritschelius l. s. s.* a portu abire *Bergkius Opusc. I p. 35* 305. cassantibus *Ritschelius ut Mil. v. 852. 856.* quassantibus *libri, Servius.* casantibus *Lambinus* 306. apud] ad *Hermannus* theothimum *BCD, ut fere constanter.* teothimum *F.* Theutimum *Muellerus Nachtr. p. 57* omne | Omne *D in fine et ab initio: in fine expunxit* D^2 deposiuimus *Acidalius, Scioppius l. s. s., Bentleius.* deposuimus *libri* 307. est Dianai *Camerarius.* est diane *(*dianae *Z) libri.* est Dianas *post Buechelerum de decl. p. 62*[2] *commendat Ritschelius Nov. exc. p. 115, qui* est Dianae *ediderat. cf. Proleg. Trin. p. CCIV.* deae Dianaest *Muellerus Pros. p. 528.* Dianaist *Abraham Stud. Pl. p. 217. hiatum tutatur Lachmannus in Lucr. p. 161 ante alios. totum v. sic Hermannus formavit:* Illic sacerdos qui Dianae est Eph.: *insequenti postponit cum Bothio Bergkius Opusc. I p. 35* ephoesię *e corr. D.* et thiresie *F Ceterum versum tollit Brachmannus p. 133* 308. *Pers. Nic. om. C* Quis *Brunckius, Seyffertus Stud. Pl. p. 27.* Qui *libri, Ritschelius* theothimus est *BCDF* Megalobuli *BCF.* margalobuli *D.* megaloboli *Z.* Megalobyzi *Ritschelius (cf. Parerg. p. 410) cum Hemsterhusio in Lucian. I p. 135.* Megalobuzi *Meursius et sic edidit Ritschelius.* Megabyzi *Pius, Turnebus Adv. XVIII, 31.* 'Μεγάβυζος *fuit apud Menandrum' Ritschelius. cf. Bergkius Opusc. I p. 35* 309. epheso st *B.* epheso est *reliqui* ephesiis] ii *ex* ei *ras. B* karissimus *B.* carissimus *reliqui*

NICOBVLVS
Ne ille hércle mihi sit múlto tanto cárior,
Si me ílloc auro tánto circumdúxerit.
CHRYSALVS
Quin ín eapse aede Díanai cónditumst:
Ibidém publicitus séruant.
NICOBVLVS
Occidístis me:
Nimio híc priuatim séruaretur réctius.
Sed nílne huc attulístis inde aurí domum?
CHRYSALVS
Immo étiam: uerum quántum attulerit néscio.
NICOBVLVS
Quid, néscis?
CHRYSALVS
Quia Mnesílochus noctu clánculum
Deuénit ad Theotímum, nec mihi crédere
Nec quoíquam in naui uóluit, eo ego néscio,
Quantum íllim attulerit: uérum haud permultum áttulit.
NICOBVLVS
Etiám dimidium cénses?

312. 313. *Charis. p. 214, 1:* Publicitus . . . Plautus in Bacchidibus: 'in aede . . . seruant'

310. ercle *BCD* michi *D* 311. me illoc *Pylades.* me illo *libri.* is illo me *Hermannus.* med illo *(ita Fleckeisenus) vel* me illod *vel* me illoc *Ritschelius Nov. exc. p. 43. 67* circunduxerit *F.* circumduxeris *(t sup. s scr. m. 2) D* 312. in eapse *Ritschelius.* in ipsa *libri.* ipsa in *Pylades* aede Dianai *Goellerus in Trin. v. 358, Abraham l. s. s.* ede *(ęde Z)* dianę *(diane CDF.* diantę *Z) libri.* aede deae Dianae *Hermannus, Ritschelius Aliquid excidisse velut* Ephesiae *statuit Ussingius* conditum st *B.* conditum est *reliqui* in aede Dianae publicitus aurum seruant *memoriter Charisius* 314. hic] id *Ritschelius.* '*nisi delendum est* hic *ut e v. proximo invectum*' *idem* 315. nilne huc *Hermannus.* nihil ne *B.* nihilne *CF.* nichil ne *D.* nihil nam *Z.* uos nihilne *Pylades.* nilne adeo *Braunius Obs. gramm. p. 35.* nilne eius *Muellerus Nachtr. p. 49.* nil nec *Kochius Mus. Rhen. vol. 25 (a. 1870) p. 622.* nilne ad me *Belowius de hiat. Pl. p. 85* 317. Qui nescis *Bothius* mnesilogus *D.* mnesilo chus *B* 318. adthe othimum *D et ex* adte otimum *C, post quam vocem colon ponit Ritschelius V. 319. 320 in unum contrahit Brachmannus p. 132:* Nec quoiquam uoluit: uerum h. p. a. 319. cuiquam *libri* innaui *D* 320. Quantum illim *Bothius.* Quantulum *libri.* Quantillum *Pylades, Bentleius in Heaut. IV 2, 1.* Quantum ille *Hermannus* adtulerit *(d ex t) D* hau *Fleckeisenus* 321. Etiam] *cf. Langenus p. 160 et Brixius Nov. annal. vol. CXXI (a. 1881) p. 50 sq.* Noedepol B^1: *corr.* B^2

CHRYSALVS
Non edepól scio.
Verum haúd opinor.
NICOBVLVS
Fértne partem tértiam?
CHRYSALVS
Non hércle opinor: uérum uerum néscio.
Profécto de auro níl scio nisi néscio.
Nunc tíbimet illuc náui capiundúmst iter,
Vt illúd reportes aúrum ab Theotimó domum.
Atque heús tu.
NICOBVLVS
Quid uis?
CHRYSALVS
Ánulum gnatí tui
Facito út memineris férre.
NICOBVLVS
Quid opust ánulo?
CHRYSALVS
Quia id sígnumst cum Theotímo, qui eumílli adferet,
Ei aúrum ut reddat.
NICOBVLVS
Méminero, et recté mones.
Sed istíc Theotimus díuesnest?
CHRYSALVS
Etiám rogas?
Quin hábeat auro sóccis subpactúm solum?

322. opinior *D* Fert ne partem *B*. Fert nepartem *D* 323. *V. delet cum Guyeto Brachmannus p. 132* Non *om. C.* ercle *BCD* uerum uerum] uerum *Z* 324. deauro *D* nihil *libri* 325. Nunc *BC*. Nec *D*. Ne *F*. Nę *Z* tibimet] m *e corr. post ras. 1 litterae B* capiundum st *B*. capiundum est *CDZ*. capiendum est *F* 326. theothimo *D*. theotbimum *C* demũ (ũ *ex* o *vel* a) *C* 328. Quod *D* opu st *BD*. opus *C*. opus est *FZ* 329. id (*s. v.*) signum st cum theothimo *B*. id signum est cum theotimo *CDFZ, nisi quod* teothimo (*ut aliquoties*) *F*. signum id cum Theotimost *Ritschelius* afferet *Camerarius*. adferret *B* (re *expunxit m. 2*). adfert *CD*. affert *FZ*. adferat *Ussingius* 330. NI. D^2 et *om. Bothius* 331. istic Theotimus diuesne est *Bothius, Ritschelius Proleg. Trin. p. CCXIII*. diuesne (dines ne *B*: ne *s. v. D*) est istic theotimus (teothimus *F*. theothimus *B*) *libri*. diuesne iste est Theotimus *Hermannus*. diuesne = disne *def. Spengelius T. Macc. Pl. p. 96: at cf. Langenus p. 279* 332. Quin habeat auro soccis *Bergkius Opusc. I p. 33*. Qui auro habeat soccis *libri*. Quin auro soccis habeat *Ritschelius*.

NICOBVLVS
Quor íta fastidit?
CHRYSALVS
Tántas diuitiás habet:
Nescít quid faciat aúro.
NICOBVLVS
Mihi dederít uelim.
Sed quí praesente id aúrum Theotimó datumst?
CHRYSALVS
Populó praesente: núllust Ephesi, quín sciat.
NICOBVLVS
Istúc sapienter sáltem fecit fílius,
Quom díuiti homini id aúrum seruandúm dedit.
Ab eó licebit quámuis subito súmere.
CHRYSALVS
Immo ém tantisper númquam te morábitur,
Quin hábeas illud quó die illuc uéneris.
NICOBVLVS
Censébam me effugísse a uita márituma,
Ne náuigarem tándem hoc aetatís senex.
Id mi haúd utrum uelím licere intéllego:
Ita béllus hospes fécit Archidémides.
Vbi núnc est ergo méus Mnesilochus fílius?

Quin aurod habeat soccis *idem Nov. exc. p. 63.* Qui soccis habeat auro *Pylades.* Qui auro sibi habeat soccis *Hermannus.* Quine *iam Bothius* 333. Quor *F.* Qur *BD.* Cur *CZ* 334. quid *BFZ.* qui *C.* quid *ex* qui *D* 335. Set *D* 336. presente *BF* 338. quom *F.* cum *reliqui* 340. em *Brixius Emend. in Capt. p. 21, Ribbeckius de part. p. 31.* hem *libri.* en *Ritschelius.* enim *Bothius.* hau *Bergkius Opusc. I p. 674* 341. illud] d *pro* m *minio B.* illum *C.* 342. *Post* me *una litt. erasa B* 343. ętatis *C.* etatis *D* 344. Id mihi aut utrum uerim (*sed in marg. ead. m. additis* al haud utrum uelim licere) *B.* id mihi haud utrum uelim *CDF.* id mihi haud ut uelim *Z.* Id iam mi, utrum uelim, haud *Ritschelius Proleg. Trin. p. CCXVIII* 345. ospes *D.* ospes *C* 346. ||| m̃s *ex* om̃s *D*
subpectum D^1: *corr.* D^2. subpictum *FZ*
aliquid *proximis Nicobuli verbis* mihi dederit *libri.* mi dederit *Bergkius Opusc. I p. 32. cf. Luchs Studemundi Stud. vol. I p. 30.* mihi duit *cum Hermanno Ritschelius V. 335 sq. del. Brachmannus p. 133*
presente *BF* nullu st *BD.* nullus est *reliqui* effesi *BCD*
sicat *C*
te morabitur *BCD.* remorabitur *FZ*
illuc *C.* illuc D^1: *corr.* D^2 quo die *BCD, codd. Pyladis.* quom *FZ*
maritima *Z*
intelligo *Z*
mneselochus *D.* mnesclochus *C*

CHRYSALVS
Deos átque amicos íit salutatum ád forum.
NICOBVLVS
At ego hínc eo ad illum ut cónueniam quantúm potest.
CHRYSALVS
Illést oneratus récte et plus iustó uehit.
Exórsa haec tela nón male omninó mihist,
Vt amántem erilem cópem facerem fílium.
Ita féci, ut auri quántum uellet súmeret,
Quantum aútem lubeat réddere, ut reddát patri.
Senéx in Ephesum hinc íbit aurum arcéssere:
Hic nóstra agetur aétas in malacúm modum,
Siquidem híc relinquet néque secum abducét senex
Med ét Mnesilochum. quás ego hic turbás dabo.
Sed quíd futurumst, quóm hoc senex rescíuerit?
Quom se éxcucurrisse ílluc frustra scíuerit,
Nosque aúrum abusos, quíd mihi fiet póstea?
Credo hércle adueniens nómen mutabít mihi

347. iit *(puncta minio picta) B.* it *cum Bothio Fleckeisenus Exerc. p. 8, Ritschelius* 348. eo ad illum *Ritschelius.* ad illum *libri.* abeo, illum *Bergkius Opusc. I p. 35.* ibo, illum *Abraham p. 208* conuenam *Ritschelius cum Bothio ut v. 144. cf. Proleg. Trin. p. CCXI* quantum potis *Fleckeisenus* 349. Ille est *libri* honeratus *D. post* oneratus *erasum* et plus iusto *in B* iusto] *add. signum D, quod ad marginis scripturam* secum *spectat* uehit *ex* uekit *B* 350. hec *D* omnino mihi est *BDF.* omni. ñ mihi est *C (ut* omni *sit in fine versus).* est omnino mihi *Z* 351. copem *Scutarius.* quopem *BD.* quiopem *C.* inopem *F.* ope *(et iunctim quidem* opefacerem*) Z.* compotem *codices quidam Pii, item codices Pyladis.* al. ut amanti erili opẽ facerẽ filio *in marg. B², colore paullo pallidiore: ubi* copiam *pro* opem *proponebat Camerarius* 352. aurum *Z* 354. Epheson *Bentleius* hinc *Camerarius. om. libri* bitet *pro* hinc ibit *Loewius Gloss. nom. p. 225* ibi taurum *CD¹: corr. D².* ibi aurum *Z* arcessere *Z.* arcesere *BCD.* accersere *F* 355. etas *CD¹F* mala eũ *C.* malachum *Z* 356. Si quidem *CD* hic *om. Hermannus: vide Prol. Trin. p. CCCXXVII* relinquit *Z* senex] semul *Brachmannus p. 135* 357. Med et *B.* Medet *CD².* Mede *D¹.* Me et *FZ.* Meque et *Muellerus Pros. p. 732.* Me hinc et *Umpfenbachius Melet. p. 32* 358. futurum st *B.* futurum est *reliqui* quom *F.* cum *reliqui V. 359—360 damnat ut interpolatos Brachmannus p. 134* 359. quom *FZ.* cum *reliqui* . excurrisse *Z.* excucurrisse *ex* excurrisse *D.* excucurrissẽ *C* 360. abusos? quid *vulgo* mihi] me *Bothius V. 361. 362 = 363. 365 esse vult deleto v. 364 Brachmannus p. 135: sic collocandos abiectis v. 361 sq. putat Anspachius p. 17: 365. 363. 364: cf. Langenus 'Phil. Rundschau' vol. I (a. 1880) p. 435* 361. ercle *BD*

Faciétque extemplo Crúcisalum me ex Chrýsalo.
Aufúgero hercle, sí magis usus uénerit.
Si eró reprehensus, mácto ego illum infortúnio:
Si illí sunt uirgae rúri, at mihi tergúm domist.
Nunc íbo: erili fílio hanc fabricám dabo
Super aúro amicaque éius inuenta Bácchide.

LYDVS

Pándite atque aperíte propere iánuam hanc Orci, ópsecro:
Nam équidem haud aliter ésse duco: quippe quo nemo áduenit,
Nísi quem spes relíquere omnes, ésse ut frugi póssiet.
Bácchides non Bácchides, sed Bácchae sunt acérrumae.
Ápage istas a mé. sorores, quae hóminum sorbent sánguinem.

---

362. cruci salumme *C* crisalo *BCD*. Chrusalo *vel potius* Crusalo *olim scriptum fuisse significavit Ritschelius Prol. Trin. p. CCCXXV* 363. ercle BD^1: *corr.* D^2 364. Siero *BD* reprensus *Z* macto ego *BCD*. matto ego *F*. in acto ego *Z*. macto *Guyetus, Ritschelius* 365. uirge B^1CDF aut *F* domi st *BDF*. domi est *CZ* *V. 366 sq. ut suspectos notavit Ussingius. post 366 lacunam esse credit Anspachius p. 18* 366. filio *FZ*. filio eius *BCD, lineola per* eius *ducta in B* 367. auroque amica *F*

obiectast *C.* obiecta est *reliqui cum A* ACERRUMA *A, Pius.* acerrume *BCDF.* acerrime *Z* 539. mihi *libri cum A* AMICUMESSE *A, sed litteris praeter* AM *admodum incertis.* antiacum esse *D.* antucū *(ex* antiūcū *rasura factum)* esse *C* antid hac *C.* antidhac D^1. andedhac *cum nescio quo signo (*t*?) sup.* n *B.* anteac *(et* h *s.* e*) sup. scr.* D^3. antehac *FZ. in A proprium occupabat hoc voc. versum: sed legi nil potuit V. 540—551 iam Studemundus 'Festgruss an die Wuerzburger Philologenvers. (a. 1868) p. 42' abesse ab Ambrosiano et retractatori tribuendos dixit: cui obsecutus est Brachmannus p. 90, nisi quod v. 544 et 548 prorsus tollit. Anspachio p. 32 Ambrosiani recensio posterior visa est: Plautinam esse hanc: 539. 540—542. 545. 549. 550. 551. 553. omnia retinet ut solet P. Weise p. 13. mihi de duplici recensione constare videtur: utram priorem dicam anceps haereo: sed inclinat animus in Studemundi vel potius Brachmanni sententiam* 540. uiunt *(*u *s.* i *add. m. 2) B: quod tutatur Kochius Nov. annal. vol. CI (a. 1870) p. 284.* uiuunt *CDFZ* quom *F.* cum *BCDZ* 541. esse *BCD.* tibi *FZ* repperiuntur *B* falsi *Pius.* falsis *libri* falsimoniis *CDF.* falsi||moniis *(erasa* s*) B.* testimoniis *Z* 542. sublesta *Z.* subuesta *(et* rs *sup.* st*) B.* subuesta *DF.* subuecta *C.* subficta *cod. Sambuci, cod. Pauli Stephani ap. Pareum.* sublesti *Acidalius* 543. quoi non inuideant *Dousa, Scaliger.* qui non inuideat *libri* secdm̄ *D ante corr.* optingere *B.* obtingere *reliqui* 544. *Dedi ex librorum scriptura et uncis circumscripsi cum Lachmanno et Brachmanno l. s. s.* Sibimet ne *cum Bothio Ritschelius.* Sibi nec *Kochius Mus. Rhen. vol. XXV (a. 1870) p. 622.* Ne sibi *et mox* ipsis *Acidalius.* Sibi illi ne *Hermannus* ignauia *Hermannus, Ritschelius* 545. MN. *om.* D^1: *add.* D^2 ne tu] tu ne *F.* ne tu *et s. v.* certe *CD* perquam *et s. v.* ualde *CD* meditate *et s. v.* sapienter *CD*

Séd etiam unum hoc: éx ingenio málo malum inueniúnt suo:
Núlli amici súnt, inimicos ípsi in sese omnís habent.
Átque i se quom frústrant, frustrari álios stolidi exístumant.
Sícut est hic, quém esse amicum rátus sum atque ipsus súm mihi:
Ílle, quod in se fúit, accuratum hábuit, quod possét mali
Fáceret in me, incónciliaret cópias omnís meas.

PISTOCLERVS

Ínprobum istunc ésse oportet hóminem.

MNESILOCHVS

Et ego ita esse árbitror.

PISTOCLERVS

Ópsecro hercle, lóquere quis is est?

MNESILOCHVS

Béneuolens uiuít tibi:

---

546. *Post* hoc *interpunxit primus Vahlenus ind. lect. Berol. a. 1880 p. 8* malum malo *post Bothium Hermannus* 547. *Post* sunt *lac. 5 litt. e ras. B* insese *B.* in se *Z* 548. *Hunc v. damnavit Brachmannus p. 91 probante Langeno 'Philol. Rundschau' vol. I (a. 1881) p. 433* i *Ritschelius, ut Trin. v. 17.* ii *B.* hi *DF et C ex rasura, ubi* c *fuerat: om. Z* quom *F.* qum *B.* cum *CDZ* frustrant *Acidalius.* frustrantur *libri, nisi quod* frustantur *B* frustrare *Acidalius* existimant *FZ* 549. sum atque ipsus sum *BCDF.* ipsus sum *Z.* sum aeque ipse ut sum *Brachmannus suasore Ribbeckio p. 92.* aeque ut ipsus sum *Fuhrmannus Nov. annal. vol. XCVII (a. 1868) p. 847* quem aeque esse *(vel* quem esse aeque*)* amicum ratus sum atque ipsus sum *Muellerus Pros. p. 305.* quem aeque amicum ratus sum atque ipsus sum *Teuffelius Nov. annal. vol. CXIII (a. 1876) p. 537 sq.* 550. Ille *B.* ipse *reliqui* inse *B* posset ut mali *ante rasuram D* 551. facere in me *Z.* Facere et in me *Camerarius.* Facere in me et mi *Acidalius* inconciliaret *Ritschelius.* inconciliare *(ex* inconcillare *ras. B et* l inčciliare B^2 *in marg.) BCDZ.* conciliare *F* 552. IM*(vel* N*)*PR *et paullo post* N, *dein in exitu* BITBO *ita ut vix videatur* R *secuta esse A* Inprobum *B.* Improbum *CDFZ* istuc *Z* MN. *om.* D^1*: add.* D^2 Et ego ita esse *Seyffertus Stud. Pl. p. 12 simul de* item *cogitans.* Ego ita esse *libri defensum ab Olseno thes. IV.* Ita ego esse *Ritschelius.* Ita esse ego *Bothius.* Ego ita eum esse *Muellerus Pros. p. 645.* Ego esse ita *post Guyetum Hermannus* 553. O *ab initio, dein post* BSECROHERCLE *litterarum incertissima vestigia* LOQUERE *et in fine* BENEUOLENSUIUITTIBI *A* Obsecro *Camerarius (t ut vid. A.* obsequere *BCDFZ* hercle *ex* heccle *B* loquere *libri cum A ut videtur, Ritschelius: cf. Langenus p. 183 sqq.* eloquere *Fleckeisenus, Muellerus Nachtr. p. 3* is *om. Z* MN *om.* D^1*: add.* D^2 bene uolens *B.* beneualens D^1 *(littera* l *incerta) FZ.* boneuolens D^2

Nám ni ita esset, técum orarem ut éi quod possés mali
Fácere faceres.

PISTOCLERVS

Díc modo hominem quí sit: si non fécero
Eí male aliquo pácto, me esse dícito ignauíssumum.

MNESILOCHVS

Néquam homost, uerum hércle amicus ést tibi.

PISTOCLERVS

Tantó magis
Díc quis est: nequam hóminis ergo párui pendo grátiam.

MNESILOCHVS

Vídeo non potésse quin tibi éius nomen éloquar.
Pístoclere, pérdidisti mé sodalem fúnditus.

PISTOCLERVS

Quíd istuc est?

MNESILOCHVS

Quid ést? misine ego ád te ex Epheso epístulam
Súper amica, ut mi ínuenires?

PISTOCLERVS

Fáteor factum, et répperi.

MNESILOCHVS

Quíd? tibi non erát meretricum aliárum Athenis cópia,

---

554. TQUODPOSSESMALI *A in fine, reliquis incertissimis* ne *Z* ut *om. F* ut eii quod posses *Bothius.* ego ut ei quod posses *Guyetus.* ut ei quod potis esses *Hermannus.* ut quod potesses ei *Fleckeisenus praef. Bacch. ed. R. p. XIII* male *Z* 555. QUISITSINONFECERO *apparuerunt in A* siñ *C* faecero *C* 556. IGNAUISSIMUM *apparuerunt in A* esse] etiam *Z* ignauismum *(et* si *s. v.) C.* ignauissimum *BDFZ* 557. *Incertissimas reliquias litterarum* OST *et* TIBI # TANTOMAGIS *in A indagasse sibi visus est Loewius* homo st *B.* homo est *reliqui* Hem tanto *Hermannus* 558. DICQUIS *et in fine* PARUIPENDOGRATIAM *A* nequam h. ergo parui *Brixius progr. Brig. (a. 1847) p. 12.* nequam hominis ego parui *libri, ubi* pol ego *Ritschelius.* nam nequam ego h. parui *Hermannus.* homonis nequam ego parui *Teuffelius Nov. annal. vol. CXIII (a. 1876) p. 539 sq.* nequam h. ego perparui *Spengelius T. Macc. Pl. p. 230* 559. UIDEO*(*DEO *dubiae)*NONPOTESSEQUINTIBIEIUS*(*TIBIEIU *incertissimae)*NOMENE*(*ENE *incertissimae)*LOQUAR *A* potesse *BC cum A.* posse *DFZ* eloquar *om. Z* 560. *Ita A: versus qui sequuntur 561—662 interciderunt in palimpsesto* 561. Quid sit *Beckerus in Studemundi Stud. vol. I p. 200 fortasse vere* misi ne *B.* me sine *C* ephoeso *D* epłam *B.* epistolam *reliqui* 562. mihi *libri* 563. Quid? *Angelius, Seyffertus Philol. vol. XXIX (a. 1870) p. 392* Qui *cum libris Ritschelius* mere-

Quíbuscum haberes rém, nisi cum illa, quám ego mandassém tibi,
Éam ut occiperes tute amáre et mi íres consultúm male? 565

PISTOCLERVS

Sánun es?

MNESILOCHVS

Rem répperi omnem ex tuó magistro: né nega.
Pérdidisti me.

PISTOCLERVS

Étiamne ultro tuís me prolectás probris?

MNESILOCHVS

Quíd amas Bacchidém?

PISTOCLERVS

Duas ergo hic íntus eccas Bácchides.

MNESILOCHVS

Quíd, duas?

PISTOCLERVS

Atque ambás sorores.

MNESILOCHVS

Lóqueris nunc nugás sciens.

PISTOCLERVS

Póstremo, si pérgis paruam míhi fidem arbitrárier, 570

---

tricum aliárum érat *Ritschelius: cf. Proleg. Trin. p. CCLXXIII* meritricum *corr.* e *supr. scripta C et* abarum *idem exhibet* athaenis (ae *in ras.) C* 564. Quibus cum *BD* quam *ex* qum *supr. scripta* a *B* 565. Eam ut occiperes tute *Ussingius.* Occiperes tute (Occiperestute *D.* Occiperes tu te *B) libri.* Occiperes tute ipse *Ritschelius.* Ipse occiperes tute *Hermannus.* Tute amare occiperes *et mox* med *Bothius.* Quin occiperes tute *Muellerus Nachtr. p. 123* mi *Ritschelius.* me *libri ut v. 684* 566. sanun es BD^3. sanun es *ex* sanũn es *C.* sanum es D^1FZ MN. *om.* D^1*: add.* D^2 reperi *B* nega] n *e corr. D* 567. Etiam neultro *BD* ꝓlectas *B ut cod. Scaligeri. idem ex* ꝓiectas *D.* proiectas *CFZ* 568. Quid amas Bacchidem? PI. Duas *Camerarius.* Quid amas *(pro* amas *D* duę *et s. v.* amas*)* PI. (PI. *om.* D^1*: add.* D^2*)* bachidem duas *BCD.* quid clamas? MN. bachidem. PI. Duas *FZ, et nisi quod* amas*, cod. Sambuci, Pylades.* Quid? amas Bacchidem. PI. Duas *cum Scaligero et Hermanno Ritschelius.* Quid, amas Bacchidem? PI. Duas *vulgo.* Quin' amas Bacchidem? PI. Duas *Seyffertus Philol. vol. XXIX (a. 1870) p. 392.* Quia amas Bacchidem. PI. Duas *Ussingius* 569. MN. *om.* D^1*: add.* D^2 Quid duas *Pylades, Muellerus Pros. p. 176, Seyffertus l. s. s.* Quid duae (Quiddue *D) libri, Ritschelius.* Qui duae *Hermannus* sorores *om. FZ* MN. *om.* D^1*: add.* D^2 570. Postremo *libri, nisi quod* Posteemo *B ante corr.* Postremo ego *cum Bothio Hermannus* si spergis *Z* paruam *Scaliger, Bentleius in Eun. I 2, 117.* parum *libri*

Tóllam ego ted in cóllum atque intro hinc aúferam.

MNESILOCHVS

Immo ibó: mane.

PISTOCLERVS

Nón maneo neque tú me habebis fálso suspectúm.

MNESILOCHVS

Sequor.

PARASITVS. PVER. PISTOCLERVS

PARASITVS

Ego súm parasitus hóminis nequam atque ínprobi,
Milítis qui amicam sécum auexit éx Samo.
Nunc me íre iussit ád eam et percontárier,
Vtrum aúrum reddat ánne eat secúm semul.
Tu dúdum, puere, cúm illac usque istí semul:
Quae harúnc sunt aedes, púlta: adi actutum ád fores.
Recédin hinc dierécte? ut pulsat própudium.
Comésse panem trís pedes latúm potes,
Forés pultare néscis. ecquis in aédibust?

---

571. Sustollam *Muellerus Pros. p. 30* ego ted *BC.* ego tet *DF.* ego te *Z.* iam te *Hermannus.* ego te hoc *Umpfenbachius Mel. Pl. p. 30* MN. immo ibi *F.* imo. MN. ibi *Z* 572. Pl. *om. D*¹*: add. D*² manebo neque me *Hermannus*

Act. IV scaena 1 PARASITVS · PVER · ADOLESCENS *BD*². *om. CD*¹. Parasitus. Puer *Z.* Parasitus *F* 573. PARASIT' *praem. D* Ego sum parasitus hominis *Muellerus Pros. p. 761.* Parasitus (arasitus *C.* Paratus *corr. in* Parasitus *sup. scriptis* si *D)* ego sum hominis *libri.* Parasitus hominis ego sum *cum Guyeto Ritschelius.* Parasitus ego sum homonis *Usenerus de Pseud. p. 9. hiatum tutantur Fleckeisenus, Spengelius T. Macc. Pl. p. 198, alii* inprobi *CD.* improbi *BFZ* 574. amicam qui *deleto* ex *Guyetus* 575. meire|||| *D.* mei re *C* adeam *BD* percontarier *FZ.* percunctarier *BCD* Nunc me ad eam ille ire iussit perc. *Hermannus* 576. Vtrumne *Z* reddit *D*¹*: corr. D*² semul *BCF.* simul *DZ: cf. Prol. Trin. p. XCVII* 577. puere cum illac *Bothius.* puer cum illa *libri.* puere, qui cum illa *Pylade duce Hermannus. de* iuisti *cogitat Belowius de hiat. Pl. p. 54* semul *BCDF.* simul *Z* 578. quę *D*². que *CD*¹*F* harunc *Studemundus Nov. annal. vol. CXIII (a. 1876) p. 60.* harum *libri, Ritschelius* edes *CDF* actutum *D*²*:* actitcū *ut vid. D*¹ foris *Pareus, Ritschelius* 579. PA. *praem. Z.* PV. *autem post* dierecte Recedin *Bothius.* Recede *libri.* Recede tu *Hermannus* 580. Commesse *B.* cōmesse *C* 581. foris *Ritschelius* pultares *C*¹ *Post* nescis *personae notam* PVER *habent BC,* puer *D*¹, Puer *D*², PA. *Z: nullam F* ecquis in aedibust *Ritschelius duce Scaligero* (aedibus est) *post Linde-*

Heus, écquis hic est? écquis hoc aperit óstium?
Ecquis éxit?

PISTOCLERVS

Quid istuc? quae ístaec est pulsátio?
Quid est? quaé te mala crux ágitat, qui ad istúnc modum
Aliéno uiris tuás extentes óstio?
Forés paene exfregísti. quid nunc uís tibi?

PARASITVS

Aduléscens, salue.

PISTOCLERVS

Sálue. sed quem quaéritas?

PARASITVS

Bacchídem.

PISTOCLERVS

Vtram ergo?

PARASITVS

Níl scio nisi Bácchidem.
Paucís me misit míles ad eam Cléomachus,
Vel út ducentos Phílippos reddat aúreos
Vel ut hínc in Elatiam hódie eat secúm semul.

---

mannum Nov. annal. vol. XIX (a. 1837) p. 147. ecquis his in aedibus est *BCZ, nisi quod* edibus *B.* hecquis is inaedibus est *D.* ecquis is in edibus est *F* his *defendit* hauscis *reposito pro* nescis *Muellerus Pros. p. 186: quod* hisce *esse debuit: cf. F. Schmidtius de dem. pron. form. p. 18* 582. est hic *F* hecquis *D:* ecqui *Fleckeisenus ep. crit. p. 20* hocaperit *D.* aperit *Guyetus* hostium *DFZ* 583. Ecquis (ec quis *C:* hecquis *D) libri.* Ecqui *Ritschelius*

Act. IV scaena 2 *Post* exit *novam scaenam ordiuntur libri, eandem recte continuavit Bothius.* PISTOCLERVS ADOLESCENS *inscripsit* B^1, PARASITVS *addidit* B^2*: om.* CD^1. PIST M̃ PA D^2. Pistoclerus adolescens. Parasitus *F.* Pistoclerus. Parasitus *Z* que *CDF* istec *libri* pultatio *F* 584. Quid est? quae te *Seyffertus.* Qui te (Quite *D) BCD.* Quid? quae te *Ritschelius.* quae te *Z.* que te *F.* Pol qui te *Ussingius simul de* Quaenam te *cogitans: cf. Seyffertus Diurn. gymn. vol. XXXIII (a. 1879) p. 470* exagitat *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 6* quia distunc *C.* ad istunc qui *Acidalius* 585. uiris tuas *BCD.* iuris tui *FZ* hostio *DFZ* 586. Foris *Ritschelius* pene *BCZ.* pone *F* exfregisti *B.* effregisti *reliqui.* ecfregisti *Bothius* 587. adolescens *F* Pl. D^2 *in ras. ubi* MNESIL̃ *fuerat: idem tota hac scaena factum. pro* Pl. *habet* MN. *C tota scaena* queritas *omnes* 588. Vtran *F.* Vtramne *cum Bothio Ritschelius Suspicor aliquid intercidisse* nihil *libri* bachidem *BCD* 589. *Post* Paucis *colon ponit Ussingius* adeam *D* cleomatus *F* 590. philippos *ex* philippios *rasura B* 591. Velut *D* inelatiam *D* '*Pro* elatia *scriptum est* ilecia'*: Pius* semul CD^1F. semel *(et* u *s.* e *post.) B.* simul D^2Z

PISTOCLERVS

Non ít: negat se itúram. abi et renúntia
Alium ílla amat, non íllum. duc te ab aédibus.

PARASITVS

Nimis íracunde.

PISTOCLERVS

At scín quam iracundús siem?
Ne tíbi hercle haud longest ós ab infortúnio:
Ita déntifrangibula haéc meis manibus géstiunt.

PARASITVS

Quom ego húius uerba intérpretor, mihi caútiost,
Ne núcifrangibula excússit ex malís meis.
Tuo ego ístaec igitur dícam illi perículo.

PISTOCLERVS

Quid aís tu?

PARASITVS

Ego istuc ílli dicam.

PISTOCLERVS

Díc mihi,
Quis tú's?

PARASITVS

Illius sum íntegumentum córporis.

---

592. *Parasito continuat C.* PA *praem. D*[1] id *Z* negat se *Ritschelius.* negato esse *libri.* negat esse *Acidalius.* negato *Hermannus, Muellerus Pros. p. 645.* negat eo se *Britzlmayrius progr. Landishut. a. 1867/8 p. 6.* negito esse *Bergkius Opusc. vol. I p. 130* abiet *D.* abei *Kiesslingius Nov. ann. vol. XCVII (a. 1868) p. 629* 593. edibus *BCDF* 594. iracundus sum *Beckerus in Studemundi Stud. vol. I p. 281*

595. Ne tibi hercle *def. post Bentleium in Heaut. IV 2, 1 et Hermannum Op. VIII p. 441 Seyffertus Stud. Pl. p. 5.* Ne tibi pol *Ritschelius cum Fleckeiseno Philol. vol. II (a. 1847) p. 85 collatis Mil. gl. v. 1270 et Proleg. Trin. p. CXXVII.* Tibi hercle *Hermannus in editione* longe est os *(*estos *D*[1]. es tu *D*[3]*) libri* infortuno *D*[1]*: corr. D*[2] os ab infortuniost *cum Fleckeiseno Ritschelius* 596. denti frangibula *BCD.* dentifragibula *Bergkius Opusc. vol. I p. 124, fortasse vere* hec *D* 597. Quom *F.* Cum *reliqui* interpretor] *mediam* r *litt. ex* i *corr. BD* cautiost *C.* cautio st *B.* cautio est *reliqui.* cauitiost *Fleckeisenus* 598. Ne nuci frangibula *B.* Nenuci frangibula *D.* Ne nūcifrangibula *Z.* Ne nucifragibula *Bergkius Opusc. vol. I p. 124* excusserit *F* ex *add. D*[2]*: om. D*[1]*FZ* 599. ergo *D*[1]*: corr. D*[3] istęc *C.* istic *D*[1]*:* istec *D*[2] 600. Pl. Dic] $\overline{\text{M}}$ dic *D*[1]*: corr. D*[2]*. pers. om. C* 601. tu es *(*tues *D) libri* integimentum *BC et, nisi*

PISTOCLERVS

Nequam ésse oportet quoí tam integumentum ínprobumst.

PARASITVS

Sufflátus ille huc uéniet.

PISTOCLERVS

Disrumptúm uelim.

PARASITVS

Numquíd uis?

PISTOCLERVS

Abeas: céleriter factóst opus.

PARASITVS

Vale, déntifrangibule.

PISTOCLERVS

Ét tu, integumentúm, uale.

In eum haéc reuenit rés locum, ut quid cónsili
Dem meó sodali súper amica nésciam:
Qui irátus renumeráuit omne aurúm patri,
Neque númmus ullust quí reddatur míliti.
Sed húc concedam: nám concrepuerúnt fores.
Mnesílochus eccum maéstus progreditúr foras.

---

quod e *post. ex* o *inter scrib. corr., D* 602. cui *libri* tam integumentum improbum est *Bothius.* tu integumentum inprobus *(impr. FZ)* es *libri.* tu integimentum improbum es *Lambinus, ubi* probum *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 6.* tu integumentum sies *Hermannus.* tu integumentum, improbe, es *Gertzius teste Ussingio* Nequam esse oportet scutum: integumentum improbum est *Turnebus Advers. XXIV 11: atque* scutum: integumentum improbust *Scaliger quoque in suo cod. esse testatur* 603. PA. *om. C: item v. 604. 605 personarum notas omnes* PI. *om. CD¹: add. D³* dirrumptum *B.* dirrumptum *CD.* diruptum *FZ: cf. Proleg. Trin. p. CII et Neumannus de compos. a dis (di) incip. p. 13* 604. Numquid *Z.* Nunc quid *BCDF, nisi quod* nc *ex corr. C* abeas celeriter *iungebatur ante Hermannum* factost *D.* facto st *BCF.* facto est *Z* 605. Vale denti frangibule *BC.* Valenti *(et* de *s.* en*)* frangibule *D.* Vale dentifragibule *Bergkius Opusc. vol. I p. 124* intugumentum *ex* integumentum *C* 606. eum haec reuenit *Bothius.* eum nunc haec reuenit *libri, nisi quod* secum *super* eum *et* hec *D³.* eum reuenit *Guyetus.* eum haec nunc reuĕnit *Muellerus Nachtr. p. 82.* eum haec deuenit *Gertzius* qui *D¹F: corr. D³* consilii *libri V. 607—610 in margine habet C* 607. dem meo] deo *Z* 608. ratus *F* remunerauit *Z* 609. ullu st *B.* ullust *CD.* ullus *FZ* 610. crepuerunt *Z* 611. mestus *BCDF.* molestus *Z* pergreditur *Z*

MNESILOCHVS. PISTOCLERVS

MNESILOCHVS

Pétulans, propteruo, íracundo ánimo, indomito, incógitato,
Síne modo et modéstia sum, síne bono iure átque honóre,
Íncredibilis ínposque animi, ínamabilis, inlépidus uiuo,
Máleuolente ingénio natus: póstremo id mist quód uolo
aliis.
Credíbile hoc est? nequiór nemost

Act. IV scaena 3 MNESILOCVS PISTOCLERVS ADOLESCENTES *B. om. CD*¹. MNESILOCHVS *D*². Mnesilochus. Pistoclerus *FZ (nisi quod* c *pro* ch *Z)* *'Miris modis depravatam scaenam cum secundum vulgatam versuum distributionem, quae Camerarium auctorem habet, inde a v. 626 nos olim trochaicis numeris descripsissemus, contra iambicis septenariis Hermannus nuper: ut in tanta opinionum fluctuatione certiore fundamento niteremur, nunc ab ea versuum descriptione profecti sumus quam B servavit. Quam dum tenemus quantum fieri potuit, trochaici prodierunt post tres octonarios continui septenarii undecim' Ritschelius: eandem viam secutus paullo propius ad libros accedere studui. tractaverunt autem numeros post Ritschelium Spengelius de vers. cret. p. 31 (v. 620—625), T. Macc. Pl. p. 158 sq. (v. 620—639), 'Reformvorschläge' p. 343 (v. 612—639): Crainius 'über die Compos. der Pl. Cant.' p. 18 sqq. (v. 612—624): Seyffertus de bacch. vers. p. 10 (v. 615—617), p. 28 (v. 625—627): Studemundus de cant. p. 85 totam scaenam paucis stringens: Muellerus Pros. p. 352 (v. 612—617). a quibus quid sumpserim accurate adnotabitur: quid improbem rarius disertis verbis dicam: nisi quod consentaneum est, quotiens ab Ritschelio recesserim diligenter commemorari* *De v. 612—614 vide Hermannum Elem. d. metr. p. 92* 612. MNĒS. etulans *C.* Pecculans *D*¹. Pectulans *D*². *de* Petulanti *cogitat dubitanter Spengelius 'Reformvorschl.' p. 138* propteruo *BCD: quod obscurare nolui: cf. Bergkius Opusc. vol. I p. 380 et Loewius Gloss. Nom. p. 184: quamvis non nesciam quid contra monitum sit a Kellero 'Wochenschrift für klass. Philol.' a. 1885 p. 433 sq.* proteruo *FZ* iracundod *Ritschelius Nov. exc. p. 75 cum Bothio* 613. Sinemodo *D* honore] iụrẹ honore *D.* more *Acidalius* 614. Incredibilẹs *(et* i *s.* ẹ*) B* imposque *ex* sim postque *B.* impos quẹ *C.* impos quem *D*¹: *corr. D*³ illepidus *FZ* 615. Male uolente *B* genio *Pius, Meursius, Gronovius Lect. Pl. p. 177* *Post* natus *rasura 5 litterarum (*natus*?) B* id mihi *(*idm̃ *D)* est *libri* uolo *CDFZ: idem ex* nolo *corr. B.* nolo *'vetus lectio' Pii: cf. Wolffius de cant. p. 38, Muellerus Pros. p. 352* aliis *Hermannus.* ego esse *(*esse *om. Z)* aliis *BDFZ, ita ut ab* ego *novus versus incipiat in B: item C, ubi verba* ego — nemost *in margine tantum sunt.* ego aliis *Spengelius 'Reformvorschl.' p. 138* *V. 616 sq. sic discripsit Ritschelius:* Néquior némo quisquámst, neque indígnior ‖ Quoi dí bene faciánt nec quem homo aút amet aut ádeat *simul verba* credibile hoc est *in v. 623 collocans 'sententia exigente': at cf. Seyffertus de bacch.*

Neque indígnior, quoi di béne faciant neque quém quisquam homo aut amet aút adeat.
Inimícos quam amícos aequómst med habére,
Malós quam bonós par magís me iuuáre.
Ómnibus probris, quae ínprobis uiris
Dígna sunt, dígnior núllus est homo,
Quí patri réddidi omne aúrum amens modo,
Quód fuit praé manu? Súmné ego homo miser?
Pérdidi me ác simitu óperam Chrysali.

---

vers. p. 9 et Spengelius 'Reformvorschl.' p. 37. eosdem octonario et dimetro anapaesticis discripsit Spengelius loco modo commemorato de homo quisquam *vel delenda* aut *voce cogitans. sic olim Hermannus Elem. p. 220 disponebat:* Incrédibilior, nequiór nemo núnc est ‖ Neque índignus, quoí di ‖ Benefáciant, neque quém quisquam *e. q. s.: ad hoc autem exemplum idem in edit.:* Incrédibile hoc ést: nequiór nemo est quoí di ‖ Benefáciant *e. q. s.* 616. hoc est *(*est *om.* D^1FZ*: add.* D^2*) libri* nemo st *B.* nemo est *FZ* 617. quoi dii *Z.* cui dii *F.* quo di *C.* quidi *(et* o *sup.* i *priore) D, ubi* i *priorem expunxit* D^2 quispiam *F.* quisque *Z De exitu versus molliendo cf. v. 616 sq.* 618. aequomst med habere *Hermannus olim (idem postea* aequom mest habere*): cf. Ritschelius Nov. exc. p. 75.* equust *(*equiūst *D.* equiust *C.* equum est *F.* aequum est *Z)* me habere *libri.* aequomst me habere *def. Seyffertus de bacch. vers. p. 46, Studemundus de cant. p. 44, Bergkius Beitr. p. 51.* habere aequiust me *Fleckeisenus* 619. par magis *(*permagis D^1FZ*: corr.* D^2*) libri, Olsenus p. 88.* par magist *Ritschelius* 620. probis *Z* quę *B.* que *CD.* quam *FZ* improbris *B.* improbris *CD.* improbis *FZ* 621. digna est *Z.* dignust *'antiqua exemplaria' Pii* est] aeque est *Hermannus V. 622—624 sic discripsit Ritschelius:* Quí patri réddidi quód fuit praé manu. ‖ Crédibile hoc quoípiamst? súmne ego améns homo? ‖ Quí misere pérdidi me átque operam Chrýsali*: sic autem Hermannus:* Quí patri réddidi quód fuit p̄raé manu. ‖ Súmne ego améns homo? ‖ Heí miser, pérdidi me átque operam Chrýsali *(cf. idem Elem. p. 220): quas discriptiones impugnavit Spengelius de vers. cret. p. 32, T. Macc. Pl. p. 159, 'Reformvorschl.' p. 22* 622. reddidi *(sed* di *post. s. v. m. 2) B Post* aurum *rasura 3 litterarum B* amens *Saracenus.* amans *libri* modo *addidi: om. libri* 623. pręmanu *B.* prae manis D^1. prae manus D^2. prae manibus *FZ Post* ego *rasura 5 litterarum, in qua* miser *fuerat, B* 624. me ac simitu *scripsi.* me atque *libri* chrisali *libri Ceterum iambicum dimetrum esse vult Spengelius 'Reformvorschl.' p. 307 V. 625—627 discripsi cum Spengelio 'Reformvorschl.' p. 344 (ex parte cum Muellero Nachtr. p. 27: cf. Seyffertus p. 28, Studemundus Diurn. gymn. vol. XVIII (a. 1864) p. 548): cosdem sic ordinavit Ritschelius:* Consólandus híc nunc mihíst: ad eum adíbo. ‖ Heús, Mnesiloche, quíd fit? MN. Perii. PI. Dí meliora fáxint. MN. Perii. ‖ PI. Nón taces, insípiens? MN. Taceam? PI. Sánus satis nunc nón. es. MN. Perii

PISTOCLERVS

Consólandus hic mist: íbo ad eum. 625
Mnesíloche, quid fit?

MNESILOCHVS

Périi. 626ª

PISTOCLERVS

Di mélius faciant.

MNESILOCHVS

Périi. 626ᵇ

PISTOCLERVS

Non táces, insipiens?

MNESILOCHVS

Táceam? 627ª

PISTOCLERVS

Sanús satis non es.

MNESILOCHVS

Périi. 627ᵇ

Múlta mala mi in péctore nunc ácria atque acérba eueniunt. Críminin fidém me habuisse? inmérito iratus tíbi fui.

PISTOCLERVS

Éia, habe bonum ánimum.

MNESILOCHVS

Vnde habeam? mórtuos plurís pretist quam ego sum. 630

PISTOCLERVS

Mílitis parasítus, qui modo aúrum petere hinc uénerat,

---

625. Consolandus] secum *sup. scr.* D^2 hic mihist *BCDF*. hic mihi est *Z* adeum *BD* *Bacchiacum trimetrum esse vult Christius 'Metrik' p. 422²* *V. 626ª et 626ᵇ coniungit B* 626ᵇ. dii *FZ* meliora faxint *Fleckeisenus Exerc. crit. p. 19* *V. 627ª et 627ᵇ coniungit B* 627ª. tacens *Z* 627ᵇ. satine sanus nunc es *Ritschelius in adnot.* 628. mihi in pectore *(*inpectore *B) libri.* mihi in pectóre *defendunt Studemundus de cant. p. 14, Spengelius ad Truc. II 7, 43.* mi in pectorē *Buechelerus de decl. p. 97².* *Ritschelius* nunc *post* acerba *collocat* acri *CDF* acerba eueniunt *Z.* acerua eueniunt *C.* acerbę ueniunt *(et* a e *s.* ę*) B.* acerbi eueniunt *DF* 629. Criminin fidem me habuisse *Bothius.* Criminin me *(*crimini in me *F.* crimin in me *C.* crimini me *Z)* habuisse fidem *libri* immerito *FZ* iratus tibi fui *Fleckeisenus duce Hermanno.* tibi iratus *(*iartus *Z)* fui *libri.* iratus fui tibi *Ritschelius* 630. Eiia B^1 *notabili scriptura.* Eia *ex ras.* B^2. eya *F* habe bonum *Ritschelius duce Hermanno.* bonum habe *libri* mortuos *(et* u *sup.* o*) C* preciist *D.* pretii est *B.* preci ist *CFZ* pluris quam ego sum mortuost *Ritschelius.* pluris mortuos quam ego sum pretist *Spengelius 'Reformvorschl.' p. 344 iambice versum dimetiens* 631. qui

Éum ego meis dictís malis his fóribus atque hac múliere
Réppuli reiécique hominem.

MNESILOCHVS

Quíd mi id prodest, díc mihi?
Quíd faciam? nil hábeo miser: illé quidem hanc abducét, scio.

PISTOCLERVS

Si míhi sit, polliceár.

MNESILOCHVS

Scio dares: nouí. sed nisi ames nón habeam 635
Tibi fídem tantam. nunc ágitas sat tuté tuarum rerum: égone
ut opem 636. 637
Mihi férre putem posse ínopem te?

PISTOCLERVS

Tace módo: deus respiciét nos 638

---

modo aurum petere hinc uenerat *Kiesslingius Mus. Rhen. vol. XXIII (a. 1868) p. 423.* modo uenerat aurum petere hinc *libri.* huc modo, aurum petere hinc uenerat *Ritschelius.* aurum uenerat petere hinc modo *Spengelius l. s. s.* 632. eum *sup. scr. C* meis] me his *Z* his *BCD*^{3}*F.* hic *Z.* is *D*^{1} atque *post* reppuli *F* hac muliere *Ritschelius.* hac *BC.* ac *D*^{2}. *om. D*^{1}*FZ.* hac semita *Ussingius* Eum égo meis dictís malis his fóribus atque hac réppuli *Spengelius l. s. s.* ianua *add. in B man. Camerarii* 633. Repuli *BDZ* reiecique *Ritschelius (postea* homonem *Acta soc. phil. Lips. vol. II p. 462).* reieci *libri, nisi quod* reici *D*^{1}*: corr. D*^{2} id *sup. scr. C* Quid mi id prodest, dic mihi? *scripsi.* quid mihi id prodest *libri.* Quid id autem prodest mihi *Ritschelius* Reiéci hominem. Quid mi íd prodest? *Spengelius l. s. s.* 634. *Iambos discribit Spengelius l. s. s.* faciam miser? nil habeo *Ritschelius* equidem *Spengelius l. s. s. V. 635—640 sic discripsi: quorum in B initia haec sunt:* Si mihi, Sed nisi, Nunc, Ego ne, Tace, Mane*: eosdem sic disposuit Ritschelius:* Pól si mihi sit, nón pollicear. MN. Scío, dares: nouí tuum, ‖ Ét, nisi ames, nunc tíbi fidem habeam tántam quantam máxumam. ‖ Núnc agitas sat túte tuarum rérum, ego ut opem té mihi ‖ Férre putem posse ínopem. PI. Tace modo: áliquis respiciét deus. ‖ MN. Núgae. PI. Mane. MN. Quid ést? PI. Tuam copiam éccum uideo Chrýsalum. *alii ubi hos versus tractaverint supra indicavi: adde Studemundum Diurn. gymn. vol. XVIII (a. 1864) p. 540* 635. mihi sit *Camerarius.* mihist *C.* michist *D.* mihi est *BF.* mihi non est *Z* pollicear *Spengelius T. Macc. Pl. p. 160, 'Reformvorschl.' p. 344.* non pollicear (polliceor *DZ.* policeor *F) libri, ubi* sed dem *supplet Ritschelius* deres *(et* a *sup.* e *prior.) B.* dare *D*^{1}*: corr. D*^{2}. des *Spengelius l. s. s., fortasse vere* 636. 637. sat tute] satrute *CD*^{1}*: corr. D*^{2} Ego ne ut *B.* Ego neut *D.* Egone *Z* 638. posse] e͞e posse *D* PI. *om. D*^{1}*: add. D*^{2} deus *BC.* deus *ex* dꝰ *D*^{1}. deus *sup. scr. D*^{2}. deus secundus *FZ*

Aliquís.

MNESILOCHVS

Nugae.

PISTOCLERVS

Mane, máne.

MNESILOCHVS

Quid est?

PISTOCLERVS

Tuám copiam éccam Chrysalum uídeo.

CHRYSALVS. MNESILOCHVS. PISTOCLERVS

CHRYSALVS

Hunc hóminem decet auro éxpendi: huic decet státuam statui ex aúro. 640
Nam dúplex hodie facinús feci: duplicíbus spoliis sum adféctus.
Erum méum maiorem ut ego hódie lusi lépide, ut ludificátust.
Cállidum senem cállidis dolis
Cónpuli et pérpuli mi ómnia ut créderet.

Post deus *rasura 3 litt. B* respiciet] r *e corr. B* 639. Nuge *libri* PI. Mane] PI. *om. D*[1]*: add. D*[2] mane *addidi: om. libri* eccam *(et* u *sup.* a*) B.* eccam *CDFZ* chrisalum *libri*

Act. IV scaena 4 CRISALVS SERVVS·MNESILOCVS PISTOCLERVS·ADOLESCENTES *BFZ, nisi quod* Chrys. *et* lochus *FZ,* adulescentes *F,* adolescens *Z. om. CD V. 640—667 tractat Crainius 'Ueber die Compos. der Pl. Cant.' p. 11, v. 640—670 Spengelius 'Reformvorschl.' p. 344, Anspachius l. s. s. p. 35 V. 640—642, quos trochaeis discripserat Ritschelius, anapaestos esse statuerunt Bergkius Opusc. vol. I p. 674, Buechelerus de decl. p. 11*[2]*, Muellerus Pros. p. 95, Spengelius 'Reformvorschl.' p. 175 sq.* 640. *Chrys. not. om. CD* unc *C.* Nunc *FZ* huc *Z* statuam statui decet *Ritschelius cum Hermanno* 641. *Versum Plautinum esse negat Anspachius p. 35* duplum *cum Brixio Quaest. p. 43 Ritschelius* duplex feci hodie facinus *Hermannus* spoliamusum *(et* is *sup. a) D*[1]*: ubi* amu *expunxit D*[2] affectus *libri praeter B* 642. Erum meum maiorem *(vel* Meum erum maiorem*) Muellerus Pros. p. 96:* Erum maiorem meum *libri* Erum ego meum maiorem ut hodie *Bothius* ut ego *libri, nisi quod una litt. erasa post* ut *in D.* ita ego *Ritschelius* ludificatus est *libri V. 643—650 ita discripsit Ritschelius praeeunte Hermanno vel Elem. doctr. metr. p. 200 vel in editione* 643. Callidis senem incallidum *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 6 et* Callidum illum *Crainius p. 11* callidis *(*is *ex* um *C.* i *post. in litura B) BC.* calidis *codex Romanus Longolii* 644. Compuli *libri* pepuli *Z et B ante corr.:* p‖puli *B post corr.* mihi *libri* om̄a *(*o *ex* u*) D*[1]*:* om̄a *D*[2]*:* oīa *sup. scr. D*[3] utcrederet *D*

Núnc amanti ero, fílio senis, 645
Quicum égo bibo, quicum édo et amo,
Régias cópias aúreasque óptuli,
Út domo súmeret neú foris quaéreret.
Nón mihi istí placent Pármenonés, Syri,
Quí duas, trís minas aúferunt eris. 650
Nequíus nihil est quam egens cónsili seruos, nísi habet multi-
poténs pectus, 651. 652
Út ubiquomque usús siet 653ª
Péctore expromát suo. 653ᵇ
Nullús frugi esse pótest homo,
Nisi qui ét bene facere et mále tenet. 655
Ímprobus sit cum ímprobis:
Hárpaget cum fúribus

V. 645 sq. in unum contrahit B 645. senis] secus *Z* 646. *Iambos ante Hermannum agnoverat Ritschelius* Qui cum ego *B* *V. 647 et 648 coniungit B* 647. aureas que *B* optuli *BF.* obtuli *CD.* attuli *Z* 648. quęreret *B.* quereret *D.* adquęreret *C ante ras.* *V. 649—662 tractavit Spengelius T. Macc. Pl. p. 161* 649. *Post* mihi *ras. trium litterarum B* placent isti *CDFZ* siri *D* 650. Quiduas *B* tris *Hermannus.* aut tris *BCD.* aut tres *FZ* eris] suis eris *Hermannus acatalectum efficiens: cf. de hoc v. Spengelius 'Reformvorschl.' p. 115* *V. 651—653 sic discripsit Ritschelius:* Néquius níl quam egens cónsili séruos est, ‖ Nísi is habet múltipotens péctus ut cópias, ‖ Vbicumque usús siet, péctore promát suo*: at vide Studemundum de cant. p. 20 et maxime Spengelium 'Reformvorschl.' p. 23* *V. 651. 652 anapaestis discripsit Spengelius l. s. s. aliter Anspachius p. 35* consilii *CFZ.* consilio *D.* consiliis *B* seruus *libri* *Verba* multipotens pectus *cum sequenti v. iungit B* multipatens *(a ex o m. 2) B.* multi potens *C* pectus multipotens *Z* *V. 653ª et 653ᵇ coniungit B* 653ª. Vt *addidi duce Guyeto. om. libri* ubicumque *libri* sit *F* 653ᵇ. suo *om. CDFZ* *V. 654—662 e diasceue repetit Anspachius p. 35 duce Brachmanno l. s. s. p. 178 obnitente Paulo Weise l. s. s. p. 45 sq.* 654. *Iambicum feci duce Spengelio T. Macc. Pl. p. 161:* Núllus frugi ésse homo * * * potest *Ritschelius edidit* frui *(et* g *sup.* u*) D* 655. Nisiet *(et* qui *sup. scr.) B* bene facere et male *Ritschelius duce Hermanno.* bene et male facere *libri* *V. 656. 657 et ex v. 658 verba* quod queat *in unum v. contrahit B: quae sic ordinat Spengelius l. s. s.:* Impróbus cum impróbis sit, hárpaget, ‖ Furíbus furétur quód queat 656. Improbus sit cum improbis *Hermannus.* Improbis *(*Inprobis *CDZ.* Improbus *F)* cum *(*quom *F)* improbus *(*improbis *F)* sit *libri* 657. arpaget *BCD.* arpaga *F.* harpaga *Z* cum furibus *Hermannus.* furibus furetur *libri praeter sententiam*

Quód queat. uórsipellém frugi cónuenit
Esse hóminem, pectus quoí sapit:
Bonus sít bonis, malus sít malis. 660. 661
Vt quaéquest res, animum íta habeat.
Séd lubet scíre, quantum aúrum erus sibi
Démpsit et quíd suo réddidit patri.
Sí frugist, Hérculem fécit ex patre: 665
Décumam partem eí dedit, síbi nouem abstulit.
Séd quem quaero, óptume eccum óbuiam mihist.

---

667. *Charis. p. 209, 6*: Obuiam pro obuius . . . Plautus in Bacchidibus: 'oho . . . obuiam'

V. 658 sq. ita distribui: contra sic Ritschelius duce Hermanno: Quód queat. uórsipellem ésse hominem cónuenit*: sed cf. Spengelius 'Reformvorschl.' p. 24 sic scribens:* Vórsipellem cónuenĭt esse hóminem pectus quoí sapit. *alia temptavit Christius 'Metr. Bemerk.' p. 67* 658. *Cf. 656. 657* Vesipellem *(et* r *sup. scr. m. 2)B* frugi *cum Bothio Ritschelius delevit ut e v. 654 iteratum: at defendi videtur posse talis abundantia: cf. v. 651 V. 659—661 dochmiacos esse voluit Hermannus* 659. *Verba* Esse hominem *superiori v. adnectit B Iambicum feci V. 660/61, quem B cum 659 coniungit, dispescit Ritschelius cum Hermanno Elem. d. m. p. 221:* Bonús sit bonís, ‖ Malús sit malís. *iambos agnoverunt cum alii tum Seyffertus de bacch. vers. p. 40, Studemundus de cant. p. 40, Spengelius l. s. s. alia temptavit 'Anspachius p. 34* malus] mal' D^3 *post rasuram, ante quam quid fuerit non liquet* 662. Vt quaéquest res, animum íta habeat *scripsi.* Vt quę cumq *(*q *sup. v. add. m. 2)* res sit ita animum habeat *B.* utcumque res sit *(*ressit *D)* ita animum habeat *CDFZ: ubi* Vticumque *Hermannus olim.* Vt quaécumque rés est, ita ánimum habeat úsque *Ritschelius.* Vtcúmque rest, animum hábeat *Spengelius l. s. s. 'ceterum etiam licebat sive dochmiacos sive bacchiacos numeros continuare:* Vt quaécunque rést, ‖ lta hábeat animúm' *Ritschelius. cf. Seyffertus de bacch. vers. p. 8* sit, *pro quo iam Reizius* est *scripsit, defendit Muellerus Nachtr. p. 141* 663. *Ab hoc v. accedit A, ubi v. 663—669 paullulum ab initio remoti sunt* SEDLUBET(LUBET *litteris prorsus incertis) et* SIBI *litteris incertissimis in fine A* 664. DEMP *et paullo post* DSUO *A* et quid *F.* etquid *C.* ecquid *(et* et *sup.* ec *m. 2) B.* ut quid D^1*: corr.* D^2. et quidem *Z Cf. Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 192, Fuhrmannus Nov. annal. vol. CV (a. 1872) p. 828, Luebbertus 'der Conjunct. Perf.' p. 51* 665. SIFRUG *ab initio A* frugi est *libri, nisi quod* en *pro* est *F* ⊢ercule D^1*: corr.* D^2 666. DEC *ab initio A* Decimam *BCDF* 667. SEDQUEMQUAER *ab initio A* quero *BDF* optume *F.* obtume *CD.* optime *BZ* oho oportune mihi est obuiam *Charisius* eccum *Langenus p. 3.* ecce *libri* mihi est *libri*

Numquí nummi, ere, tibi éxciderunt, quód sic terram optúere?
Quid uós tam maestos trístisque esse cónspicor?
Nón placet nec témerest. etiam quíd respondetís mihi? 670

MNESILOCHVS

Chrýsale, occidí.

CHRYSALVS

Fortassis tu aúri dempsistí parum?

MNESILOCHVS

Quíd malum parum? ímmo uero nímis multo minus quám parum.

CHRYSALVS

Quíd malum igitur, stúlte, quoniam occásio ad eam rém fuit
Meá uirtute párta, ut quantum uélles tantum súmeres,

V. 668 sq. ita discripsit Ritschelius cum Hermanno: Núm qui tibi nummi éxciderunt, ére, quod sic terrám tacens ‖ Óptuere? quíd uos maestos trístisque esse cónspicor? *Veteris discriptionem tutatur Muellerus Nachtr. p. 123. cf. praeterea Spengelius T. Macc. Pl. 163 V. 668 coniungit Spengelius 'Reformvorschl.' p. 345: quem sic dispertiunt B C D F Z:* Num qui nummi exciderunt *(*exciderint *F)* ere tibi ‖ Quod sic *(*sit *et* c *sup.* t *C)* terram optuere *(*obtuere *C D F Z). eandem discriptionem A habuit, ubi in priore versu* RUNTERE *et in posteriore medio dubiam* s *Loewius sibi legere posse visus est* ere, tibi exciderunt *Spengelius l. s. s.* exciderunt ere tibi *libri cum A ut vid.* 669. STOSTAMTRIS *in medio v. A* uos tam maestos tristisque *Muellerus Nachtr. p. 123.* uos mestos *(*moestos *Z)* tam tristesque *(*tãquam tristes *Z) B C D F Z.* ‚tam uos maestos tristesque *Spengelius 'Reformvorschl.' p. 345, T. Macc. Pl. p. 163.* maestos uos tam tristesque *idem ibidem*

De esse *voce delenda cogitat Ritschelius:* tamque tristes *Pius* 670. NONPLACET, dein ESTETIAMQUID *litteris omnibus praeter* EST *et* QUID *incertissimis A* temere est. etiam quid *Bothius.* temerest etiam quin *B C et (nisi quod* temerẽ *D,* temere est *F Z) reliqui.* est temere. eia quin *Acidalius* respondetis mihi *Acidalius.* mihi respondetis *B C D F Z.* mihi respondeas *C V. 671. 672 hoc ordine A, Camerarius in editione et in codice vet. numeris 1 et 2 appositis: inverso B C D F Z* 671. *Litterarum* CHRYSALE *perdubiae reliquiae et in medio v.* s *Loewio apparuerunt in A* MN. *om. libri* Crisale *(et* h *s.* r*) B.* CHRISale *D* tuauri *D* 672. QUAMPARUM *in fine A* MN. *om. F Z* Quid *Ritschelius.* Qua *(et* i *sup. a) B.* quia *C D F Z.* Qui *Camerarius.* Quam *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 7* parum MN. immo *F Z* nimis multo minus quam parum *Ritschelius.* nimio minus multo parum *libri.* nimio minus multo ac parum *Hermannus.* nimio nimis multo parum *Brixius Nov. annal. vol. CI (a. 1870) p. 768. cf. Fraessdorf de comp. p. 10 et Vahlenus 'Monatsberichte' a. 1881 p. 349* 673. REMFUIT *in fine A* CH. *add. Camerarius* malum igitur *Ritschelius.* igitur *libri.* igitur tu *Bothius* q̃m *B.* quõ *C* 674. PARTAAUTQUAN *suo loco et in fine* SUMERES, *sed hoc litteris incertissimis A* sumeres] m *e corr. B*

Sic hoc digitulís duobus súmebas primóribus? 675
Án nescibas, quam eíus modi homini ráro tempus sé daret?

MNESILOCHVS

Érras.

CHRYSALVS

At quidem túte errasti, quóm parum inmersti ámpliter.

MNESILOCHVS

Pól tu quam nunc méd accuses mágis, si magis rem nóueris. Óccidi.

CHRYSALVS

Animus iam ístoc dicto plús praesagitúr mali.

MNESILOCHVS

Périi.

CHRYSALVS

Quid ita?

MNESILOCHVS

Quía patri omne cúm ramento réddidi. 680

CHRYSALVS

Réddidisti?

---

677. *Huc spectare potest Charis. p. 79, 13:* nam et duriter Terentius dixit et Plautus ampliter: *quibuscum cf. idem p. 195, 12:* ampliter Plautus in * * * pro ample: *cf. Ritschelius Parerg. p. 416*

679. *Non. p. 476:* praesagitur pro praesagit. Plautus Bacchidibus: 'occidi . . . mali' 681. *Charis. p. 209, 26:* oppido pro nero uel statim Plautus in Bacchidibus: 'reddidi . . . oppido'

---

675. G *(digitulis) suo loco A* sic hoc *CDF.* Si hoc *BZ* sumebas duobus digitulis *post Bothium Hermannus* sumaebas *D* prioribus *Z* 676. AN *ab initio A* nescibas *Guyetus.* nesciebas *libri* eius modi *BD* sedaret *B* 677. ERR *ab initio, dein suo loco* CUM *et in fine* AMPLITER *A* at quidem] atqui *Hermannus* cum *BCDFZ* inmersti *D.* immersti *BCF.* immersisti *Z* *De Charisio cf. testim.* 678. POLTUQU *ab initio A* Poltu *D* quam nunc, med *Bentleius in Eun. II 3, 65, Ritschelius Nov. exc. p. 37.* quam nunc me *BCDFZ.* me quam nunc *Hermannus* magis accuses me quam *Umpfenbachius Mel. p. 44* accules *Z* simagis *(m ex* on*) C* 679. OCC *ab initio A* Occidi *Mnesilocho tribuit Dousa, Chrysalo BCDFZ* iam animus *Z.* animis iam *Nonius* stoc *Nonius* presagitur *B* 680. PERII *ab initio A* omnē *F* *Versuum 681—685 in A vix ulla littera legi potuit: sed certum est, ibi quoque 5 versus fuisse* 681. CH. *om. D^1: add. D^3* Redidisti *B^1: corr. B^2* redidi *B^1:* d *add. B^2* omne ne *BD.* omne *F* opido *F.* omne oppido *Z* reddidi aurum omne oppido *Charisius* occisisumu's *Kiesslingius Mus. Rhen. vol. XXIV (a. 1869) p. 117*

MNESILOCHVS

Réddidi.

CHRYSALVS

Omnene?

MNESILOCHVS

Óppido.

CHRYSALVS

Occisí sumus.

Qui ín mentem uenít tibi istuc fácinus facere tám malum?

MNESILOCHVS

Bácchidem atque hunc súspicabar própter crimen, Chrýsale,
Mále mi consuluísse: ob eam rem omne aúrum iratus réddidi
Meó patri.

CHRYSALVS

Quid, úbi reddebas aúrum, dixistí patri? 685

MNESILOCHVS

Mé id aurum accepísse extemplo ab hóspite Archidémide.

CHRYSALVS

Em,

Ístoc dicto tú dedisti hodie ín cruciatum Chrýsalum:
Nam úbi me aspiciet, ád carnuficem rápiet continuó senex.

MNESILOCHVS

Égo patrem exoráui.

CHRYSALVS

Nempe ergo hóc ut faceret quód loquor?

---

682. tibi uénit *ut lenius commendavit Ritschelius Proleg. Trin. p. CCXLV* 683. MN. *om. D¹: add. D²* suspicabat *Z* chrisale *BCD* 684. Male mi *Ritschelius ut v. 565 coll. Prol. Trin. p. CCXCI et CCCXLVII.* Male *B.* me male *reliqui.* Mi male *Lambinus.* Male me *Hermannus* 685. CH. *om. D¹: add. D²* redebas *(et* d *sup.* e*) B* 686. *In A ab initio vers. dubiae reliquiae litterarum* MEIDAURUM *exstare visae sunt* Me id aurum *libri.* Id aurum *Camerarius.* Aurum id *Guyetus.* Id me aurum *Kampmannus de AB praep. p. 14* ospite *B.* hoste *(et* pi *sup. scr.) D* archimenide *Z* CRIS. Em *huic versui continuat B, proximi initio posuerunt Ritschelius olim, Hermannus* Hem *libri praeter B, Ritschelius* 687. ISTOCDICTO *ab initio A* de dicto *Muellerus Pros. p. 574* tu dedisti hodie *Fleckeisenus.* dedisti hodie *libri.* dēdisti *(=* dedidisti*)* hocedie *Kochius Nov. annal. vol. CIII (a. 1871) p. 827.* dedidisti hodie *cum Acidalio Ritschelius.* hodie dedisti tu *Hermannus* incrutiatum *CZ* chrisalum *BCD* *V. 688—690 nihil in A apparuit* 688. Nam nisi me aspicet *Z* ad carnuficem *C.* adcarnuficem *B.* ad carnificem *(*adcarnificem *D) DFZ* rapice *D¹: rapiçet D²* 689. hoc ergo ut *Hermannus: 'potuerat saltem* ergo hoc uti' *Ritschelius*

MNESILOCHVS

Ímmo tibi ne nóceat neu quid ób eam rem suscénseat.
Átque aegre inpetráui. nunc hoc tíbi curandumst, Chrýsale.

CHRYSALVS

Quíd uis curem?

MNESILOCHVS

Vt ád senem etiam tu álteram faciás uiam.
Cónpara, fabricáre, finge quod lubet, conglútina,
Vt senem hodie dóctum docte fállas aurumque aúferas.

CHRYSALVS

Vix uidetur fieri posse.

MNESILOCHVS

Pérge, ac facile ecféceris.

CHRYSALVS

Quám malum facile, quém mendaci préndit manufestó modo?
Quém si orem ut mihí nil credat, íd non ausit crédere.

MNESILOCHVS

Ímmo si audiás quae dicta díxit me aduorsúm tibi.

---

691. *Charis. p. 195, 24 de* aegre *agens:* aliter Plautus in Bacchidibus: 'aegre impetraui'

---

690. nenoceat *BD* succenseat *FZ* 691. ATQ·AE *sed litteris admodum incertis ab initio et* CHRYSALE (LE *incertis litteris) in fine A* egre *BCDF* inpetraui *D.* impetraui *BCFZ, Charisius* curandu st *B.* curandus est *CD*^{1}. curandum est *D*^{3}*FZ, nisi quod* "chrysale" est *F* chrisale *BCD.* Chrysale . . . *Bothius* 692. *Litterarum* QUIDUIS *perdubias reliquias servavit A* Quiduis *D* M̄ *add. D*^{2} etiam tu *Hermannus.* etiam *libri* altrimsecus *Muellerus Pros. p. 550: transponit* facias alteram *Guyetus* 693. RAFABR *suo loco A* Compara *libri Post* fabricare *lacuna quinque litterarum e rasura B* 694. U *ab initio versus A* sene modie *C.* senemodie *D*^{1}*: corr. D*^{3} doctum *libri.* indoctum *Hermannus, Ritschelius* falsas *ZD*^{1}*: corr. D*^{2} arumque *C* 695. UIXUIDETURFIERIPOSSE‡PERGE *apparere visa sunt in A* ac *BC.* hac *DZ.* ha *F. cf. Ballas p. 42* ecfeceris *Palmerius, Meursius, Acidalius.* hęc feceris *B.* haec *(*hec *D)* feceris *CDFZ* 696. QUAMMALUMFACILE *ab initio A teste Loewio, ubi in fine exstare* UFESTOMODO *testatur Studemundus apud Schroederum de fragm. Amphitr. p. 30* • Qua malum *B*^{1}. Quã malum *B*^{2}. qamalum *C.* qua malum *DFZ.* Quid malum *Muellerus Nachtr. p. 21.* Qui *iam Guyetus* mendatii *BD.* mendacii *CFZ* prehendit *BFZ.* p̃hendit *CD* manufesto *cum rasura duarum litt. post* u *B.* manifesto *(et* u *sup.* i*) C.* manufesto *in fine versus D, ubi* Festo *proximi v. initio iteratum D*^{3} *delevit.* manifesto *FZ.* manifestom *Gulielmius.* manifestum *Ritschelius: at cf. Schroederus l. s. s. et Lochius de genet. p. 23* 697. QUEM *initio v. A* ego orem *cum Hermanno Ritschelius* mihi nihil *BDFZ.* nihil mihi *C, Ritschelius* 698. IMMOSIAUDIASQUAE *A*

CHRYSALVS

Quíd dixit?

MNESILOCHVS

Si tu íllum solem síbi solem esse díceres,
Se íllum lunam crédere esse et nóctem qui nunc ést dies.

CHRYSALVS

Émungam hercle hominém probe hodie, ne íd nequiquam díxerit.

PISTOCLERVS

Núnc quid nos uis fácere?

CHRYSALVS

Nil enim nísi ut ametis ínpero.
Céterum quantúm lubet me póscitote aurum: égo dabo.
Quíd mihi refert Chrýsalo esse nómen, nisi factís probo?
Séd nunc quantillum úsust auri tíbi, Mnesiloche, díc mihi.

MNESILOCHVS

Míliti nummís ducentis iam úsus est pro Bácchide.

CHRYSALVS

Égo dabo.

MNESILOCHVS

Tum nóbis opus est súmptu.

CHRYSALVS

Ah, placidé uolo,
Vnumquidque agámus: hoc ubi égero, tum istúc agam.

M *add. D*^{2} quedicta *D.* quę dicta *C* dixitme *D* aduersum *libri* 699. QUIDDIXIT#SITUILLUMSOLEMSIBISOLEMESSEDICERES(ESSEDICERES *litteris admodum incertis) A* qui *C* dixeris *Z, Ritschelius V. 700—921 desunt in A* 701. Emugam *B: corr. man. Camerarii* nequicquam D^3FZ 702. *Pistoclero tribuunt BCDF: Mnesilocho Z* Nil enim *Muellerus Nachtr. p. 6.* Enim *(praecedit lacuna 3 litterarum e ras. in B)* nihil est *(est del. man. Camerarii lineola in B) libri.* Enim nihil *Camerarius, Ritschelius, Langenus p. 265* ames *Z.* ameris *Guyetus, imprudens fortasse* impero *(ex* imperio *B) libri* 703. Caeterum *Z* quam lubet *D.* quālibet *Z.* cum lubet *F* 704. chrisalo *BCD* 705. quantillum *B.* quantulum *reliqui* usust *B.* usus est *reliqui* auri] i *e corr. et post eam vocem aliquid erasum: ut videatur* aurum *fuisse ut v. 663. 703 B* tibi] tui *F* 706. iam *sup. scr. D* 707. MNES. *om. Z.* PIST. *Bothius* sumptu *cum ras. ante quam* i *fuerat B.* sumptud *Ritschelius Nov. exc. p. 77.* sumptus *Lachmannus in Lucr. p. 120 post Fritzschium Anal. Pl. (a. 1846) p. 7* sumptu nobis opus est *cum Bothio edidit Ritschelius* Ah *BFZ.* a· *C.* ·a· *D.* at *Guyetus* 708. Unum quidque *BD.* unumquodque *F.* unum quod *Z* ubi ego egero *Hermannus* agrā *D ante ras.*

Dé ducentis númmis primum inténdam ballistam ín senem.
Eá ballista sí peruortam túrrim et propugnácula,
Récta porta inuádam extemplo in óppidum antiquom ét uetus:
Si íd capso, geritóte amicis uóstris aurum córbibus,
Sícut animus spérat.

PISTOCLERVS

Apud test ánimus noster, Chrýsale.

CHRYSALVS

Núnc tu abi intro, Pístoclere, ad Bácchidem atque ecfér cito . . . .

PISTOCLERVS

Quíd?

CHRYSALVS

Stilum, ceram ét tabellas, línum.

PISTOCLERVS

Iam faxo híc erunt.

MNESILOCHVS

Quíd nunc es factúrus? dic mi.

CHRYSALVS

Díc, coctumnest prándium?

---

712. *Cf. glossa, quam huc revocavit Loewius Prodr. p. 264:* capso : cepero

709. Deducentis *BD* intendebam *vitium Gronovianae* ballistam D^1: ballistam D^3. balistam *(l sup. v. erasa B) BFZ* 710. Ea balista *B.* etaballista *C.* etaballistam *ex* etaballistum *corr. D.* et balista *FZ* sip uortam *C* 711. Fracta porta *Kiesslingius Symb. philol. Bonn. p. 840* opidum *F* anticum *BCD.* antiquum *FZ* 712. Id si c. a. u. geritote *Bothius* uostris B^1C. nostris B^2DFZ corbibus BCD^2 *et* D^3. cordibus D^1. cornibus *F.* cor *Z: vide ad v. sq.* 713. Sicut animus sperat *Scioppio auctore Bothius.* sicui animus sperat *BCDF.* sperat bus si cui animus *Z.* Si quoi superat animus *Acidalio duce Hermannus.* Sed quoi animus sperat *vitium Gronovianae* Mnes. Apud *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 7* test *B.* te est *reliqui* amicus *C* chrisale *BCD* 714. ęcfercito *C.* ec fercito *(*ec fer cito *B) B*^{1}*D*^{1}. ęc fer cito B^3. affer cito D^3. effer cito *FZ* 715. ceram et tabellas linum *BCD.* ceram *(*ceras *Z)* et tabellas et linum *FZ.* ceram, tabellas, linum *Bothius, Ritschelius* Stilum et tabellas, ceram, linum *Ussingius* PI.] MN. *BCD* fęxo *(et* a *sup.* ę*) D* 716. *Person. om. BCD* dic mi. CHR. Dic: coctumnest *scripsi.* id mihi dice. CHR. Coctum st *B.* id mihi dice. CHR. coctum *(*coetum *D) CDFZ.* id mihi dic. CHR. coctum esto *cum Hermanno Ritschelius.* id mihi dice, coctumst *Gronoviana prox. v. Chrysalo tribuens.* dic mi. CHR. Coctum si erit *Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 127.* CHR. Id mihi dice: coctumst prandium? *Ussingius*

Vós duo eritis átque amica túa erit tecum tértia.

MNESILOCHVS

Sícut dicis.

CHRYSALVS

Pístoclero núlla amicast?

MNESILOCHVS

Ímmo adest:

Álteram ille amát sororem, ego álteram, ambas Bácchides.

CHRYSALVS

Quíd tu loquere?

MNESILOCHVS

Hoc, út futuri súmus.

CHRYSALVS

Vbist biclínium 720

Vóbis stratum?

MNESILOCHVS

Quíd id exquaeris?

CHRYSALVS

Rés itast: dicí uolo.

Néscis quid ego actúrus sim neque fácinus quantum exórdiar.

MNESILOCHVS

Cédo manum ac subséquere propius me ád fores. intro ínspice.

CHRYSALVS

Euax, nimis bellúst atque ut esse máxume optabám locus. 724 725

PISTOCLERVS

Quae ínperauisti: ínperatum béne bonis factum ílicost.

---

718. *Miram personarum distributionem Scioppius Susp. lect. V 24 comminiscitur* pistoclero *(ex* pistoclere *B) BFZ.* pistoclere *CD* amica est *libri* adest] est *Z* 719. amabas *Z* 720. loquere? MN. hoc ut *Ritschelius.* loqueris. MN. hoc ut *libri.* loqueris? MN. ut *Hermannus.* loquere hoc ut *Bothius.* loqueris? MN. Quot *Ussingius Post* loquere *aliquot versus intercidisse suspicatur Ladewigius Philol. vol. XVII (a. 1861) p. 267* facturi *Bothius* Quin tu loquere hoc, ubi futuri estis? *Guyetus* Vbi st *B.* ubi est *reliqui* 721. Quiid id *D.* Cur id *Z* exquaeris *Scutarius.* exqueris B^1CDF. exquiris B^2. exequeris *Z* ita st *B.* ita est *CDF.* si ita est *Z* 723. sub sequere *D* foris *Pareus, Ritschelius* aspice *F* 724. 725. Euax *extra versum posuit Ritschelius cum Hermanno* Euhax *B* nimis bellust *Muellerus Pros. p. 298.* nimis bellus *libri.* Nimis hic bellus *cum Hermanno Ritschelius* an ut ego? maxime *BZ* locust *Ritschelius simul de* bellust *cogitans: tradita servat Olsenus p. 11* 726. Quae . . . imperatum *contra Salmasium Acidaliumque defendit Gronovius Observ. III 2: vers. del. Guyetus: integrum versum deesse putat*

CHRYSALVS

Quíd parasti?

PISTOCLERVS

Quaé parari túte iussisti ómnia.

CHRYSALVS

Cápe stilum propere ét tabellas tu hás tibi.

MNESILOCHVS

Quid póstea?

CHRYSALVS

Quód iubebo scríbito istic: nám propterea té uolo
Scríbere, ut patér cognoscat lítteras, quandó legat.
Scríbe.

MNESILOCHVS

Quid scribám?

CHRYSALVS

Salutem tuó patri uerbís tuis.

PISTOCLERVS

Quíd si potius mórbum, mortem scríbat? id erit réctius.

CHRYSALVS

Ne ínterturba.

MNESILOCHVS

Iam ínperatum in céra inest.

CHRYSALVS

Dic quemádmodum?

MNESILOCHVS

'Mnésilochus salútem dicit suó patri.'

CHRYSALVS

Adscribe hóc cito:

Ussingius, recte, ut videtur Quę *C.* Que *D* imperauisti *libri* imperatum *libri* ilico st *B.* ilico est *CDF.* illico est *Z* 727. parasti B^3. parusti B^1: parauisti *corr. man. Camerarii* que *CDF* parari *C.* paraui *(et sup.* ui *m. 2* ri*) B.* parare *DFZ* tute *Ritschelius cum Bothio.* tu *libri.* tu me *Ritschelius in adnotatione, Fleckeisenus* 728. Capestilum *D* ettabellas *D* tu has *Z,* tuas tibi *BCDF.* tu tibi has *Hermannus.* tene '*in prisca lectione*' *esse Pius dicit* 729. iubeo *CZ* te uolo *Camerarius, cuius manu* te *sup. scr. in B.* uolo *libri* 730. litteras *Z.* lr̃as *F.* literas *BCD* 732. mortem *CDFZ, Lachmannus in Lucr. p. 80.* et mortem *B, Ritschelius* id] it *ex* ut *D* 733. Neinter turba *D: quae verba Chrysalo adscripsit Ritschelius: Mnesilocho dant libri* imperatum *libri* incera B^1D. incęra B^2. incerta *C.* in cena *F* inest] est *Z* quem admodum *BD* 734. adscribe *BFZ.* asscribe *CD* hoc cito] cito hoc cito *B (lineolam add.* B^2*)*

'Chrýsalus mihi úsque quaque lóquitur nec recté, pater,
Quía tibi aurum réddidi et quia nón te defraudáuerim.'

PISTOCLERVS

Máne dum scribit.

CHRYSALVS

Célerem oportet ésse amatorís manum.

PISTOCLERVS

Át quidem herclest ád perdundum mágis quam ad scribundúm cita.

MNESILOCHVS

Lóquere: hoc scriptumst.

CHRYSALVS

'Núnc, pater mi, proín tu ab eo ut caueás tibi,
Sýcophantiás conponit, aúrum ut abs ted aúferat:
Ét profecto se áblaturum díxit.' plane adscríbito.

MNESILOCHVS

Díc modo.

CHRYSALVS

'Atque id póllicetur sé daturum aurúm mihi,

---

735. *Charis. p. 223, 5:* usquequaque Plautus in Bacchidibus: 'Chrysalus ... pater'

---

735. chrisalus *BCD.* crissalus *(et* h *sup. scr.) cod. Charisii* usquequam *Z* nerecte *Meursius* 736. tibi aurum] aurum tibi aurum *(lin. add. B²) B* non te defraudauerim *Camerarius: cf. Parerg. I p. 541.* non te *(*nonte *D:* non *sup. scr. C)* fraudauerim *libri (*defrudauerim *'nonnulli libri veteres' Lambini).* noenu te fraudauerim *Lachmannus in Lucr. p. 150, Bergkius Opusc. vol. I p. 121 adn. 1: at vide Ritschelium Opusc. vol. II p. 242 et v. 34* 737. MNE. Mane dum scribo id *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 7* celerem] ederem D^1: *corr.* D^2 *et* D^3 738. At quidem *Muellerus Nachtr. p. 100.* Atque idem *libri.* Haec quidem *Ritschelius cum Hermanno.* Atque equidem *quod coniecerat reicit Ussingius* est ad *Camerarius duce Pylade.* em *B.* hem *CDF.* est *Z* Tua quidem hercle ad rem p. *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 7.* Atqui haec est ad *vel* Haec quidem hercle ad rem perdundam *Britzlmayrius l. s. s. p. 7* perdunde *(et* ū *sup.* e *post.) C* ad scribundum *F.* asscribundum *CD.* adscribendum *B et diuise Z* cita *Hermannus.* cito *B.* scito *CDF.* citus *Z* 739. scriptum st *B.* scriptum est *DFZ.* scribtum est *C* ꝑpin..tu abeo *(duae litt. erasae) B.* prointuab eo *D* 740. Sycophantias *F.* Sichophantias *B.* sicophantias *CD.* sycophantas *Z* ted *Camerarius.* te *libri,* te id *Fleckeisenus probante Ritschelio praef. Bacch. p. XIII.* te hoc *Hermannus* 741. adscribito *BFZ.* asscribito *CD* 742. policetur *F* sedaturum *D*

Quód dem scortis quódque in lustris cómedim et congraecém,
pater.
Séd, pater, uide né tibi hodie uérba det: quaesó caue.'

MNESILOCHVS

Lóquere porro.

CHRYSALVS

Adscríbedum etiam.

MNESILOCHVS

Lóquere, quid scribám, modo.

CHRYSALVS

'Séd, pater, quod prómisisti míhi te quaeso ut mémineris,
Né illum uerberés, uerum apud te uínctum adseruató domi.'
Cédo tu ceram ac línum actutum. age óbliga, obsigná cito.

MNESILOCHVS

Ópsecro, quid istís ad istunc úsust conscriptís modum,
Vt tibi ne quid crédat atque ut uínctum te adseruét domi?

CHRYSALVS

Quía mi ita lubet: pótin ut cures te átque ut ne parcás mihi?
Meá fiducia ópus conduxi et meó periclo rém gero.

---

743. *Nonius p. 83:* Comedim pro comedam. Plautus Bacchidibus: 'quod dem . . . pater'

---

743. quoddem *(o ex ẽ) C* quotque *D* illustris D^1 *(corr. D^3), Nonii quidam libri* comedim *(sed* a *sup.* i *et post* e *littera erasa B) B, Nonius.* comedam *(ex* comegam *fecit D^3) CDFZ* et congraecem *Camerarius duce Aldo:* et congregem *libri.* congreger *Nonius: unde* congraecer *Ussingius* 744. uide *B. om. reliqui* queso *BCDF* 745. *Chrysali notam del. D^3* Adscribedum etiam. MN. Loquere *Bothius.* adscribedum *(*adscribe dum *B.* asscribedum *CD)* MN. etiam *(*etiam *add. B^2)* loquere *libri.* adscribedum MN. etiam. loquere *idem Bothius postea* quid *BC.* dum id *DFZ, defensum ab Acidalio* modo *add. B^2: om. B^1* 746. te *BCD.* id *FZ* queso *BCD* 747. ullum D^1*:* illum *corr. D^3* adseruato *B.* asseruato *reliqui* 748. ac] hac *ex* kac *B* ac tutum *B* *Ante* age *personae nota erasa D* cito *om. B^1: add. B^2* 749. Obsecro *libri* istunc] istuc *Z* usu st *B.* usus est *CDF.* usus es *Z* conscriptus *F* 750. CHRIS. *praem. D^3* nequid *BD* 751. Quia mihi ita lubet. potin ut *BDFZ.* Quia ita mihi lubet. potin ut *C.* Quia lubet ita. potin ut *Ritschelius.* Quia lubet. potin ut tu *Hermannus* ut *om. Z, Hermannus* 752. fidutia *BC* conduxit *Z* et *ex* ut *rasura D: om. Brixius Emend. in Capt. p. 12 post Fritzschium Anal. Pl. (a. 1846) p. 7* periclo *Bothius.* periculo *libri, nisi quod rasura duarum litt. praecedit in D*

MNESILOCHVS

Aéquom dicis.

CHRYSALVS

Cédo tabellas.

MNESILOCHVS

Ácipe.

CHRYSALVS

Animum aduórtite.
Mnésiloche et tu Pístoclere, iám facite in biclínio
Cúm amica sua utérque accubitum eátis — ita negótiumst — 755
Átque ibidem ubi núnc sunt lecti stráti potetís cito.

PISTOCLERVS

Númquid aliud?

CHRYSALVS

Hóc atque etiam: úbi erit accubitúm semel
Né quoquam exsurgátis, donec á me erit signúm datum.

PISTOCLERVS

O ímperatorém probum.

CHRYSALVS

Iam bís bibisse opórtuit.

MNESILOCHVS

Eámus.

CHRYSALVS

Vos uostrúm curate offícium, ego ecficiám meum. 760

753. MNES. *FZ.* PIST. *BCD* Equum *BCD.* Aequum *Z.* Et quum *F* animaduortite *Z* 754. et] ut D^1: *corr.* D^2 pistolere *(et* c *sup.* o*) D* 755. acubitum *BCD* etatis D^1: etatis D^2 negotium st *B.* negotium est *CD.* negocium est *FZ* 756. ubi nunc *BC.* ubi *DF.* ibi *Z.* hic ubi nunc *Ritschelius.* ut, ubi nunc *Hermannus. de* cubi nunc *cogitat Bergkius Beitr. p. 119* lecti *ex* tecti *C* cito] scire *C ante corr.* 757. Nunquid *F* hoc atque etiam hoc: ubi *Ritschelius edidit.* hoc atque etiam: cubi *idem Opusc. vol. III p. 140 duce Bergkio Beitr. p. 119.* istuc atque etiam *vel* hoc atque etiam: ibi ubi *Muellerus Pros. p. 550.* haec: atque etiam ut ubi *Hermannus* acubitum *BC* 758. Nequo quam *BD* ex surgatis *B.* exurgatis *reliqui* donicum *Ritschelius Opusc. vol. II p. 241* 759. PI. *om. C* O *om.* B^1: *add.* B^2 CHRYS. *Acidalius: Pistoclero continuant libri* 760. MNES. *FZ. om. BC.* PIST. *D* Eamus *Muellerus Pros. p. 271 post Lindemannum Nov. annal. vol. XIX (a. 1837) p. 151.* Fugiamus *libri.* Euge eamus '*Camprarius in notis postumis*' *teste Grutero h. e. ut apparet Camerarius: quo adscito* uos curate uostrum *omisso* officium *Ritschelius cum Hermanno, ubi* uos curate uostrum, ego officium meum *Bergkius Opusc. vol. I p. 674:* Fugimus *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 7* uestrum *FZ* ego efficiam *BCDZ.* ego faciam *F*

CHRYSALVS

Insánum magnum mólior negotium
Metuóque ut hodie póssiem emolírier.
Sed núnc truculento mi átque saeuo usús senest.
Nam nón conducit huíc nunc sycophántiae
Seném tranquillum esse, úbi me contra aspéxerit.
Vorsábo ego illunc hódie si uiuó probe.
Tam fríctum ego illum réddam, quam frictúmst cicer.
Adámbulabo ad óstium, ut quando éxeat
Extémplo aduenienti eí tabellas dem ín manum.

NICOBVLVS. CHRYSALVS

NICOBVLVS

Nimio íllaec res est sáne diuidiaé mihi,
Suptérfugisse síc mihi hodie Chrýsalum.

---

761. *Cf. Festus Pauli p. 113:* Insanum pro ualde magnum usus est Plautus: *ubi* Insanum magnum *Lipsius Epistol. quaest. III 20*

Act. IV scaena 5 CHRISALVS SERVVS *B. om. CD.* Chrysalus *FZ. sine intervallo continuavit cum Bothio Ritschelius: cf. Spengelius 'Sitzungsber. der bayr. Acad.' 1883 p. 275* 761. nsanũ agnum *C.* Insane magnum *Bothius* negocium *FZ* 762. ut *om. F* possiem *B.* possim *reliqui.* possim id *cum Hermanno Muellerus Pros. p. 515, Nachtr. p. 83* emolier B^1Z. ri *sup. scr.* B^2. emollirier *F* 763. mihi *libri* seuo *BCDF* *Post* usus *erasa* t *in B* sene st *B.* sene est *reliqui* 764. non *om. C* huic nunc *Hermannus.* huic *libri.* huice *Ritschelius.* nunc huic *Camerarius: cf. Muellerus Nachtr. p. 83* sycophantię *FZ.* sicofantiae *B.* sicophantie *CD* 765. esse ubi me contra *Ritschelius.* esse ubi me *libri.* esse ubi me primum *Muellerus Nachtr. p. 83.* mi esse, ubi ubi me *Hermannus.* esse, cubi me *Bergkius Beitr. p. 119 dubitanter* 766. uersabo *libri* illunc hodie *Camerarius iam in B correxit.* illum hodie *BDFZ.* hidie *(o sup.* i *prior.)* illum *C.* hercle hodie illum *Hermannus.* illum hocedie *Bergkius Opusc. vol. I p. 111: cf. Ritschelius Nov. exc. p. 93* 767. frictum est *libri* 768. hostium *libri* 769. ei *om. FZ* manu *Z*

Act. IV scaena 6 NICOBOLVS SENEX CRISALVS SERVVS *B. om. CD.* Nicobolus. Chrysalus *FZ.* LORARIVS *addidit Ritschelius ex inscriptione proximae scaenae* 770. NICOBOLVS imio *C.* NICOB. Nimio *D* illa‿ec *B (ex* illa hec*).* illece *ante ras. C.* illec *C post ras. et DZ.* illic *F* est *ex* rest *rasura C* sane *Langenus p. 334.* mane *libri.* magnae *'ex codd. ant.' Pylades, Ritschelius* 771. Supter fugisse *B.*

CHRYSALVS
Saluós sum: iratus ést senex. nunc ést mihi
Adeúndi ad hominem témpus.

NICOBVLVS
Quis loquitúr prope?
Atque híc quidem, opinor, Chrýsalust.

CHRYSALVS
Accéssero.

NICOBVLVS
Bone sérue, salue: quíd fit? quam mox náuigo
In Éphesum, ut aurum répetam ab Theotimó domum?
Tacés? per omnis deós adiuro, ut, ní meum
Gnatúm tam amem atque ei fácta cupiam quae ís uelit,
Vt túa iam uirgis látera lacerentúr probe
Ferrátusque in pistríno aetatem cónteras.
Omnia resciui scélera ex Mnesilochó tua.

CHRYSALVS
Men críminatust? óptumest: ego súm malus,
Ego súm sacer, sceléstus. specta rém modo.
Ego uérbum faciam núllum.

NICOBVLVS
Eho, etiam, cárnufex,

Subder fugisse *D ante corr.* Subterfugisse *D (post corr.) CFZ* chrisalum *BD.* crisalum *C* 772. Saluos B^1: u *sup.* o *add.* B^2. saluus *CDFZ* 773. adeundi *ex* adeundē *C* NIC. quis] hic quis *Z* 774. *De* hic quidem *cf. Luchsius Comm. pros. II p. 13* Chrysalust *Camerarius.* chrisalus *BCD.* chrysalus *FZ: cf. Olsenus l. s. s. p. 11* 776. theothimo *B.* teothimo *F.* te ohimo *C.* te othimō *ex* te othimū *D* 777. omnis *B.* oms̄ *CD.* omnes *FZ* ut *delet cum Bentleio in And. IV 2, 11 Ritschelius: def. Ussingius* 778. queis uelit *D* *Post v. 778 talem versiculum excidisse putat (779) Ritschelius:* Profecto non nunc me operae parsurum meae 780. uirgis *ex* uirgas *rasura B* 781. ferrat usque CD^1. ferrat usque D^3. ferrea: ut usquam *F* pistrino *ex* pristino *D* 782. resciui *(s erasa)* scelera *B.* resciuis celera *C.* res ciuis ethera D^1. th *del. et* l *sup. scr.* D^2 783. criminatu st *B.* criminatus est *reliqui* optume est *F.* optime st *B.* optime est *CDZ*

784. specta rem modo *BC.* spectarem D^1. spectarem̊ D^2. spectare modo *FZ.* specta me modo *Brixius ad Trin. 808: cf. Langenus p. 276.* specta erum modo *Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 3 sq. V. 785—786 a diasceuasta additos esse demonstrare conatur Ladewigius Philol. vol. XVII (a. 1861) p. 269, reprobant Brachmannus l. s. s. p. 71 sq, Paulus Weise p. 15* 785. Ego *om. F* uerbum faciam

Minitáre?

CHRYSALVS

Nosces tu íllum actutum quális sit.
Nunc hás tabellas férre me iussít tibi:
Orábat quod istic ésset scriptum ut fíeret.

NICOBVLVS

Cedo.

CHRYSALVS

Nósce signum.

NICOBVLVS

Nóui. ubi ipsest?

CHRYSALVS

Néscio.
Nil iám me oportet scíre: oblitus sum ómnia.
Scio me ésse seruom: néscio etiam id quód scio.
Nunc áb transenna hic túrdus lumbricúm petit:
Pendébit hodie púlcre, ita intendí tenus.

---

792. 793. *Nonius p. 6:* Tenus est laqueus, dictus a tendicula. Plautus Bacchidibus: 'nunc . . . tenus' *Serv. ad Aen. VI 62*: tenus proprie est extrema pars arcus, ut Plautus ostendit: *quibus verba* ita intendi tenus *adscripsit Fabricius*

---

nullum. NIC. Eho, etiam *Brachmannus l. s. s. p. 71.* uerbum faciam. *(fa*tiam *B).* NIC. Etiam *libri.* uerbum nullum faciam. NIC. Etiam *Ritschelius duce Hermanno, ubi* nec uerbum *Lambinus,* uerbum non *Dousa proposuerant.* uerbum nullum iam faciam *(vel* nullum muttiam*)* NIC. Etiam *Muellerus Pros. p. 685. alia temptat Fritzschius Anal. Pl. (a. 1846) p. 3 sq. ceterum* specta rem modo: Ego uerbum faciam *ut glossemata delevit Hermannus: quorum prima offensioni non fuerunt Bentleio in Heaut. V 4, 21* carnifex *FZ* 786. tu illum actutum qualis sit nunc hascae *in loco raso habet D* ac tutum *B* qualis sit] qui siet *Hermannus quod 'fortasse verum' esse annotat Ritschelius.* qualis sit et ubi sit *Pylades, idemque e cod. Schobingeri pr. affertur* 787. has tabellas *Fleckeisenus, Muellerus Nachtr. p. 14 et 130, Schmidtius de demonstr. pron. form. p. 25.* hasce *(*hascae *D)* tabellas *libri.* hasce tabulas *Ritschelius cum Hermanno* 788. quod *DFZ.* quid *(*et o *sup.* i*) C.* ut quod *B* esset] ẽ et *D.* est *FZ* ut *BC. om. DFZ* fierit D^1*: corr.* D^2 789. Cędo *D* ipse est *libri* 790. Nihil *BCD* 791. Scio] Nisi *Brixius Nov. annal. vol. CI (a. 1870) p. 768* seruum *libri* 792. ab transenna *Nonius.* abtra senna *B.* ab trasenna *reliqui* lubricum *Nonius* 793. pulcre *B.* pulchre *reliqui cum Nonio* intendi tenus *Z, Nonius.* intendit erus B^1D^2C. intendit erius D^1. intendit enus *B correctus.* intendi tẽnis *F. cf. Jordanus Vindic. serm. Lat. p. 18 sq. et Woelfflinus Archii vol. I p. 415*

NICOBVLVS

Manedúm parumper: iam éxeo ad te, Chrýsale.

CHRYSALVS

Vt uérba mihi dat. néscio quam rém gerat.
Seruós arcessit íntus, qui me uínciant.
Bene náuis agitur, púlcre haec confertúr ratis.
Sed cónticiscam: nam aúdio aperirí fores.

NICOBVLVS. CHRYSALVS. LORARIVS

NICOBVLVS

Constrínge tu illic, Ártamo, actutúm manus.

CHRYSALVS

Quid féci?

NICOBVLVS

Inpinge púgnum, si muttíuerit.
Quid haé locuntur lítterae?

CHRYSALVS

Quid mé rogas?
Vt ab íllo accepi, ad te óbsignatas áttuli.

NICOBVLVS

Eho tú, scelus, loquitátusne es gnató meo

794. Mane dum *BCD* exeo ad te *Guyetus.* ad te *(adte B)* exeo *libri.* ad te exibo *Bentleius* chrisale *BCD* 795. nescio *scripsi.* ut nescio *libri, Ritschelius.* at scio *Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 261* 797. agitur *Bentleius, Hermannus.* agitatur *libri, Ritschelius* pulcre *B.* pulchre *reliqui* hec B^2CDF. hic B^1 ratus *C* 798. conticis cam *D.* coticiscam B^1*: corr.* B^2 nam audio aperiri fores *pallidiore colore in litura scripsit* B^2 fortes *C.* foris *Ritschelius*

Act. IV scaena 7 NICOBOLVS SENEX·CHRISAL' SERV' LORARIVS *B. om. CD.* Nicobolus. Chrysalus *FZ. superiori scaenae continuavit Ritschelius: cf. Opusc. vol. II p. 367 et Spengelius 'Sitzungsberichte der bayr. Acad.' a. 1883 p. 297* 799. onstringe *C.* Constringito *Bentleius* tu illic *Ritschelius, Fleckeisenus.* tu illi *libri.* tu illi iam *Hermannus.* tute illi *Camerarius. de* illic *dativo cum Ussingio dubitat Belowius de hiat. Pl. p. 41* arthamo *Z* 800. fecisti *C* impinge *FZ* mutu uerit *D.* mutiuerit *F.* mutiueris *Z* 801. he *CDF.* haec *Schmidtius de demonstr. pron. form. p. 44, Studemundus Nov. annal. vol. CXIII (a. 1876) p. 61, Luchsius de gen. p. 53, fortasse vere* litterę *BZ.* littere *F.* litere *CD* 802. adtuli *Z* 803. eo *Z* scelus *add. Ritschelius. om. libri* loquitatus ne es *BCD.* loquitatusne es dudum *Ussingius* non es gnato tu meo *Lindemannus Nov. annal. vol. XIX (a. 1837) p. 153* guato meo ‖ Male per ser-

Male pér sermonem, quía mi id aurum réddidit,
Et té dixisti id aúrum ablaturúm tamen
Per sýcophantiam?

CHRYSALVS

Égone ei istuc díxi?

NICOBVLVS

Ita.

CHRYSALVS

Quis homóst qui dicat mé dixisse istúc?

NICOBVLVS

Tace.

Nullús homo dicit: haé tabellae te árguont,
Quas tu áttulisti: em, haé te uincirí iubent.

CHRYSALVS

Aha, Béllerophantam túos me fecit fílius:
Egomét tabellas tétuli ut uincirér: sine.

NICOBVLVS

Proptérea hoc facio, ut suádeas gnató meo
Vt pérgraecetur técum, teruenéfice.

---

monem quia *libri.* gnato meo male ‖ Per sermonem, quia *Pylades.* meo gnato male ‖ Per sermonem ideo, quia *Hermannus* 804. mihi *vel* m̄ *libri* id *ex* ud *ras. D* 805. oblaturum *D* 806. sycophantiam *FZ.* sicophantiam B^1CD. sicophantias *in B man. Camerarii correxit* Ego ne *B* ei istuc dixi *Muellerus Pros. p. 635.* istuc dixi *libri.* dixi istuc *cum Hermanno Ritschelius* 807. homost *B.* homo est *reliqui* 808. hę C. haec *eidem qui v. 801* tabellę *C.* tabel D^1*:* tabelę D^2 arguunt *libri* 809. 810. adtulisti *C* em hae te] em he te B^1. em hę te B^3. hem hę te *C.* hem D^1. hem̄ *(*m *exp. et* te *sup.* m̄ *scripsit m. 2) D.* hę te *FZ.* em haec te *eidem qui v. 801* haec *commendaverunt.* en hae te *Ritschelius edidit cum Bothio: at vide eundem Opusc. vol. II p. 700* uincirubent D^1*:* ii *sup. scr.* D^2 iubent ‖ CH. Aha *Bothius.* iubent CH. aha ‖ *libri.* iubent. ‖ CH. Ah *cum Hermanno Ritschelius* Bellerophantam *Ritschelius Opusc. vol. IV p. 296.* Belloro-phontem *(*Bello rophontem *D)* iam *CDZ.* Bellorofontem iam *F.* Bello rophantem iam *B.* Bellorophantam *formam tutatus est Fleckeisenus Nov. annal. vol. XCIII (a. 1866) p. 8.* Bellerophontem *Bothius.* 'Aha *extra versum posito fuit cum placeret:* Iam Bellerophontem t. m. f. f.' *Ritschelius* tuus *libri* 811. Ego met *D* tetuli B^1, *'aliquot libri veteres' Lambini, Bentleius.* detuli B^2 *cum reliquis* ut *om.* B^1*: add.* B^3 uincirer? *in interrogatione vulgo* 813. pergregetur *BCDF* ter uenefice *B*

CHRYSALVS

O stúlte, stulte, néscis nunc uenire te:
Atque ín eopse adstas lápide, ut praeco praédicat.

NICOBVLVS

Respónde, quis me uéndit?

CHRYSALVS

Quem di díligunt,
Aduléscens moritur, dúm ualet, sentít, sapit.
Hunc si úllus deus amáret, plus annís decem,
Plus iám uiginti mórtuom esse opórtuit.
Terrae ódium iam pridem ámbulat: iam níl sapit
Nec séntit: tantist quántist fungus pútidus.

NICOBVLVS

Tun térrae me odium esse aútumas? abdúcite hunc
Intro átque adstringite ád columnam fórtiter.
Numquam aúferes hinc aúrum.

CHRYSALVS

At pol qui iám dabis.

NICOBVLVS

Dabo?

CHRYSALVS

Átque orabis mé quidem ultro ut aúferam,
Quom illúm rescisces críminatorém meum

---

814. uenire *BF*. uenire *(et sup. scr.* i·uendi *C*, uendi D^2*) CD*. uendi *Z* 815. in eopse *Ritschelius, Fleckeisenus.* in eo *(*ineo *BD)* ipso *libri* ut pręco *C, Scioppius Susp. lect. V 15.* ut preco *BD.* ubi preco *FZ.* praeco ubi *Beckerus Quaest. p. 9 sq.* predicat *BCDF* 816. di diligunt *B, Pylades.* diligunt di *(*dii *F) CDFZ* 817. adolescens *F* 818. Nunc *FZ* 819. mortuum *libri* opportuit *Z* 820. Terrae odium iam pridem ambulat *Ritschelius.* Terre *(*Terrę B^2 *Z)* odium *(*hodium D^1*: corr.* D^2*)* ambulat *libri.* Nam nunc terrae odium inambulat *Hermannus* inambulat *debens Pyladi.* Terrae odium stolidus ambulat *Bergkius Beitr. p. 100.* Terrae odium iam diu ambulat *Gertzius teste Ussingio.* Terrais odium inambulat *temptat Ritschelius Nov. exc. p. 116* iam *libri.* ita *Langenus p. 255.* tam *Scioppius Susp. lect. V 24, Ritschelius: alia temptat idem Langenus.* iam *defendit Ussingius* nihil *libri* 821. tan ti st quanti st *B.* tanti est quanti est *reliqui* 822. Tum *Z* terre *CDF* meo dium *C* 823. astringite *FZ* columpnam *D* 824. Nūququā *B* At pol qui iam *Muellerus Pros. p. 645.* Atqui *(*At qui *B)* iam *libri, Ritschelius.* Atqui ultro iam *Pylade auctore Hermannus* 825. atque orabis me qdē *in ras.* B^2 826. Quom *F.* Qum *B.* Cum *reliqui* reccisces *B ante corr.* rescisses *Z*

Quanto ín periclo et quánta in pernicié siet.
Tum líbertatem Chrýsalo largíbere:
Ego ádeo numquam accípiam.

NICOBVLVS

Dic, scelerúm caput,
Dic, quó in periclost méus Mnesilochus fílius?

CHRYSALVS

Sequere hác me: faxo iám scies.

NICOBVLVS

Quo géntium?

CHRYSALVS

Tres únos passus.

NICOBVLVS

Vél decem.

CHRYSALVS

Agedum tu, Ártamo,
Forem hánc pausillulum áperi: placide, né crepa.
Sat ést. accede huc tú. uiden conuíuium?

NICOBVLVS

Video éxaduorsum Pístoclerum et Bácchidem.

CHRYSALVS

Qui súnt in lecto illo áltero?

NICOBVLVS

Interií miser.

CHRYSALVS

Nouístine hominem?

NICOBVLVS

Nóui.

CHRYSALVS

Dic, sodés mihi,

---

827. periclo *Guyetus.* periculo *libri* pernitie BD^2. permittie CD^1 sciet *Z* 828. chrisalo *BCD* lagibere *ante corr. B.* largibem rem *ante ras. D* 830. periclo est *CD.* periculo est *BFZ* 831. seque D^1: *corr.* D^2 faxo iam scies *hic collocant BC, post* Sat est *v. 834 FZ, post* crepa *v. 833 D* 832. tre unos *Z.* Tris unos *Ritschelius praef. Stichi p. 17* arthamo *Z* 833. fortem *C* pausillulum *Ritschelius* (pauxillulum *iam Pylades).* pausillum B^1: pauxillum B^2 *cum reliquis: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 250* crepet *Angelius 'fortasse vere' iudice Ritschelio* 834. stat D^1: stat D^2 *An* accedin? huc nunc tu *Ritschelius* conuiuum D^1: i *add.* D^2 837. Nouisti ne *BD* N *(person.) om.* D^1: *add.* D^2

Bellán uidetur spécie mulier?

NICOBVLVS

Ádmodum.

CHRYSALVS

Quid? illám meretricemne ésse censes?

NICOBVLVS

Quíppini?

CHRYSALVS

Frustrá's.

NICOBVLVS

Quis igitur ópsecrost?

CHRYSALVS

Inuéneris.

Ex mé quidem hodie númquam fies cértior.

CLEOMACHVS. NICOBVLVS. CHRYSALVS

CLEOMACHVS

Meamne híc Mnesilochus Nícobuli fílius
Per uim út retineat múlierem? quae haec fáctiost?

NICOBVLVS

Quis illést?

CHRYSALVS

Per tempus híc uenit milés mihi.

CLEOMACHVS

Non me árbitratur mílitem, sed múlierem,
Qui mé meosque nón queam defendere.

---

838. N̄ *(pers.) om.* D^1*: add.* D^2 839. meretricem ne esse *B.* meretricem neesse *D* quippini *Ritschelius Opusc. vol. II p. 557 cum Camerario.* quippeni *(*quippe ni *B) BCD.* quippe *FZ* 840. N̄ *praem.* D^1*:* C D^2 frustras *Z.* Frustres *BCD.* Frustra es *F* obsecro st *B.* obsecro est *reliqui* 841. cercior *B*

Act. IV scaena 8 MILES · NICOBOLVS SENEX · CHRYSAL̄· S. *B.* NICOBOŁ CLEOMAC̄ CRIS D^2*: om.* D^1C. Cleomachus. Nicobolus. Chrysalus *FZ* 842. CLEOM *praem. B.* CLE D^2*: om.* D^1C Meam ne hic *B.* Meam nehic *D.* eamne hoc *(et* i *sup.* o*) C* nicoboli *libri ut solent* *Cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 315* 843. utretineat *D.* retineat *Hermannus* quę hęc *C.* que hec *D* factio st *B.* factio est *reliqui* 844. ille st *B.* ille est *reliqui* Pertempus *B* miles mihi B^1C. michles *D.* miles *FZ.* miles mihi cleomachus B^2 845. CLEOM *add.* B^2 Non me] Nonne *F*

Nam néque Bellona mi úmquam neque Mars créduat,
Ni illum éxanimalem fáxo, si conuénero,
Niue éxheredem fécero uitaé suae.

NICOBVLVS

Chrysále, quis illest quí minitatur fílio?

CHRYSALVS

Vir hic ést illius múlieris quicum áccubat.

NICOBVLVS

Quid, uír?

CHRYSALVS

Vir, inquam.

NICOBVLVS

Núptanest illa, ópsecro?

CHRYSALVS

Scies haúd multo post.

NICOBVLVS

Óppido interií miser.

CHRYSALVS

Quid núnc? scelestus tíbi uidetur Chrýsalus?
Age núnc uincito me, aúscultato fílio.
Dixín tibi ego illum te ínuenturum quális sit?

NICOBVLVS

Quid núnc ego faciam?

CHRYSALVS

Iúbe sis me exsoluí cito:
Nam ní ego exsoluor, iám manufesto hominem ópprimet.

---

847. Duellona *Fleckeisenus* mihi *vel* m̃ *libri* 848. niillum *ex* nilllum *C* 849. exheredem *ex* exeredem *B* uitę suę *C.* uite sue *D* 850. chrisale *BCD* ille est *libri.* est hic *Hermannus* minitatur *B, Camerarius.* minatur *CDFZ, Ritschelius* 851. *Ante* illius *littera erasa B* qua·cum *solus B* 852. nuptane est illa *Pylades.* nupta est illa *libri.* nupta est illan' *Camerarius.* '*licentius et praeter necessitatem Hermannus:* nupta illa obsecro est? CH. scies ‖ Haud multo post. NI. ego oppido —. *cf. Proleg. Trin. p. CCXXII, ubi quod suspicatus sum enclisin accentus pati* multóplus, *exemplis et certis nec paucis confirmari intellexi*' *Ritschelius* obsecro *libri* 853. CHR. *om. CD*[1]*: add. D*[2] haud B^2DFZ. aud *C.* haut B^1 854. Quid? nunc *vulgabatur ante Acidalium in Aulul. c. 1* chrisalus *BCD* 856. ego illum *om. Ritschelius cum Hermanno* te qualis siet *retinens: sed ut simul* te *transposita et ceteris servatis de* qui siet *cogitet* te inuenturum qualis sit *Fleckeisenus.* inuenturum *(*uenturum *D)* te qualis *(*tequalis *D)* siet *libri* 857. exolui *FZ: item v. 858. 861. 862* cito] ilico *Muellerus Nachtr. p. 115* 858. ni *libri.* nisi *Camerarius* manufesto *(*st *e corr.) B.* manifesto *FZ*

CLEOMACHVS

Nihil ést lucri quod me hódie facere máuelim
Quam illúm cubantem cumílla opprimere, ambo út necem.

CHRYSALVS

Audín quae loquitur? quín tu me exsoluí iubes?

NICOBVLVS

Exsóluite istum. périi, pertimuí miser.

CLEOMACHVS

Tum illám quae corpus públicat uolgó suom,
Faxó se haud dicat náctam quem derídeat.

CHRYSALVS

Pacísci cum illo paúlula pecúnia
Potés.

NICOBVLVS

Pacisce ergo, ópsecro, quod tíbi lubet,
Dum né manufesto hominem ópprimat neue énicet.

CLEOMACHVS

Nunc nísi ducenti Phílippi redduntúr mihi,
Iam illórum ego animam ambórum exsorbebo óppido.

NICOBVLVS

Em, illóc pacisce, sí potes. perge ópsecro:

V. 859—861 ex altera recensione repetit Anspachius p. 36: cf. Paulus Weise p. 16 859. est lucri, quod *vulgo* 860. obprimere *D* 861. audin D^1: h *sup.* a *add.* D^3 quę CD^2. que D^1 quintu *D* ubes *D* 862. N *(pers.) add.* D^2: *om.* D^1 863. quę *C.* que *D* uolgo *B.* uulgo *reliqui* suum *libri* 864. hau *Ritschelius, ut solet ante* d *et* t: *cf. 506* dicat *def. Fleckeisenus Philol. vol. II (a. 1847) p. 104.* ǧicet *Hermannus* nanctam *Fleckeisenus* 865. CHR. *om.* D^1: *add.* D^2 illa *ante corr. C* paulula *BCD.* paula *FZ* peccunia *D* 866. potis *Fleckeisenus. idem vel* potest *Langenus p. 64* pacisce *Bothius.* paciscere *libri* obsecro *libri* quod *Lambinus.* quid *libri, fortasse recte.* quo *vel* qui *Acidalius* tibi lubet *BDFZ.* lubet tibi *C* tibi quid lubet *Lindemannus Nov. annal. vol. XIX (a. 1837) p. 153* 867. manifesto *libri* obprimat *D* niue *Scaliger* enicet *B (ante corr.) C.* enecet *corr. man. 1 in B.* eniceat *DFZ* 869. amborum animam *Hermannus* ex orbebo B^1: s *sup.* o *add.* B^2. exorbebo *C.* exorbabo *DFZ* opido *F* 870. *Nicobulo tribuunt FZ, Chrysalo BCD, verba* perge *e. q. s. Nicobulo adsignantes* Em illoc *B.* ħ Em illoc *C.* Hem illoc *DFZ.* Cum illoc *Ritschelius* pacisce *Bothius.* pacisscere *B.* paciscere *reliqui* potes *ex* potest *rasura B Librorum BCD distributione servata* Em illoc pacisci rem potes *Gertzius teste Ussingio* pergere *Z* obsecro *libri*

Pacísce quiduis.

CHRYSALVS

Íbo et faciam sédulo.

Quid clámas?

CLEOMACHVS

Vbi erus túos est?

CHRYSALVS

Nusquam: néscio.

Vis tíbi ducentos núммos iam promíttier,
Vt né clamorem hic fácias neu conuícium?

CLEOMACHVS

Nihil ést quod malim.

CHRYSALVS

Atque út tibi mala multa íngeram? 875

CLEOMACHVS

Tuo árbitratu.

NICOBVLVS

Vt súbblanditur cárnufex.

CHRYSALVS

Pater híc Mnesilochist: séquere, is promittét tibi.
Tu aurúm rogato. céterum uerbúm sat est.

NICOBVLVS

Quid fít?

CHRYSALVS

Ducentis Phílippis rem pepigí.

NICOBVLVS

Vaha,
Salus méa seruasti mé. quam mox dicó 'dabo'. 880

---

871. Pacisce B^1. Paciscere B^2 *cum reliquis* quid uis *libri.* qui uis *Acidalius* fatiam *B* 872. eros *B.* erus *CD.* herus *FZ* tuus *libri* CH. *om.* D^1*: add.* D^2 nusquam nescio *(et sup. scr.* secum*) CD* 873. nummos *ras. ex* mummos *B* iam B^2*: om.* B^1 874. clamorem] a *ex* o *corr. B* nec *FZ* neu *ex* meu *C* conuitium *CDFZ* 875. quod] quid *D* CH. *add.* D^2*: om.* D^1 geram *(et* in *sup. scr.) D* 876. Vt . . . carnufex, *quae Nicobulo tribuunt libri, Chrysalo dedit cum Acidalio Ritschelius* subbanditur *ante corr. B.* sublanditur *DFZ* carnifex *FZ* 877. hic *sup. scr. B* mnesilochę *(et* i *sup.* ę*)* est *C.* mnesilochi est *reliqui* 878. tuarum *pro* tu aurum D^1Z*: corr.* D^2 cęterum *C* satẽ D^1*:* sat ẽ D^2 879. 880. Philippis rem pepigi. NI. Vaha ‖ Salus méa, seruasti me. quam *scripsi duce Hermanno.* philippis rem pepigi. NI. uah salus ‖ Mea seruasti me quam *libri.* Philippis rem pepigi. NI. Vaha, ‖ Salus, seruauisti me. quam *Hermannus (*rem

CHRYSALVS

Roga húnc tu, tu promítte huic.

NICOBVLVS

Promittó: roga.

CLEOMACHVS

Ducéntos nummos aúreos Philippós probos
Dabín?

CHRYSALVS

Dabuntur ínque: respondé.

NICOBVLVS

Dabo.

CHRYSALVS

Quid núnc, inpure? númquid debetúr tibi?
Quid illí molestu's? quíd illum morte térritas? 885
Et ego ét ille te mactámus infortúnio.
Si tíbist machaera, at nóbis ueruinást domi:
Qua quídem te faciam, sí tu me inritáueris,

887—889. *Horum versuum apud Festum p. 161 hae laciniae supersunt (cf. Leidolphus l. s. s. p. 231):* . . . chedem ad nob . . . te reddam u . . . rem soricina . . . *Eorundem apud Fulgentium p. XIX L. haec species est:* 'si tibi machera est foris, at mihi ueruina est domi, quo te ego (quem ego *al.*) et illos conficiam ut soricina nenia' *Donatus ad Eun. V 7, 23:* Plautus: 'confossiorem te faciam soricina nenia' *Novicium esse testimonium quod Fleckeisenus praef. Stichi ed. Ritschel. p. XXX ex Excerptis Pithoeanis p. 67 petitum* (murrire : clamare, proprium murium. soricum naenia Plauto) *commemorat, demonstravit Loewius Prodr. p. 26*

delebat Acidalius). Philippis pepigi. NI. Vah, Salus, ‖ me seruauisti Hem quam *Ritschelius, ubi* ehem *Fleckeisenus.* Philippis rem pepigi. NI. Ah, salus ‖ Mea seruauisti me, quam *Bothius: cf. Muellerus Pros. p. 396 adn.* 883. inquam *FZ.* inque *(et sup. scr.* i. dio*) C: cf. Parerg. p. 419 V. 884—901 ex altera rec. repetit Anspachius p. 37* 884. inpure *B.* impure *reliqui* num quid *D* debetur] debetur pure, *sed per hanc vocem lineola ducta, D* 885. molestus *libri, Olsenus p. 13* quid *Camerarius.* quia *libri* 886. Et ego et ille te mactamus *Muellerus Pros. p. 333.* Et ego te et ille mactamus (mattamus *F*) *libri, Ritschelius, ubi* mactat *Guyetus.* Ego et ille te m. *Hermannus.* Et ego et illic mactamus te *Engerus de pros. p. 18* 887. Si tibi est machera *libri (de Festo cf. testim.).* Si tibi machaera est foris *Fulgentius.* Tibi si est machaera *cum Guyeto Ritschelius.* Si tibi machaera est *Bothius cum Fulgentio.* Si tibi machaera *Hermannus* at nobis *Acidalius, Guyetus (cf. Festus).* et nobis *libri.* at mihi *Fulgentius.* nobis *Bothius* ueruina est *Pylades cum Fulgentio.* uerbina st B^1. uerbena st B^2. urbina est *reliqui* 888. Quã *Z*

Confóssiorem sóricina nénia.
Iam dúdum hercle equidem séntio, suspício
Quae té sollicitet: éum esse cum illa múliere.

CLEOMACHVS

Immo ést quoque.

CHRYSALVS

Ita me Iúppiter, Iunó, Ceres,
Minérua, Luna, Spés, Opis, Virtús, Venus,
Castór, Polluces, Márs, Mercurius, Hércules,
Summánus, Sol, Satúrnus dique omnés ament,
Vt ílle cum illa néque cubat neque ámbulat
Neque aúsculatur néque illud quod dici haúd solet.

NICOBVLVS

Vt iúrat: seruat me ílle suis periúriis.

CLEOMACHVS

Vbi núnc Mnesilochus érgost?

CHRYSALVS

Rus misít pater:
Illa aútem in arcem hinc ábiit aedem uísere
Minéruae. nunc apértast: i, uise: éstne ibi?

---

fatiam *B.* faciam *CDFZ, Donatus: atque ita Ritschelius.* reddam *Festus, Leidolphus p. 231* si] ubi *Festus: cf. Leidolphus l. s. s.* irritaueris *FZ* 889. confossiorem *BC, Donatus.* confessiorem *DFZ, cod. Schobingeri* soricinanenia *B.* soricina *(*soricinia *D)* nenia *(*uenia *F.* renia *Z) CDFZ.* soricina menia *cod. Canonic. Donati* 890. Ian dudum *B.* Iamdudum *reliqui* ercle *D* suspitio *BCD* 891. quę *C.* que *D* solicitet *FZ* eum] cum *Z* esse eum *Hermannus* 892. est *om. B* Iupiter *BFZ* 893. Luna, Spes *Bergkius Opusc. vol. I p. 36.* latona spes *libri.* Spes Latona *Ritschelius cum Guyeto et Hermanno.* Lato, Spes *Ussingius* opis *C.* opes *B.* obs *D.* ops *FZ* 895. Summanus] Submanus *BCDF.* Sumanus *Z* SATVRNVS *(sic) B* diique *libri* 897. ausculatur *Ritschelius.* auscultatur *BCD.* osculatur *FZ* illud quod dici haud solet *scripsi.* illud quod dici solet *libri.* quod non dici solet *vel* illud quod fieri solet *Ussingius* 899. hunc *Z* ergo st *B.* ergo est *C.* ergo *DFZ* 900. hinc *Schneidewinus in Fleckeiseni Exerc. crit. p. 33, Hermannus. om. libri* ędem *C.* edem *BDF* 901. Mineruę *C.* Minerue *D* aperta st *B.* aperta est *reliqui* i uise *(*inuise *Z.* i uis e *D.* i uise *et sup. scr.* imp̃ exũbo eo *C: cf. Parerg. p. 419)* estne ibi *(*est ne ibi *B.* est neibi *CD) libri: quod temptaverunt Fuhrmannus dissert. p. 46 (*i uide sitne ibi*), Beckerus in Studemundi Stud. vol. I p. 206 (idem vel* uise, sitne ibi *deleto* i *imperativo): cf. idem Fuhrmannus Nov. annal. vol. CV (a. 1872) p. 825*

CLEOMACHVS

Abeo ád forum igitur.

CHRYSALVS

Vél tu hercle in malám crucem.

CLEOMACHVS

Hodie éxigam aurum hoc?

CHRYSALVS

Éxige ac suspénde te:
Ne súpplicare, homo níhili, tibi nos cénseas.
Illést amotus. síne me, per te, ere, ópsecro
Deos ínmortales, íre huc intro ad fílium.

NICOBVLVS

Quid eo íntro ibis?

CHRYSALVS

Vt eum dictis plúrumis
Castígem, quom haec hic fácta ad hunc faciát modum.

NICOBVLVS

Immo óro ut facias, Chrysale, et ted ópsecro,
Caue pársis in eum dícere.

CHRYSALVS

Etiam mé mones?
Satin ést, si plura ex me aúdiet hodié mala,
Quam audíuit umquam Clínia ex Demétrio?

---

902. uel . . . crucem *Chrysalo tribuit Z: Nicobulo BCDF* uel tu *Ritschelius, Kampmannus de IN praep. p. 32, Hermannus:* uel *libri.* immo *Brixius de Pl. et Ter. pros. p. 26* 903. suspendete *D* 904. suplicare *B.* subplicare *D* homo nihili, tibi nos censeas *Ritschelius.* censeas nihili homo *libri, nisi quod* nihil *Z.* tibi me, nihili, censeas *Hermannus.* censeas nos, nihili homo *vel* censeas tibi, nihili homo *Ussingius, illud non male* 905. Ille est *libri* ere] here *F.* habere *Z* opsecro *B.* obsecro *reliqui* 906. immortales *BCDF.* immortalis *Z* 907. eo intro ibis *libri:* eo introd ibis *Ritschelius Nov. exc. p. 81: cf. Schoellius ad Trin. v. 10.* eo nam introibis *edidit Ritschelius coll. Prol. Trin. p. CLX* eum] cum *F* plurimis *DFZ* 908. cum *libri* hic facta ad hunc *Hermannus.* facta si adhuc B^1. facta sic ad hunc B^2 *cum reliquis.* sic facta ad hunc *Camerarius* 909. chrisale *BCD* ted opsecro B^1. te obsecro *(et* d *sup.* e *in* te*) C.* te obsecro B^2DFZ: *cf. Ritschelius Nov. exc. p. 28.* te id obsecro *Hermannus* 910. par sis *B* ineum *D* Etam me mones *B.* etiamne mones *FZ* 911. satin est *Z.* sat inest *CF.* sat in est *B.* sat anest D^1: *corr.* D^3 '*De* audiét *vide Prol. Trin. p. CLXXXIII coll. CCXXIX: ut non opus sit transpositis* hodie ex med audiet' *Ritschelius* 912. clinio *D.* Dinia *Bergkius Op. vol. I p. 674*

NICOBVLVS

Lippi íllic oculi séruos est simíllumus:
Si nón est, nolis ésse neque desíderes:
Si est, ábstinere quín attingas nón queas.
Nam ni íllic hodie fórte fortuna híc foret,
Milés Mnesilochum cum úxore opprimerét sua
Atque óbtruncaret moéchum manufestárium.
Nunc quási ducentis Philippeis emi fílium,
Quos dáre promisi míliti: quos nón dabo
Temere étiam, prius quam fílium conuénero.
Numquam édepol temere quícquam credam Chrýsalo.
Verúm lubet etiam mi hás perlegere dénuo:
Aequómst tabellis cónsignatis crédere.

---

913. illic *Aldus.* ille *libri* seruus *libri* simillimus *libri* 914. nolis (li *ex* ll) *C* 915. ñ||||queas *cum ras.* (nequeas *fuerat ante ras.*) *B* 918. moechcum *C.* mechum *DF.* mecum *Z* manifestarium *FZ* 919. philippeis *B.* philippis *reliqui* emi] eini *C* 920. dere B^1: *corr.* B^2 921. temere; et iam *Z* priusquam *C* 922. *Ab hoc v. accedit A* NUN*(vel* M*)*QUAMEDEPOLDEMEREQUIÇQUAM· CREDAMCHRYSALO *A* aedepol *Z* quicquam temere *libri praeter A, Ritschelius* cridam D^1: credam *corr.* D^2 credam. CHR. Verum *C* 923. *Cf. 922* LUBET *A.* libet *reliqui* ETIAM *A.* et *Z* mihi *vel* $\frac{1}{m}$ *libri* HASPELLEGERE*(sed litteris* ELLE *incertissimis) A.* has perlegere *BDFZ.* hasp legere *C* 924. AEQUONST *A.* Aequõ st *B.* aequum est *Z.* ęquum est *C.* equum est *DF* TABELLISÇONSIGNATIS *A*

ACTVS IV

CHRYSALVS

Atrídae duo fratrés cluent fecísse facinus máxumum,
Quom Príami patriam Pérgamum diuína moenitúm manu
Armís, equis, exércitu atque exímiis bellatóribus

Act. IV scaena 9 CRISALVS SERVVS · NICOBOLVS SENEX *B.* CHRISALVS *(*CH *in ras.) D. om. C.* Chrysalus. Nicobolus *FZ. unum v. vacuum reliquit A. vide ad 979* *Chrysali canticum variis conaminibus tentatum est: nam ut taceam de Guyeto, qui v. 929. 937—942. 950. 951 obelo notavit, Kiesslingius Anal. Pl. p. 14 sqq. v. 931. 945—52. 961 eiecit reliquorum ordine constituto hoc: 925—930. 932—944. 953—958. 962—965. 959. 960. 966—978: quo etiam longius progressus Brachmannus p. 98 sqq. acerrimo iudicio hoc canticum tamquam Plautinum restituit: 925—929. 932—934. 953—960. 968. 969ª (*Cepi áb eo spolia. iam has tabellas opsignatas quas fero*). 935. 936. 943. 944. 941. 942. 973—975. 969ᵇ (*Namque ís duc. n. Philippos dare promisit militi*). 970—972. 978. denique Anspachius p. 39 sqq. v. 931. 945—972. damnat, et Ussingius 'Nordisk Tidskrift for Fil.' vol. V (a. 1880) p. 59 sqq. v. 931. 937—940. 949—952. omnia praeter v. 931 defendit Paulus Weise p. 20 sqq., nisi quod v. 946 post v. 948 collocat. ipse non dubito quin interpolatus sit v. 931 et ex altera recensione repetendi sint v. 945—952* *Ceterum Kiesslingius v. 925—934 iambicis dimetris discripsit: cf. Anal. Pl. p. 6—14: at vide quae contra monuit Brachmannus p. 108. certe constat v. 925—934 singulari quadam condicione esse* 925. *Ita A, nisi quod* ATRIDAE *et* FACINUS-MAXUMUM Atridae duo *cum A Pylades.* Atridas duo B^1: t e *sup.* s, *h. e.* uel Atridae *corr.* B^2. Adtrides duo D^1. trides duo *C.* Atrides duo D^3FZ cluent *BD cum A.* clauent *C.* dicuntur *FZ* maximum *BCDZ* 926. *Ita A, nisi quod post* PERGAMUMDIUINA *nil legi potuit* Cum *libri praeter A* Perami *Brachmannus duce Fleckeiseno Nov. annal. vol. XCIII (a. 1866) p. 8 adn. coll. Ritschelii Opusc. vol. II p. 497 adn.* moenitum *B.* maenitum *F,* '*codex vetustissimus*' *Pii.* moenium *Z.* menitum *(et sup. scr.* pro munitum*) C.* mo pro munitũ enitũ D^1. *inde* mönitu enitũ *(et sup. prior. voc.* pro munitum*) effecit* D^2 927. ARMISEQUISEXERCITUATQ·EXIMIISBELLATORIBUS *(litteris* ATQ· *admodum dubiis) A* ęquis *C* atque *del. Anspachius p. 43*

Millé cum numero náuium decumo ánno post subégerunt:
Non pédibus termentó fuit, praeut égo erum expugnabó meum
Sine clásse sineque exércitu et tánto numero mílitum.
[Cepi, éxpugnaui amánti erili fílio aurum ab suó patre.]
Nunc príus quam huc noster sénex uenit, lubet lámentari,
dum éxeat.
O Tróia, o patria, o Pérgamum: o Príame, periistí senex,

---

929. *Festus p. 363:* termentum pro eo quod nunc dicitur detrimentum utitur Plautus in Bacchidibus. *cf. Paul. p. 362:* termentum apud Plautum detrimentum *Glossas quas huc spectare putat Loewius Prodr. p. 265 aliter explico: cf. Woelfflini Archii vol. II p. 338*

---

928. MILLE, *dein suo loco* DECUMOANNOPOSTSUBEGERUNT *litteris tribus primis et quinto tribusque ultimis incertissimis A* Mille cum *BCDFZ: cf. Buechelerus de decl. p. 99*[2]. Milli cum *Hermannus: cf. Lucil. IX 65 ed. M.* Millenum *Camerarius.* Et mille *cum Beckero Quaest. p. 8 Ritschelius.* Cum mille *Bergkius Opusc. I p. 674, Ussingius, Kiesslingius l. s. s.* post *om. Z* 929. NONPEDIBUSTERME*(his quinque litteris admodum dubiis)*NTOFUIT(F *et* T *incertissima lectione)*PRAE*(quattuor litteris perdubiis)*UTEGOERUMEXPUGNABOMEŨ *A* Non pedibus termento fuit *aliter atque Bothius explicare conabar Woelfflini Arch. vol. II p. 338.* Non pedibus *(*t pelides *sup. scr. B*[2]*CD*[2]*:* pelides *in contextu FZ)* tormento fuit *(*tormento_rũit *C) libri praeter A.* Non peius termento ruit *Ritschelius,* termento *cum Festo ducibus Curione, Cantero Nov. lect. III 8, Lambino et* peius *cum Kampmanno de reb. mil. p. 40. pro* termento *cod. pr. Schobingeri* ornamento *habet*, tam ornamento *eiusdem codex sec.* Non peius termentum hoc fuit *Brachmannus l. s. s.* Non penitus termento fuit *Kiesslingius l. s. s. alia (*Non proinde id *vel* Non equos iis *vel* Nemo ibus*) temptat Ussingius.* Non Phrygibus termento fuit *Gertzius teste Ussingio* prę ut *B.* prout *F'Z V. 930 sq. interpolatos dicit Brachmannus p. 109* 930. SINECLASSESINEQ·EXERCITUETTANTQ-NUMEROMILITUM *A* Sine armis *Anspachius p. 43* exercitud *Ritschelius Nov. exc. p. 78* ettanto *D.* atque tanto *corr. in B Camerarius* militum] nauium *Kiesslingius* 931. CEPIEXPUGNAUIAMANTI(IAMA *litteris perdubiis)*ERILIFIL *et* PATRE *in fine A* Coepi *BDZ* erili *CD.* herili *praeter FZ raro exemplo etiam B* 932. NUNCPRIUSQUAM *dein incertissimae reliquiae litterarum* HUCSENEXUENIT *ut videtur, et in fine* DUMEXEAT *A* prius quam huc noster senex uenit *Brachmannus l. s. s. p. 109.* prius quam huc senex uenit *libri.* prius quam huc senex noster uenit *Wilamowitzius teste Kiesslingio, qui ipse de* húc priusquam sénex *cogitaverat.* huc prius quam senex uenit *Ritschelius.* prius quam huc hic senex uenit *Muellerus Nachtr. p. 123* libet *BCDFZ* ex eat *B* 933. OTROIAOPATRIAOPERGAMUM *in A legi potuit* Perame *Fleckeisenus Exerc. p. 42, Nov. annal. vol. XCIII (a. 1866) p. 8 adn.: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 497 adn.*

Qui mísere male mulcábere quadrigéntis Philippis aúreis.
Nam ego hás tabellas óbsignatas, cónsignatas quás fero,
Non sínt tabellae, séd equos quem misére Achiui lígneum.
Epíust Pistoclérus: ab eo haec súmptae. Mnesilochús Sinost
Relíctus. ellum: nón in busto Achílli, sed in lecto áccubat:
Bacchídem habet secum, ille ólim ut habuit ígnem qui signúm daret:
Nunc ípsum exurit. égo sum Vlixes, quóius consilio haéc gerunt.
Tum quae híc sunt scriptae lítterae, hoc in equo ínsunt multi mílites
Armáti atque animatí probe. ita rés successit mi úsque adhuc.
Atque híc equos non in árcem, uerum in árcam faciet ímpetum.
Exítium, excidium, exlécebra fiet híc equos hodie auró senis.

---

934. QUIMIS *et perdubias reliquias litterarum* EREMALE *in A legere sibi visus est Loewius* mulcabere D^1: multabere D^2, *Ussingius* quadrigentis *Ritschelius Parerg. p. 406.* quadringentis *BZ.* quadragentis *CDF* 935. NAMEGOHASTABELLAS *(litteris duabus ultimis incertis) A* 936. NONSUNTTABELLAESED *(quinque ultimis litteris incertis) A: ubi etiam* EQUU*(vel* O*)*S *exstare videri testatur Studemundus 'Verhandl. der 36. Phil. Vers.' p. 56* tabelle *CDF* sed equos B^1: u *sup.* o *add.* B^2. sed equus *(*seq ęquus *C) CDFZ V. 937—940 om. A* 937. Epius est *BCD.* epeus est *F.* epeius est *Z* ab eo] inde *Muellerus Nachtr. p. 98* hęc *C.* hec *D* sumptae *Kiesslingius.* sumpta *libri, Ritschelius* Sinost *Angelius.* sinon est *BCF.* si non est *DZ* 938. ellum *B.* illum *CDF.* ille *Z* imbusto *Z* inlecto *B.* lecto *CDFZ* 939. ut *Pylades. om. libri* 940. Nunc *Guyetus.* Hunc *libri.* Haec *Camerarius, Palmerius.* Hic *Lambinus* esurit *F.* eccum urit *Palmerius* ulixes *BCDF.* ulisses *Z* cuius *libri* consilioh *ante ras. B* haec *BFZ.* hanc *CD* gerunt B^1CDF. geruntur B^2Z, *Kiesslingius l. s. s. p. 11* 941. TUMQUAEHICSUNTSCRIPTAELI *A* Túm qui hic insunt *e. q. s. Kiesslingius l. s. s. p. 11 trochaicum discribens praecedente hypermetro iambico* quę *C.* que *D* scriptę *C.* scripte *D* litterae *B.* littere *C.* literae *vel* litere *DFZ* hoc in equo insunt multi *Muellerus Nachtr. p. 123.* hoc in equo insunt *libri, nisi quod* in ęquo *C et* in i equo *B.* hoc insunt in equo *cum Guyeto et Hermanno Ritschelius.* hoc in equo quae insunt sunt *Luchsius Hermae vol. VIII (a. 1875) p. 123 sq.* tot hoc in equo insunt *Ussingius: cf. Brachmannus p. 110. de* equod *cogitat cum Buechelero Ritschelius Nov. exc. p. 64. 66* 942. ARMATI*(et ut vid.* A *sup.* I/TQ·ANIMATI *A* mi usque *Bothius.* meliusque *BCDFZ* 943. ATQ·HICEQU *in A legit Loewius: ibidem* EQUU*(vel* O*)*S *videri extare testatur Studemundus l. ad v. 936 exscripto* equus *BCDFZ* arcam *ex* arcum *C.* archam *Z.* arthan *F* 944. *Ita A* Exidium *(et* c *sup. scr.)* exicium *B.* ex-

(Nostró seni huic stolido, eí profecto nómen facio ego Ílio.
Milés Menelaust, égo Agamemno: idém sum Vlixes Lártius:
Mnesílochust Alexandér, qui erit exítio rei patriaé suae.
Is Hélenam auexit, quoía causa núnc facio obsidium Ílio.
Nam illi ítidem Vlixem audíui, ut ego sum, fuísse et audacem
ét malum.
Doli égo deprensus sum: ílle inuentus méndicans paene
ínterit,
Dum ibi fácta exquirit Íliorum. adsímiliter mi hodie óptigit:

---

cidium exitium *CDFZ* lacebra D^1: ex *add.* D^2: ex latebra *corr.* D^3: *atque ita FZ* equus *libri praeter A* 945. *Ita A, nisi quod* EIPRO-FECTO *et* FACIOEGOILICO 946. MENELAUST *A.* menelauust *ex* menelaus est *B.* menelaus est *CDFZ, nisi quod* mene laus est *CD.* Menelauost *coll. Ribbeckio Trag. fragm. inc. fab. v. 90 Fleckeisenus loco mox commemorando* AGAMEMNO *A.* agamenno CD^1. agamennon BD^3. agamemnon *F.* agamenon *Z.* Agamemino *Ritschelius Opusc. vol. II p. 498* sum *add. Hermannus. om. libri. cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 498, Fleckeisenus Nov. annal. vol. XCIII (a. 1866) p. 8 et Muellerus Pros. p. 698* ULIXES *A.* ulysses *Z* LARTIUS *A, Acidalius.* lertius *CDF.* lercius *B.* laertius *Z: Fleckeisenus l. s. s., Ritschelius l. s. s.* 947. *Ita A, nisi quod* MNESILOCHUSEST *et* EXITIOREIPATRIAE mnesilochus est *etiam BCDFZ* Alixenter *Fleckeisenus Nov. annal. vol. XCIII (a. 1866) p. 11: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 497* quierit *D* exitium *libri praeter A* patrię suę *C.* patrie sue *D* 948. SIHELENAMAU-EXIT*(vel* EI *vel* TE*)*CUIA *et reliqua ut supra A* His elenam abduxit *B.* Is elenam abduxit *D.* Is helenam abduxit *CFZ.* auexit *iam Bergkius Opusc. vol. I p. 674* cuia *BCD cum A, Scioppius Susp. lect. I 21.* cuius *Z.* cui haec *F* hunc facio obsideri *'alibi scriptum' esse Pius annotat* obsidi *Z* 949. ILLIITIDEM *A, Bothius.* illic eidem *BCDFZ* ULIXEMAUDIUI *A.* audi ulixem B^1. audiui ulixem B^2CDFZ, *nisi quod* ulyssem *Z* ego ut *Muellerus Pros. p. 241* FUISSE *A.* fuise *ante corr. B* ETMALUM *in novo versu A* 950. Doli ego deprensus *Acidalius.* DOLISEGOPRENSUS *A.* Dolis ego deprensus *BDZ.* Dolis ego deprehensus *CF.* Mendaci ego prensus *Brachmannus p. 101.* Fallens ego prensus *Ussingius. cf. Muellerus Pros. p. 172. 333* ille inuentus mendicans paene *Ritschelius.* ILLEMENDICANSPAENEINUENTUS *A. item reliqui nisi quod* pene*: ceterum cf. Fleckeisenus Nov. annal. vol. LXI (a. 1851) p. 23, Engerus 'Zur Pros. des Pl.' p. 6 et 17, Muellerus Pros. p. 333, 357* interiit *libri cum A: praesens restituit cum aliis Ritschelius* 951. ibi] sibi *Z.* illic *Kiesslingius l. s. s. ceteris servatis* facta exquirit *Ritschelius.* exquirit facta *B (ante ras.)* D^1 *et* D^3: EXQUIRITFATA *A, atque ita BD (post ras.) et CFZ* exquaerit ibi facta *Fleckeisenus* Iliorum *Gulielmius Verisim. I 22, Scaliger.* illorum *libri cum A* adsimiliter *DFZ cum A, nisi quod post eam vocem* udoiem *erasa in D.* autsimiliter *C* ac similiter *B.* id similiter *'alibi codicum legi' Pius ait*

Vinctús sum, sed dolís me exemi: item se ílle seruauít dolis.)
Ílio tria fuísse audiui fáta, quae illi fórent exitio:
Sígnum ex arce sí periisset: álterum etiamst Tróili mors:
Tértium quom pórtae Phrygiae límen superum scínderetur.
Pária item tria eís tribus sunt fáta nostro huic Ílio.
Nam dúdum primo ut díxeram nostró seni mendácium
Et de hóspite et de auro ét de lembo, ibi sígnum ex arce iam ábstuli.
Iam dúo restabant fáta tunc, nec mágis id ceperam óppidum.

---

953. 954. *Cf. Serv. ad Aen. II 13:* secundum Plautum tribus, uita scilicet Troili, Paladii conseruatione, integro sepulcro Laomedontis quod in Scaea porta fuit ut in Bacchidibus lectum est: *de quibus verbis cf. Brachmannus p. 180 et Ostermayer de hist. fab. p. 21 sq.*

---

mihi *libri cum A* HODIE *A* obtigit *FZ cum A* 952. *Ita A, nisi quod* DOLIS *et* ITEM *et* DOLIS *(*S *incerta)* sum] fui *Fleckeisenus* me *Pylades cum A. om. BCDFZ* exemi *rasura ex* exiemini *D* ille se *Hermannus, Ritschelius.* illic se *Muellerus Pros. p. 115* seruat *Hermannus, Ritschelius Trochaicum una cum v. 951 esse volunt Christius Mus. Rhen. vol. XXIII (a. 1867) p. 579, Spengelius T. Macc. Pl. p. 92: cf. Muellerus Pros. p. 172 sq. Versum in suspicionem vocat Ussingius V. 953—956 iambicos (praecunte Acidalio) sic transformavit Hermannus repugnante etiam A:* Tum tria fuisse audiui fata, quae Ilio exitio forent: ‖ Ex árce signum si perisset: alterum est mors Troili: ‖ Quom pórtae Phrygiae limen superum scinderetur, tertium. ‖ Eis ítidem paria tria tribus sunt fata nostro huic Ilio 953. Ilio] ILLI *A* tria] ia *e corr. B²* fata *B post ras. CDFZ.* FAT*(vel* I*)*A *A ut videtur* QUAE *A.* quę *CD².* que *D¹* illo *C ante corr.* forent *BCDFZ.* FUERE *A* exicio *B.* exitium *(*um *expunct. et* o *supr. scr.) D* exitio forent *Brachmannus p. 109 duce Hermanno* 954. ARCE *A* periisset *BCD cum A.* perisset *FZ* etiam est *(*etiam st *B) libri cum A.* autemst *Ritschelius cum Bothio.* fuit *Ussingius* TROILI *A.* truili *D¹: corr. D²* 955. TERTIUM *A.* tercium *C* cum *libri cum A* PORTAEPHRY*(vel* I*)*GIAE *A.* forte phrigię *C.* forte phrigie *D.* forte frigie *B¹.* forte frigię *B².* portae scaeae *Z.* Phrygiae *etiam Scaliger e suo cod. adscripsit* LUMEN *A* 956. PARIA *A.* patria *Z* ITEMTRIA *A* eis *BCDFZ.* E*(vel* H *vel* I *vel* T*)*E*(vel* I *vel* T*)*I*(vel* E *vel* T*)*S *A: ubi* illis *legit Geppertus Stud. Pl. II p. 37* TRIBUS *A* facta *B ante ras.* nostro *Meursius cum A.* nostra *BCDFZ* HUICILIO *A* 957. *Ita A, nisi quod* UT mendatium *B* 958. ETDEHOSPITEETDEAURO *(reliqua ut supra) A* ospito *D¹.* ospite *D².* hospite *D³* signum *sup. scr. in B* aroe *D¹:* arce *D³* 959. IAM *A* RESTABANT *A* facta *ante ras. B* TUNC *A.* dum *D¹.* tum *BCD²FZ* coeperam *BZ* opidum *F*

Post úbi tabellas ád senem detúli, ibi occidi Tróilum,
Quom cénsuit Mnesílochum cum uxore ésse dudum mílitis.
Ibi uíx me exsolui: atque íd periclum adsímulo, Vlixem ut
praédicant
Cógnitum ab Helena ésse proditum Hécubae. sed ut illim
ílle se
Blánditiis exémit et persuásit se ut amítteret,
Item égo dolis me illo éxtuli e períclo et decepí senem.
Post cúm magnifico mílite, urbes uérbis qui inermús capit,
Conflíxi atque hominem réppuli. dein púgnam conseruí seni:
Eum ego ádeo uno mendácio deuíci, uno ictu extémpulo
Cépi spolia. is núnc ducentos núммos Philippos míliti
Quos dáre se promisít dabit.

Hunc versum damnat Langenus 'Philol. Rundschau' vol. I (a. 1881) p. 433 960. TABELLAS *A* DETULIBI *A: itemque reliqui.* tetuli, ibi ego *Hermannus et Ritschelius.* tetuli ibi *Acidalius: quam scripturam tutantur cum alii tum Lachmannus in Lucr. p. 387* 961. CUM *A cum reliquis* MNESILOCHUS *A* UXOREESSE *A Ceterum v. expunxit auctore Wilamowitzio Kiesslingius l. s. s.: defendit Langenus p. 35* 962. *Ab hoc v. deficit A* uix me exsolui *BC, nisi quod una littera erasa ante* exsolui *in C.* me uix &solui D^1*:* x *sup. & add.* D^2*: etiam* e *ante* x *add.* D^3. me iniunxit solui *FZ, cod. Schobingeri* periculum *FZ* adsimilo *libri* ulyssem *Z* predicant *BCF* 963. 964. *Trochaeos defendit Studemundus de cant. p. 76: quem secuti sunt Kiesslingius l. s. s., Brachmannus p. 102. cf. Muellerus Pros. p. 172 sq., Nachtr. p. 69. iambos discripsit Ritschelius* 963. Ab Helena cognitum *cum Acidalio Ritschelius* eccubę *B.* eccube *CD.* heccube *F* illim *Seyffertus de bacch. vers. thes. V, Muellerus Pros. p. 172, Kiesslingius.* olim *libri, Ritschelius* 964. Blandiciis *BCDZ* ab ea exemit *duce Pylade Hermannus.* ab illa exemit *Ritschelius* persuadit *D* et] et ei *Seyffertus l. s. s.* ut se *Pylades, Hermannus* 965. Itaẽ *B* ilio *BC* extuli *Dissaldeus.* expuli *libri* epericlo *D.* e periclo *C.* e periculo *FZ.* periculo *B* decipi D^1*: corr.* D^3 966. Post *cum Acidalio Ritschelius.* Poste *CD.* Post ea *B.* posthec *F.* post haec *Z: cf. Opusc. vol. II p. 543.* Ibi *Kiesslingius versu transposito* inermis *Z* 967. Conflixi B^2FZ. Confixit B^1CD 968. Eum ego adeo uno B^2DF. Cum ego adeo uno B^1CZ. Eum adeo uno ego *Hermannus* mendatio *BC* extemplo *FZ* 969. *Sic discripsi cum Studemundo de cant. p. 76, Spengelio T. Macc. Pl. p. 139, Kiesslingio l. s. s.: iambicum fecit Ritschelius* Cepi ab eo *scribens duce Hermanno* (Ego cepi) Coepi *BCD.* Caepi *Z* 970. *'Sic hunc versiculum singillatim perscriptum non B tantum, sed CD quoque. Quem mutilum esse censeo deperdita parte altera quae potuit similis esse ac v. 842* ita res successit mi usque adhuc. *cum proximis sic concinnavit Hermannus:* Quos dáre se

Nunc álteris etiám ducentis úsus est, qui díspensentur
Ílio capto, út sit mulsum quí triumphent mílites.
Sed Príamus hic multo ílli praestat: nón quinquagintá modo,
Quadrigéntos filiós habet atque equidem ómnis lectos síne probro:
Eos égo hodie omnis cóntruncabo duóbus solis íctibus.
Nunc Príamo nostro síst quis emptor, coémptionalém senem
Vendam égo, uenalem quem hábeo, extemplo ubi óppidum expugnáuero.
Sed Príamum adstantem eccum ánte portam uídeo. adibo atque ádloquar.

NÍCOBVLVS. CHRYSALVS

NICOBVLVS

Quóianam uox própe me sonat?

CHRYSALVS

O Nícobule.

---

promisit dabit. nunc alteris etiam usus est, ‖ Qui díspensentur ut sit mulsum qui triumphent milites' *Ritschelius: lacunam reiciunt eidem Studemundus, Spengelius, Kiesslingius locis quos v. 969 commemoravi*

Ante Quos *in B spat. circ. 5 litterarum* 971. 972. qui dispensentur ‖ Ilio capto *libri, Studemundus, Kiesslingius (cf. v. 970), Brachmannus p. 110:* capto Ilio ‖ qui dispensentur *cum Acidalio Ritschelius, adnotans librorum scripturam qui retinere velit, non posse non duos trochaicos (acatalectum cum catalectico) agnoscere sic pauculis transpositis:* Nunc etiam alteris ducentis: *cf. Pareng. p. 425.* Núnc altris etiám *Muellerus Nachtr. p. 69* dispensetur *CDZ* *Inter* capto *et* ut *erasa* k *in B* triumphunt *(et* e *sup.* u*) D* 973. Peramus *Brachmannus: cf. 933* prestat *BD* 974. Quadrigentos *(ut v. 1183) Schneiderus gramm. lat. elem. I p. 735 Reizio duce.* Quadringentos *libri* atque equidem omnis *libri.* atque omnis *cum Hermanno Ritschelius.* atque equidem *Brachmannus p. 110. confert Ritschelius Proleg. p. LXXVIII: at vide Ribbeckium de part. p. 40* *Post* lectos *rasura, ante quam* sine *scriptum erat* probo *Z* 975. om̃s *CD.* omnes *FZ* 976. si émptor est, coemptionalem *Hermannus* si est *libri* eptor *(et* m. *sup. scr.) C* comptionalem *ante corr. B, cod. Scaligeri:* e *add. in B eadem manus.* comptialem *vel* cõptialẽ *CD.* comicialem *FZ* 977. habebo *CD* et templo D^1*: corr.* D^2 *et* D^3 opidum *(et* p *sup. scr.) D.* opidum *F* expurgauero *Z* 978. adstantem eccum *B.* adstante mecum *CD.* astantem eccum *FZ* uideo *FZ.* uidebo *BCD* alloquar *Z*

979. *Novae scaenae initium fecit Ritschelius contra libros* *Personarum nomina usque ad v. 986 om.* CD^1*: add.* D^2 Cuianam *(*Cuia nam *C) libri* uox prope me sonat *libri.* prope me sonat uox hic

NICOBVLVS

Quíd fit?

CHRYSALVS

Euge.

NICOBVLVS

Quíd, quod te misi, écquid egisti?

CHRYSALVS

Hém, rogas? congrédere.

NICOBVLVS

Gradior.

CHRYSALVS

Óptumus sum oratór: ad lacrumas hóminem coegi cástigando
Máleque dictis, quaé quidem quiui cónminisci.

NICOBVLVS

Quíd ait?

CHRYSALVS

Verbum
Núllum fecit: lácrumans tacitus aúscultabat quae égo loquebar:
Tácitus conscripsít tabellas: óbsignatas mi hás dedit.
Tíbi me iussit dáre. sed metuo né idem cantent, quód priores.
Nósce signum: estne éius?

NICOBVLVS

Noui: lúbet perlegere has.

CHRYSALVS

Pérlege.

Spengelius 'Reformvorschl.' p. 345 duce Muellero Nachtr. p. 51 Rud. v. 229 comparante nicobole *FZ* CHR. Euge. NIC. *addidit Ritschelius (lacunam signaverat Hermannus): om. libri* O Nicobule, quid fit? NIC. Quid fit? *Ussingius* 980. Quid quod *BFZ.* Quid quid *C.* Quidquid *D* ec quid *BFZ.* hęcqd *D.* hęc qđ *C* egisti] cogistin *Z* hem *add. Ritschelius: om. libri* gradior *CDFZ.* congredior *(i in litura) B, servatum a Bentleio in Phorm. V 6, 12* 981. Optimus *FZ* ad lacrumas hominem coegi castigando *scripsi.* ad lacrumas coegi hominem castigando *libri, nisi quod* lucrumas *C,* lucromas D^1 *(a sup.* u *add.* D^3*),* lachrymas *Z.* hominem ad lacrumas coegi castigando *Ritschelius.* hominem ad lacrumas castigando adegi *Hermannus* 982. quę *C* equidem *F, Spengelius 'Reformvorschl.' p. 345: cf. Luchsius Comm. pros. I p. 23* comminisci *BDFZ.* cōminis ci *(altera* c *ex* e*) C* 983. lachrymans *Z* auscultabat *ex* autcul tabat *D.* aucscultabat *B* que *CD* 984. obsignatas] *ante* i *rasura in B* mihi has dedit *libri.* has dedit mi *Ritschelius praeeunte Acidalio: cf. Proleg. Trin. p. CCXCI.* mihi has dedit: dein *Hermannus* has dedit mihi obsignatas *Bothius* 985. neidem *D* 986. est ne *BD* libet *libri* perlegerebas *C*

Nunc súperum limen scínditur, nunc própe adest exitium Ílio.
Turbát equos lepide lígneus.

NICOBVLVS

Chrysále, ades, dum ego has pérlego.

CHRYSALVS

Quíd me tibi adesse ópus est.

NICOBVLVS

Volo ego utí scias, quae hic scrípta sint. 989ª

(CHRYSALVS

Quíd me tibi adesse ópus est?

---

987. *Hunc versum (praeter* nunc *quod v. 986 annectitur) om.* B^1*: in marg. add.* B^2*, ubi nunc abscissum* lio *(*llio*)* Hunc *Z* scindit̃ nc̃ *(it e corr. ut vid.)* B^2 prope *Acidalius: om. libri* nunc adest exitium Vilio *Spengelius* '*Reformvorschl*'. *p. 346* exicium *BC* 988. equos *B*, equus *reliqui* lepide] lapides *Z* chrisale *B* ad es *B* pellego *Z* *V. 990—996 ita discripsit Ritschelius:*

CH. Quíd me tibi adesse ópus est, quaeso. NI. Vt scias quae scrípta sint hic.
CH. Níl moror, neque scíre uolo ego. NI. Támen ades. CH. Quid ópus est? NI. Taceas.
CH. Nólo inquam. NI. At uolo, ínquam. CH. Quid opust? NI. Át enim id quod te iúbeo facias.
CH. Adero. iustumst: tuús tibi seruos tuo árbitratu seruiát. NI. Vah, Cérae haut parsit néque stilo. set quícquid est, pellégere certumst. Hoc áge sis nunc iam. CH. Vbi lubet, recita: aúrium operam tíbi dico.
NI. Eúge litterás minutas. NI. Quí quidem uideát parum oculis: Vérum qui satis uídeat, grandes sátis sunt. NI. Animum aduórtito igitur.

*Contra duplicem rec. agnoscit Brachmannus p. 139 statuens v. 989ª (*Volo ego ut scias, hic scripta quae sient*). 990, dein verba* Quód te iubeo id facias. CHR. Adero, *991. 992 = 989ᵇ (*Volo ut quod iubebo facias*). 993. 994. 995. 996 esse, quem sequitur Anspachius p. 44 quamvis versiculos paullo aliter dimetiens: cf. etiam Langenum p. 201, qui licentius rem tractat. contra disputat Paulus Weise p. 25 sqq. hunc ordinem reliquis eiectis facit Spengelius* '*Reformvorschl.*' *p. 346: 989ª. 991. 992. 993. 994. 995. 996: quid ipse iudicem infra apparebit*
V. 989—990 ita discribit Anspachius p. 47: Quid mé tibi adesse opus ést? ‖ Vt sciás quae hic scripta siént ‖ Nil móror neque scire uoló. ‖ Tamen ádes. Quid opust? Taceás. ‖ Quod iúbeo id. fácias. Ádero*: sic autem Leo Mus. Rhen. vol. XL (a. 1885) p. 197:* Vt scias quae hic scripta sient. ‖ Níl moror neque scire uolo. ‖ Támen ades. Quid opust? Taceas. ‖ Quód iubeo id facias. Adero*: cf. etiam Studemundus de cant. p. 77* 989ª. 989ᵇ. *Ita scripsi: quos sic exhibet B:* Quid me tibi ad esse opus est? NI. uolo ut quod iubebo facias. ‖ Vt scias quae hic scripta *(r sup. v. m. 1)* sient*: nec discrepant reliqui, nisi quod* adesse *et* iubeo B^3CDFZ, quę *C*, scripta *exhibent CDFZ: verba* quod

NICOBVLVS
Volo uti quód iubebo id facias.
CHRYSALVS
Ádero.) 989b
CHRYSALVS
Níl moror neque scíre uolo ego.
NICOBVLVS
Támen ades.
CHRYSALVS
Quid ópus est?
NICOBVLVS
Taceas. 990
Eúge, litterás minutas.
CHRYSALVS
Quí quidem uideát parum.
Vérum qui satis uídeat, grandes sátis sunt.
NICOBVLVS
Animum aduórtito igitur.
CHRYSALVS
Nólo, inquam.
NICOBVLVS
At uolo, ínquam.
CHRYSALVS
Quid opust?
NICOBVLVS
Át enim id quod te iúbeo facias.
CHRYSALVS
Iústumst, ut tuós tibi seruos tuo árbitratu séruiat.

---

iubebo id facias. CHR. Ádero *(989b) ante* NIC. Euge *v. 991 exstant Versum 989b a diasceuasta repeto, qui versibus aliquot eiectis ad v. 994 transire voluerit* Volo ego *v. 989a iam Brachmannus p. 139:* ut scias hic scripta quae sient *idem ibidem.* Tute ut scias hic scripta quae sient *Muellerus Nachtr. p. 28.* Vt scias quae scripta sint hic *Ritschelius cum Hermanno.* Volo uti tu scias quae hic scripta sint *Spengelius 'Reformvorschl.' p. 346* 990. Nihil *libri* nec *F* uolo ego *Ritschelius:* uolo *libri* opus est *FZ.* opust *BCD* tacias D^1*: corr.* D^2 991. *Cf. v. 989b* Euge *B.* Eu *CD.* heu *FZ: cf. Brachmannus p. 139.* Em *Langenus p. 201* literas D^1*: corr.* D^2 uideat *ex* uidead *D* parum oculis *Ritschelius duce Hermanno* 992. grandis D^1*: corr.* D^2 aduorte *FZ* igitur *del. Brachmannus p. 139* 993. aduolo *Z* opus est *FZ* Atenim *D* te *om. FZ* 994. Iustum st *B.* Iustum est *CDFZ* ut *add. Hermannus: om. libri.* uti *post* tuos *inseruit Spengelius 'Reformvorschl.' p. 346,* ut *post* seruos *Brachmannus p. 139* tuus *libri* seruos semper *Anspachius l. s. s.* tuo] tunc *C* seruiat *ex* seruiad *D* seruiat tuo arbitratu *Hermannus Cf. Muellerus Nachtr. p. 62*

NICOBVLVS

Hoc áge sis nunc iam.

CHRYSALVS

Vbi lubet, recita: aúrium operam tíbi dico.

NICOBVLVS

Cerae équidem haud parsit néque stilo. certúmst pellegere quídquid est.
'Patér ducentos Phílippos quaeso Chrýsalo
Da, si ésse saluom uís me aut uitalém tibi.'

CHRYSALVS

Malúm quidem hercle mágnum: tibi dicó.

NICOBVLVS

Quid est?

CHRYSALVS

Non príus salutem scrípsit?

NICOBVLVS

Nusquam séntio.

CHRYSALVS

Inde á principio iam ínpudens epístulast.

---

995. nunc iam *B*. iam nunc *CDFZ* iubet D^1: *corr.* D^2 Hóc age nunciam. úbi lubet recitá sis, tibi dico aúrium operam *Fleckeisenus praef. Bacch. p. 13* dico] dabo *FZ* Hóc age sis nunc. CH. úbi lubebit, récita: tibi dico aúrium operam *Hermannus: cf. Brachmannus p. 140* 996. Cerę *B*. caerę *Z* equidem *F*: quidem *reliqui* par sit *D* certumst pellegere, quicquid est *scripsi*. sed quicquid est pellegere (pellere D^1: *corr.* D^2. perlegere *Z)* certum st (certum est *CDFZ) libri*. at perlegere certumst quicquid est *Brachmannus p. 130. librorum scriptura servata hypermetrum constituit Spengelius 'Reformvorschl.' p. 346* 997. EPLA (*h. e.* EPISTOLA) *praem. B: eandem idem notam singulis epistulae partibus praefigit. novam scaenam hinc CD ordiuntur, vacuo spatio praemisso* CD^1, *cum hac inscriptione* NICOBOLVS CRISALVS D^2 NIC. ater *C*. NIC. O pater *D*. O pater *FZ* philipp||os (i *erasa) B* queso *BCF* chrisalo *BC* *V. 998—1035 duplicem recensionem esse voluit Brachmannus p. 143 sic: 1000. 998. 1001. 999. 1002—1006. 1013—1024. 1028—1035 = 1007—1012. 1025—1035: hoc autem modo Anspachius p. 46 sq.: 998—1001. 1007—1035 = 998. 999. 1002—1006. 1028—1035. neutri assentitur Paulus Weise p. 28 sq.* 998. saluum *libri* me uis *F* *Ante* aut *tres litterae erasae in B* 999. CHR. *FZ: om. CD, Ussingius:* NIC̃ *praem. B* magnum tibi dico. NIC. Quid est *FZ*. magnum CH. tibi dico. NI. quid est *CD, Ussingius*. magnum *(sequitur spat. 9 litterarum)* Tibi dico. CRI. Quid est *B* 1000. CHR. *om. B* NIC. *om.* D^1: *add.* D^2 1001. *Huc transposuit Acidalius qui in libris est post 1006* printipio *D* inpudens *cum C etiam B, in quo post eam vocem lacuna est e rasura verbi* inpudens *orta:* impudens *DFZ* epistula est *F*. epistola est *reliqui*

Non dábis, si sapies: uérum si das máxume,
Ne ille álium gerulum quaérat, si sapiét, sibi:
Nam ego nón laturus súm, si iubeas máxume.
Sat síc suspectus súm, quom careo nóxia.

NICOBVLVS

Auscúlta porro, dum hóc quod scriptumst pérlego.
'Pudét prodire me ád te in conspectúm, pater:
Tantúm flagitium té scire audiuí meum,
Quod cúm peregrini cúbui uxore mílitis.'
Pol haúd derides: nám ducentis aúreis
Philippís redemi uítam ex flagitió tuam.

CHRYSALVS

Nihil ést illorum, quín ego illi díxerim.

NICOBVLVS

'Stulté fecisse fáteor: sed quaesó, pater,
Ne me, ín stultitia sí deliqui, déseras.
Ego ánimo cupido atque óculis indomitís fui:
Persuásumst facere quoíus me nunc factí pudet.'
Prius cáuisse ergo quám pudere aequóm fuit.

CHRYSALVS

Eadem ístaec uerba dúdum dixi illi ómnia.

1002. Nodabis *(et* n *sup. scr.) D* sapes *ex* sapis *C* maxime *B* 1003. gerurulum *C* quęrat. *C.* querat *BF:* quaeret *(vel* quaerat si sapiat*) Brachmannus p. 134* 1004. Nã, *sed* a B^2 *in litura* non *sup. scr.* B^1 siubeas *C* maxime *B* 1005. cum *libri* 1006. scriptum st *B.* scriptum est *reliqui* pellego *F* *Cf. v. 1001* 1007. NI. *pracm. FZ.* EP̄LA *B* conspectu *B* 1008. flagicium *C* sciui *(et* re *sup. scr.)* audire *(et* ui *sup. scr.) D.* sciuire audiuire *C* 1009. multis *C* 1010. NIC̄. *praem. B* 1012. Nil *(et* hi *sup. scr.) C* illi *om.* D^1*: sup. scr.* D^2 1013. Nl.] EP̄LA *B* fetis se D^1*: corr.* D^2 queso *BCF* 1014. stultia *C.* stulti||cia *(erasa* a*) D* *Ante* si *erasum* et *in B* 1015. sui B^1*: corr.* B^2 1016. Persuasum st *B.* persuasum est *reliqui* quoiius *vel* quoiuis *B.* cuius *(post* cuius *rasura, ante quam* me nunc *fuerat C) reliqui.* cui *(ut sit genetivus) Scaliger* nunc me *Z* facti *om. C* 1017. NIC̄. *praem. B,* CHRIS. D^3 Prius . . . quam *in ras. C* cauisse ergo *Acidalius.* te cauisse ergo *libri.* te cauisse *Ussingius.* causse te ergo *Kochius Nov. annal. vol. CIII (a. 1871) p. 828* equm *B.* ęquum *C.* aequum *Z.* equum *DF* 1018. istęc *C* uer badudum *D* dixi illi *Hermannus.* illi dixi *libri*

NICOBVLVS

'Quaeso út sat habeas íd, pater, quod Chrýsalus
Me obiúrigauit plúrumis uerbís malis
Et mé meliorem fécit praeceptís suis,
Vt te éi habere grátiam aequom sít bonam.'

CHRYSALVS

Estne ístuc istic scríptum?

NICOBVLVS

Em specta, túm scies.

CHRYSALVS

Vt, quí deliquit, súpplex est ultro ómnibus.

NICOBVLVS

'Nunc sí me fas est éxorare abs té, pater,
Da míhi ducentos núммos Philippos, te ópsecro.'

CHRYSALVS

Ne unúm quidem hercle, sí sapis.

NICOBVLVS

Sine pérlegam:
'Ego iúsiurandum uérbis conceptís dedi,
Datúrum id me hodie múlieri ante uésperum
Prius quam á me abiret. núnc, pater, ne périerem,
Cura átque abduce me híṇc ab hac quantúm potest,

1019. Nl.] EPL̃A *B* Queso *BCF* chrisalus *B* 1020. Me obiurigauit *Ritschelius Opusc. vol. II p. 428 sq.* Me obiurgauit *libri.* Med obiurgauit *Ritschelius cum Bothio edidit* plurumis *CD.* plurimis *reliqui* 1021. preceptis *BF* 1022. ei te *Ritschelius* equum *BF.* ęquum *C.* aequum *DZ* 1023. *Pers. om. C* Esne *(et* t *minio additum) B* hem *libri praeter B.* en *Ritschelius edidit* spectatum *BCD.* spectadum *Gruterus* 1024. quid *Z* deliquid D^1: *corr.* D^3 subplex *D* ultro *ex* ultio *D* 1025. NIC.] EPL̃A *B.* NIC. D^1: *del.* D^2 exorare abs te *Langenus p. 319.* obsecrare abs te *libri, quod e proximo versu ortum esse adnotat Ritschelius* orare etiam abs te *scribens.* obsecrare te *Acidalius.* hoc precari abs te *Gertzius teste Ussingio. cf. Bergkius Beitr. p. 43* 1026. numbos *B* obsecro *libri* 1028. EPL̃A *praem. B* 1029. odie D^1: *corr.* D^3 1030. pater ne perierem *Usenerus Nov. annal. vol. XCI (a. 1865) p. 227.* pater ne periurem *BDFZ.* ne periurem *C.* ne periurem pater *Pylades.* pater ne peierem *cum Camerario edidit Ritschelius. mentitur Scioppius Susp. lect. V 15* 1031. adduce *C.* abduc *FZ* potest *B (ante ras.).* potes *B (post ras.) CDFZ.* potis *Fleckeisenus*

Quam própter tantum dámni feci et flágiti.
Caue tíbi ducenti númmi diuidiaé fuant:
Sescénta tanta réddam, si uiuó, tibi. .
Vale átque haec cura.' quíd nunc censes, Chrýsale?

CHRYSALVS

Nihil égo tibi hodie cónsili quicquám dabo
Neque ego haúd committam ut, sí quid peccatúm siet,
Fecísse dicas dé mea senténtia.
Verum, út ego opinor, sí ego in istoc sím loco,
Dem pótius aurum quam íllum corrumpí sinam.
Duae cóndiciones súnt: utram accipiás uide:
Vel ut aúrum perdas uél ut amator périeret.
Ego néque te iubeo néque ueto neque suádeo.

NICOBVLVS

Miserét me illius.

CHRYSALVS

Túos est: non mirúm facis.
Si plús perdundum sít, periisse suáuiust

1032. qua propter *Z* dãpni *CD* flagicii *(*la *in ras.) C.* flagitii *reliqui* 1033. diuidiae *Camerarius.* diuitiae *Z.* diuitię *B.* diuiciae *C.* diuitie *DF* 1034. sexcenta $D^3F'Z$ tantum *Z.* tanta *etiam Pyladis codd.* *Inter* tibi *et* Vale *ras. circ. 5 litt. D* 1035. Valeatque *D* hec *CF* NIC Quid *B* censes] n *e corr. B.* cesses *D* chrysale *(1 s. v.) C.* chrisale *B* *V. 1036—1049 duas discernit recensiones Brachmannus p. 145 sq. hasce: 1036—1040. 1047—1049 = 1041—1046 et hasce Anspachius p. 48: 1036—1038. 1044—1049 = 1041—1043. 1039. 1040. 1044—1049: contra disputat Paulus Weise p. 30 sq.* 1036. Nil *(et* hi *sup. scr.) C* hodie consilii *BCDF.* consilii hodie *Z* 1037. Neque ego haud] *cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 335* Vtsiquid *C.* Vt siquid *B.* Vt si quid *(ex* qui‖*) D* fiet *DFZ* 1038. dicas *ex* dicati *rasura D* de mea *Z.* de me *(*deme *D)* mea *BDF.* de″ mea me″ *C.* de meamet *olim Ritschelius.* te de mea *Muellerus Nachtr. p. 124 dubitanter* 1039. NIC̃ *praef. B* ego si *Hermannus, Ritschelius* sim *BCDF.* sum *Z* 1041. due *CDF* conditiones *libri* utram *Guyetus.* utram tu *libri.* tu utram *Acidalius, Muellerus Pros. p. 176* 1042. perdam *ex* perdas *B* perieret *Usenerus Nov. annal. vol. XCI (a 1865) p. 227.* periuret *libri.* peieret *cum Camerario ed. Ritschelius* 1043. CRI *praem. B* nec te *F* 1044. meillius *D* Tuus *libri* faciàs *B* 1045. *Nicobulo dat v. 1045 sq. Brachmannus p. 146, quos Chrysalo cum libris adsignat Ritschelius rectissime* perisse *Z.* periisse *(*perii se *C) reliqui* suauiust *B.* suauius est *reliqui: cf. Brachmannus p. 147.* satius est *Scaliger, Dousa, Ritschelius*

Quam illúd flagitium uólgo dispaléscere.

NICOBVLVS

Ne ille édepol Ephesi múlto mauellém foret,
Dum sáluos esset, quám reuenissét domum.
Quin égo istic quod perdúndumst própero pérdere?
Binós ducentos Phílippos iam intus écferam:
Et míliti quos dúdum promisí miser
Et ístos. mane istic: iam éxeo ad te, Chrýsale.

CHRYSALVS

Fit uásta Troia, scíndunt proceres Pérgamum.
Sciui égo iam dudum fóre me exitium Pérgamo.
Edepól qui me esse dícat cruciatú malo
Dignúm, ne ego cum illo pígnus haud ausím dare:
Tantás turbellas fácio. sed crepuít foris:

1046. illum *B* uuolgo *D ante ras.* uulgo *F* *V. 1047 et 1048 B in margine habet* NIC *ut saepius in fine prioris v. adscripto: eosdem expellit Ussingius Tidskrift for Filologi vol. V (a. 1880) p. 65, cum in editione post eos inseruisset v. 1045 sq.: at sana sunt omnia* 1047. ephi *Z* molto *D* foret] t *man. rec. B* 1048. saluus *libri* Ephesi] *sequitur in C bibliopegi vitio huc traiecta membrana exitum fabulae complectens a versus 1163 verbis* Audes qui non 1049. Quin ego istic quod perdundumst propero perdere? *Kienitzius de Quin p. 4 duce Ritschelio,* Quin *et* propero *cum Grutero.* Quid ego istic quod perdundum est *(*perdundu st *B)* properem (pperem D^1: ꝑperem D^3*)* perdere *BDFZ.* Quid ergo istic quod perdundum est propere perdere *C, unde* ergo *scribit post* istic *interrogationis signo posito et post* properem perdere *sublato Ussingius.* Quin ergo istic *in 'antiquis exemplaribus' esse Pius testatur.* Quid ego istuc? quod p. e. properem perdere *Acidalius,* Quid ego istic? quod p. e. properem perdere *Bothius, uterque sine interrogatione:* Quid istic? ego quod *(vel* Quid istic? quod est p.*)* perdundumst properem perdere *Fleckeisenus praef. Bacch. p. 13, qui tamen in sua ed. ad Ritschelii sententiam revertitur.* Quid istic? ut quod perdundumst properem perdere, Binos *e. q. s. Kochius Emend. Pl. p. 8.* Quin ego istuc, quod perd. e. properem perdere? *Bothius olim. vide Acidalium etiam alia commi-*
niscentem 1050. philippos ducentos *B* ecferam *B (ante corr.) CD*^{1}. efferam *B (correctus) D*^{3}*FZ* 1051. 1052. promisimus eret istos *C* 1052. chrisale *BCD* 1053. CHR *(et sup. scr. m. 2* secum*) D* Fituasta *D* *V. 1054 damnat Brachmannus ut ad similitudinem versuum 987. 944. 947 factum* foreme *D* exicium *BD.* *'a Plauto nescio an* exitio *scriptum sit ut v. 947' Ritschelius* 1055. crutiatu *B* 1056. Digno *(et* ū *sup.* o*) D* ego cum *libri, Spengelius T. Macc. Plaut. p. 210, Ussingius:* cum *Hermannus, Ritschelius: cf. Philologi vol. II (a. 1847) p. 72 et Hermanni Opusc. vol. VIII p. 438* ausim] sim *e corr. in ras. circ. 7 litterarum B*^{2} 1057. tur bellas *D*

Ecfértur praeda ex Tróia. taceam núnc iam.

NICOBVLVS

Cape hóc tibi aurum, Chrýsale: i, fer fílio.
Ego ád forum autem hinc íbo, absoluam mílitem.

CHRYSALVS

Non équidem accipiam: proín tu quaeras quí ferat.
Nolo égo mi credi.

NICOBVLVS

Cápe uero: odiosé facis.

CHRYSALVS

Non équidem capiam.

NICOBVLVS

At quaéso.

CHRYSALVS

Dico ut rés se habet.

NICOBVLVS

Moráre.

CHRYSALVS

Nolo, inquam, aúrum concredí mihi.
Vel quí me seruet, da áliquem.

NICOBVLVS

Ohe, odiosé facis.

1062. *Charis. p. 209, 23:* Odiose Plautus in Bacchidibus: 'odiose . . . uero'

1058. Ecfertur *B (ante corr) CD*[1]. Effertur *B (correctus) D*[3]*FZ* preda *BF* tateam *ut vid. D*[1]. tatea *corr. D*[3] 1059. cap *(et* e *sup. scr.)* hoc tibi *D*. Cape cape hoc *Scaliger* chrisale *BCD* i] id est *F*. ·i· *(et sup. scr.* imp.*) D: cf. ad v. 901* 1060. absoluam militem *Fleckeisenus*. ut soluam militem *libri*. ut soluam militi *Lambino duce Bothius, Ritschelius: ubi* militei *Buechelerus de decl. p. 108*[2] Ego autem hinc ibo ad forum, ut absoluam militem *Scaliger: cf. Muellerus Pros. p. 282 Versuum 1061—1065 duplicem recensionem hanc dignosci posse probabiliter censet Brachmannus p. 148: 1061. 1062 = 1063—1065: contra disputat Paulus Weise p. 31* 1061. prointu *D* queras *BCDF* 1062. Nolo mihi *B ante corr., Hermannus, Ritschelius*. Nolo ego mihi *B correctus cum reliquis* capeuero *ex* capeuer *corr. D* odiose facis care uero *cod. Charisii, ubi* caue uero *scripsit Fabricius* 1063. queso *BCDF* 1064. morare *ex* morere *D*. mo- rare? *C* credi *F* 1065. Vel qui me seruet da aliquem *Muellerus Pros. p. 65 (cf. Nov. annal. vol. 83 p. 268)*. Vel da aliquem qui me seruet *B, Ritschelius. om. CDFZ* ohe odiose *libri*. odiose *Guyetus, Ritschelius* seruet me. NI. Ohe *Ussingius cum aliis: at cf. Ritschelii Prol. Trin. p. CCXIX. CCXXII*

CHRYSALVS

Cedo, sí necessest.

NICOBVLVS

Cúra hoc. iam ego huc reuénero.

CHRYSALVS

Curátumst esse té senem misérrumum.
Hoc ést incepta ecfícere pulcre: ut núnc mihi
Euénit, ut ouans praéda onustus céderem.
Salúte nostra atque úrbe capta pér dolum
Domúm reduco iam íntegrum omnem exércitum.
Sed, spéctatores, uós nunc ne mirémini
Quod nón triumpho: péruolgatumst, níl moror.
Verúm tamen accipiéntur mulso mílites.
Nunc hánc praedam omnem iam ád quaestorem déferam.

1066. necesse sit *(et* est *sup.* sit*)* *C.* necesse est *BDFZ* cura *ex* cure *D* ho *C* iam ego huc *BCDF, Fleckeisenus.* iam ego *Z, Bergkius Opusc. vol. I p. 36.* iam huc *cum Hermanno Ritschelius ut Mil. gl. v. 863. cf. Muellerus Pros. p. 399* 1067. CHR. Curatum est *BCFZ.* CHR. *(et sup. scr.* secum*)* Coratum est *D* miserumum *B.* miserrimum *FZ* *V. 1068 sq. = 1070 sq. esse voluit Brachmannus p. 148 sq.: quo longius progressus Anspachius p. 50 v. 1070—1074 = 1068. 1069. 1075 esse pronuntiavit: neutri assentitur Paulus Weise p. 31 sq.* 1068. efficere *libri* pulcre: ut nunc mihi *Langenus p. 76.* pulcre *(*pulchre *CDFZ)* ueluti mihi *libri.* pulchre: uti nunc mihi *Guyetus.* ueluti nunc mihi *deleto* pulcre *Hermannus, Fuhrmannus Nov. annal. vol. CI (a. 1870) p. 687.* pulcre: uel mihi *Bothius, Ritschelius.* pulcre: uel mi uti *Brachmannus p. 149:* pulcre: uti mihi *Bentleius in Hor. Epist. II 1, 67* 1069. preda *BF* honustus *ante ras. B* cederem *Scaliger, Bentleius in Hor. Epist. II 1, 67.* incederem *libri. cf. Goellerum in Trin. p. 131, Kampmannum de reb. mil. p. 41* Ouans incedam praeda onustus euenit *Brachmannus p. 149* 1070. capta *ex* capte *D* 1071. educo *FZ* iam *add. Ritschelius: om. libri.* ego *add. Hermannus* integum *(*r *sup. scr.) C* Exercitum integrum omnem redduco domum *Fleckeisenus Nov. annal. vol. LXI (a. 1851) p. 57. alia comminiscitur Muellerus Pros. p. 497* *De v. 1072—1075 vide Ritschelium Parerg. p. 423 sqq.* 1073. peruulgatum est *libri* nil *F.* nihil *BCDZ* 1075. predam *BF* iam *B: om. reliqui* questorem *(*questorem *D) BCDF* defferam *Z*

ACTVS V

PHILOXENVS

Quam mágis in pectore meó foueo, quas méus filius turbás turbet,
Quam se ád uitam et quos ád mores praecípitem inscitus capéssat:
Magis cúraest magisque adfórmido, ne is péreat neu corrúmpatur.
Scio: fúi ego illa aetate ét feci illa omnía, sed more modésto.
Duxi, hábui scortum, pótaui, dedi, dónaui: at enim id ráro.
Neque plácitant mores quíbus uideo uolgo in gnatos essé parentes.

Act. IV scaena 10 PHILOXENVS SENEX *B. om. CD.* Nicobolus *F'Z. primo versui Nicobuli personam praemittunt CD Anapaesticis acatalectis et catalecticis alternantibus olim discripserat Hermannus Elem. doctr. metr. p. 415 sq., continuis octonariis idem in editione (cf. praef. eius p. V), Ritschelius., qui tamen praef. p. 11 sq. sententiam suam retractat. post illos tractaverunt hanc scaenam praeter Fleckeisenum inprimis Vossius de vers. anapaest. Plaut. p. 14 et Spengelius 'Reformvorschl.' p. 346* 1076. uam magis *C* 1077. amores *Z* p̃cipitem *CD.* precipitem *BF* inscitis *Z* capescat *C* ille inscitú' capessat *Ritschelius cum Hermanno* 1078. curae est *libri* adformido *BF'Z* afformido *CD* pereat *ex* peread *D* 1079. ego fui *B* illa *om. C* ętate *C* *Post* feci *hiatu admisso octonarium constituit cum Hermanno Ritschelius V. 1080. 1081 sic collocarunt Scaliger, Acidalius, Pareus: inverso ordine libri. v. 1081 delet Ussingius* 1080. Dixi *C* dedi donaui *libri, sed ut post* dedi *erasa sit* et *in C.* edi *Mercerus apud Gulielmum Misc. quaest. c. 3, Ritschelius octonario constituto: septenarium tutatur Spengelius l. s. s.* at enim *Pareus.* et enim *libri.* sed enim *Dousa, Acidalius* 1081. mores D^1: more D^2 quis *Guyetus: cf. Buechelerus de decl. p. 132²* uolgo *CDZ.* uulgo *BF* in gnatos *Scyffertus.* gnatos *BCDF.* gnatis *Z, Ritschelius* gnatis uolgo esse parentis *Ritschelius praef. p. 12*

Ego dáre me meo gnato ínstitui, ut animo óbsequium sumére possit:
Aequom ésse puto, sed nímis nolo ei désidiae dare lúdum.
Nunc Mnésilochum, quod mándaui,
Viso, écquid eum ad uirtútem aut ad frugem ópera sua conpúlerit:
Sicút eum, si conuénit, scio fecísse: eost ingenió natus.

1082. *Huc respicit Donatus in Andr. I 1, 41:* falsum est autem quod Cicero dixit obsequium primum dixisse Terentium, cum et Plautus et Naeuius ante dixerint

V. 1082—1086 discripsi cum Vossio et quidem v. 1082 et 1083 et 1086 cum B, ubi post 1083 haec initia sunt: Nunc, Aut ad, Sicut. *eosdem sic constituit Ritschelius:*

Ego dáre me ludum meó gnato instítui, animo suo ut óbsequium
Sumére possit: aequom ésse puto: set ením nimis nolo désidiae
Et néquitiae illum operám dare. nunc ad Mnésilochum, quod mándaui,
Viso, écquid eum mi ad uírtutem aut ad frúgem opera sua cómpulerit:
Sicút eum, si conuénit, scio fecísse: eost ingenió natus.

Quattuor versibus sic comprehendit Hermannus in edit. omnia:

Ego dáre ludum gnato ínstitui, animo óbsequium ut sumére possit:
Aequom ésse puto: sed nímis nolo: nunc Mnésilochum, quod mándaui,
Viso, écquid eum ad uirtútem aut ad frugem ílle opera sua cómpulerit:
Sicút eum scio, si cónuenit, fecísse: eost ingenió natus.

'*Quae ratio universa si prae nostra placeat, saltem propius a veritate abesse hanc versuum conformationem putarim,* ad uirtutem aut *ut pro glossemate habeantur:*

Ego dáre me ludum gnáto institui, animo óbsequium ut sumére possit:
Aequom ésse puto: set nímis nolo desídiae. nunc ad Mnésilochum,
Quod mándaui, uiso, écquid eum mi ad frúgem opera sua cómpulerit.

ceterum ultimo versu nescio an catalexis praestet eo ingenio natust' *Ritschelius: quibuscum conferenda sunt quae idem praef. p. 12 protulit* 1082. me meo gnato *Buecheler Mus. Rhen. vol. XXXIX (a. 1884) p. 287.* me ludum (medum *et* lu *sup. scr. C)* meo gnato (nato *FZ) libri.* ludum gnato *Hermannus* ut animo *(ex* animū *C)* obsequium (obsequio, *sed* ū *sup.* o *D:* obseq̃ndo *F.* obsequi dando *Z) libri.* animo obsequium ut *Hermannus* 1083. Equum *BCDF.* Aequum *Z* uolo *Z* ei desidiae *Vossius l. s. s.* desidiae (desidię *C)* ei *libri.* me desidiae ei *Spengelius l. s. s.* sed nimis] *cf. Brixius Nov. annal. vol. CXXII (a. 1881) p. 48* 1084. *Cf. Studemundus de cant. p. 53.* Nunc . . . uirtutem *septenarium esse vult Spengelius l. s. s.* mesilochum *(sed* n *sup. scr.) C* 1085. *Cf. 1084* Aut frugem opera . . . scio *octonario inclusit Spengelius l. s. s.* eum] cum *Z* compulerit *BFZ* 1086. Fecisse: eost ingenio natus *dimetro inclusit Spengelius l. s. s.* siconuenit *B.* conuenit *FZ* eost *B.* eo est *reliqui*

NICOBVLVS. PHILOXENVS

NICOBVLVS

Quicómque ubi ubi sunt quí fuerunt quiqué futuri sunt pósthac
Stultí, stolidi, fatuí, fungi, bardí, blenni, buccónes,
Solús ego omnes longe ántideo stultítia et moribus índoctis.
Perií: pudet. hocine me aétatis ludós bis factum esse índigne.
Magis quam íd reputo, tam mágis uror, quae méus filius turbáuit.
Perdítus sum atque etiam erádicatus sum: ómnibus exemplís crucior.
Omnía me mala conséctantur, omníbus exitiis ínterii.
Chrysálus me hodie delácerauit, Chrysálus me miserum spóliauit.

1088. *Festus Pauli p. 35*: Blennos stultos esse Plautus indicat qui ait: 'stulti . . . buccones': *unde pendet Osbernus p. 72. glossas ex eodem vel simili fonte petitas attulit Loewius Prodr. p. 265*

Act. V scaena 1 NICOBOLVS SENEX · PHILOXENVS SENEX *B.* NICOBOLVS · PHILOXENVS *D*[2] *et, nisi quod* Philoxenes, *FZ. om. CD*[1] *Anapaesticis septenariis hanc scaenam Hermannus discripsit in ediditione: septenariis octonariisque idem in Elem. doctr. metr. p. 414 sqq. post Hermannum et Ritschelium Fleckeisenumque eam tractaverunt Vossius l. s. s. p. 14 sq., Spengelius 'Reformvorschl.' p. 346 sq. (cf. T. Macc. Pl. p. 129), Anspachius p. 52 sq.: cf. Studemundus de cant. p. 65 V. 1087—1103 Anspachius in tres discernit recensiones: quod quomodo perficiat apud ipsum p. 51 legas* 1087. uicumque *C.* Quicunque *Z* ubi ubi *e cod. Schobingeri affert Pareus (cf. Spengelius l. s. s.).* ubique *B.* ubi *CDFZ.* ubi ubique *Ritschelius.* ubicumque *Vossius l. s. s.* quique *olim Ritschelius* ubi *probato* fuere *Z* Qui sunt et ubi ubi, quique fuerunt *Hermannus* futuri *ex* future *D* posthaec *B ante ras.* 1088. stulti stolidi blemni buccones *Osbernus* stolididi *F* bucones *CD* 1089. om̄s *BCD.* omnis *F* *Post* longe *erasum* ante *in B* antideo *Bothius.* antedeo (anted eo *B.* ante deo *C) BCD*[1]. ante eo *D*[3]*FZ. cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 557, Buechelerus de decl. p. 96*[2] stulticia *BFZ* indoctis *libri.* moris *cum Hermanno Ritschelius* 1090. *Post* pudet *erasum* pudet *in B* hoccine *libri* ętatis *C* ludos bis *BC.* ludus his *DF.* ludum his *Z. cf. Parerg. p. 427 sqq.* esse *om. cum Hermanno Ritschelius De v. 1991—1094 cf. Anspachius p. 52* 1091. Quam magis *Z, Fleckeisenus* repeto *FZ* quae *Camerarius.* quem *BCDFZ* tubauit *B*[1]*: corr. B*[2] 1092. etiam *om. cum Hermanno Ritschelius* exemblis *C* crucior *CDFZ.* excrutior *B* 1093. Om|||nia *(erasa* a*) B.* nam *F* me *sup. scr. B* confectantur *D* exitiis (exiciis *C. post* exitiis *erasum* inte *in B)* interii *libri.* interii exitiis *cum Hermanno Ritschelius* 1094. Ita *addit initio*

Is mé scelus auro usque áttondit dolis dóctis indoctum út lubitumst. 1095
Ita míles memorat méretricem esse eam quam ílle uxorem esse áiebat:
Omníaque ut quidque actúmst memorauit: eám sibi hunc annum cónductam:
Relicúom id auri factúm, quod ego ei stultíssumus homo promísissem.
Hoc hóc est quod cor péracescit, hoc ést demum quod pércrucior:
[Me hoc aetatis ludificari: immo edepol sic ludos factum.] 1100

Anspachius p. 52 chrisalus *B* me hodie delacerauit *Ritschelius.* me hodie lacerauit (lazerauit *D*) *libri.* med hodie lacerauit *Hermannus olim,* hodie me lacerauit *idem in edit.* autauit *pro* lacerauit *e suo codice Scaliger adscripsit: in quo latere vel* aurauit *vel* deaurauit *coniecit. de* hocedie *cogitat Ritschelius Nov. exc. p. 94 cum Bergkio Opusc. vol. I p. 111* chrisalus *BD* me *om. cum Hermanno Ritschelius* 1095. adtondit *Z* Is scélus me usque dolis áttondit *Ritschelius (addens 'nisi* me *males post* dolis *collocare') duce ex parte Camerario* auro *delente ut ex v. 1101 'receptum* lubitumst *B.* lubitum est *CD.* libitum est *FZ* *De v. 1096—1098 cf. Ritschelius Op. II p. 307* 1096. *Post* miles *2 litt. erasae in B* eam *om. CDFZ* esse uxorem quam ille esse aibat *Ritschelius.* quam ille uxorem esse aiebat *Hermannus* esse *antea deleto* 1097. Omnia ut *B*[1]: que *add. B*[2] quidque *CDF.* quidquid *B.* quodque *Z* actum est *libri* memorauit eam (ea *B, ubi* m *minio addita est)* sibi *libri.* memorat eam sibi esse *Anspachius l. s. s.* memorat: sibi eam *cum Hermanno Ritschelius coll. Trin. proleg. p. CLII et falli dicens Beckerum Quaest. p. 12. cf. Muellerus Pros. p. 72* conductu̧ *(et ã sup.* u̧*) C* 1098. Relicum *B.* reliquum *reliqui* eis *D ante ras.* stultissimus *libri.* stultus *Hermannus* promisississem *C.* permisissem *Z.* promissem *cum Reizio Ritschelius* *De v. 1099—1100 cf. Anspachius p. 52* 1099. Hoc est, hoc est *Acidalius* quod cor *Seyffertus Stud. Pl. p. 13.* quod *BCDF. om. Z.* quo pectus *Ritschelius.* quod pectus *Hermannus* peracescit *Z.* peraccessit (ac *e corr. B*[2]) *BC.* peracessit *F.* peraccessit (accessit *punctis deletum et sup. scr.* al. acescit: *super* acescit *denique m. 3 addit* per) *D* *V. 1100 expulit Ritschelius ut ad v. 1090 similitudinem confictum. 'interpolationis indicio hic quoque ut alibi saepe (velut Bacch. 989 sqq. et fortasse 1082 sqq.) turbata versuum descriptio est, quae haec est in B:*

Relicum. id auri factum. quod ego ei stultissimus
Homo promisissem; hoc hoc est quod peraccessit.
Hoc est demum quod percrucior. me hoc aetatis ludificari
Immo edepol sic ludos factum.
Cano capite *e. q. s.'*

Ritschelius *Ceterum* etatis *CF* ędepoh *Z* ludus *C*

Canó capite atque albá barba miserúm me auro esse emúnctum.
Perii. hóc seruom meum nón nauci facere ésse ausum. atque
ego, si álibi
Plus pérdiderim, minus aégre habeam minusque íd mihi damno
dúcam.

PHILOXENVS

Certe híc prope me mihi néscio quis loqui uísust. sed quem
uídeo?
Hic quidém pater Mnesilochíst.

NICOBVLVS

Euge, socium aérumnae et mei
máli uideo. 1105
Philoxéne, salue.

1101. Cono B^1: o *expunxit superscripto* a B^2 alba] cana *codex Romanus Longolii* meauro *D* 1102. seruum *libri* non *inseruit* B^2: *om.* B^1 naucifacere *B*. nauti facere *DF* si] sibi *Z* 1103. egre *BCF* habebam *radendo in* habeam *corr. B* dampno *CD* *V. 1104—1108 sic constituit Ritschelius ex parte duce Hermanno:*

Cérto hic prope me míhi loqui nescío quis uisust. sét quem uideo?
Híc quidem patér Mnesilochist. NI. Eúge socium aerúmnae uideo.
Philóxene, salue. PH. Ét tu, unde agís te? NI. Vnde homó miser
atque ínfortunátus.
PH. At pól certo ego íbi sum, esse ubi hóminem decét miserum
atque ínfortunátum.
NI. Igitúr nos parí fortuna, aétate ut súmus, utimúr. PHI. Sic est.
sét tu

'*parum probabiles sint de quibus cogitet quispiam bacchiaci hexametri tales:*

Certe híc prope me míhi nesció quis loquí uisus ést. set quem uídeo?
Hercle híc quidem patér Mnesilochíst. NI. Euge sócium aerumnae
ét mei mali uídeo.

contra certa est talium bacchiacorum descriptio a. v. 1106 ad 1108: quae debetur Hermanno' Ritschelius. cf. praeter eos quos supra commemorari Muellerus Pros. p. 128, Studemundus de cant. p. 34 1104. Certe *Langenus p. 26*. Certo *libri* nescio quis loqui mihi *Bothius*. mihi nescio quis loquier *idem: improbante Kampmanno de AB praep. p. 20: cf. Ritschelii Proleg. Trin. p. CLXVIII* uisust *B*. uisus est *reliqui* uisus loquist. sed quem uideo *Hermannus*. mihi uísus loqui nescio quis *idem in Iahnii Annal. vol. XXXV (a. 1842) p. 195* 1105. mnesilochi est *Z*. mnesilochi *reliqui* quidemst pater Mnesilochi *Fleckeisenus* Euge ego *Anspachius p. 53* Pater hic quidem Mnesilochist. NI. socium, euge, aerumnae atque mali uideo *Hermannus* aerumnę *B*. erumne *CDF* 1106. O Philoxene *Spengelius l. s. s. p. 244 octonarium efficiens* agis] *cf. Ritschelius Nov. exc. p. 80* miseratque *D*

PHILOXENVS
Et tu, unde ágis?

NICOBVLVS
Vnde homo miser átque infortunátus.

PHILOXENVS
At pól ego ibi sum, esse ubi míserum hominem decet átque infortunátum.

NICOBVLVS
Igitúr pari fortuna, aétate ut sumus, útimur.

PHILOXENVS
Sic est. séd tu Quíd tibist?

NICOBVLVS
Pól mihi par idemst quód tibi.

PHILOXENVS
Númquidnam ad fílium haec aegritudo ádtinet? 1110

NICOBVLVS
Admodum.

PHILOXENVS
Idém mihi mórbus in péctorest.

NICOBVLVS
At mihi Chrýsalus frúgi homo atque óptumus
Pérdidit fílium, me átque rem omném meam.

1107. PHILOIXEN' *C* polgo *(et* e *sup. scr.) C* ibi] ubi *Z* infortuatum *(et* n *sup.* u*) C* 1108. fortuna *(*a *ex* e*) D* utimur philoxen' sic *C* ętate *C* *Transposuit Hermannus bacchiacos efficiens:* Pari ígitur fortúna utimúr nos, aetáte ut sumús. Sic est. séd tu *V. 1109 sqq. creticos Bothius discripsit, a v. 1112 etiam Hermannus Elem. doctr. metr. p. 213* 1109. 1110. tibi st *B* tibi est *reliqui* par idem *(*paridem *D)* est quod *(*quod est *FZ) libri.* aegrest idem quod *Ritschelius (*'*quando* curae idemst quod *parum Plautinum*'*).* cordi est idem quod *Ussingius.* partum idemst quod tibi *Britzelmayrius l. s. s. p. 7* tibi. Philoxenus. Numquid nam *C* Numquid ad *Bothio praeeunte Hermannus* hęc *C* egritudo *BCDZ* attinet *CDZ* *Cf. Anspachius p. 53* 1111. pectore st *B.* pectore est *reliqui* 1112. 1113. chrisalus *BC.* crysalus *D* frugi homo atque optumus *scripsi.* optumus *(*obtumus *CD)* homo *libri.* optumus homo meum *Ritschelius cum Hermanno* Át mihi iste óptumus Chrýsalus homó meum *edidit Hermannus. iambicum vel anapaestioum (*hominum*) esse vult Spengelius 'Reformvorschl.' p. 126* At mihi Crúsalus Óptumús homo perdidit ‖ Fílium me átque rem omném meam *Anspachius p. 53. cf. Beckerus Quaest. p. 24* meatque *D*

PHILOXENVS

Quíd tibi ex fílio nam, ópsecro, aegrést?

NICOBVLVS

Scies:

Ís perit cúm tuo: aeque ámbo amicás habent.

PHILOXENVS

Qui scís?

NICOBVLVS

Vidi.

PHILOXENVS

Ei mihi, dísperii.

NICOBVLVS

Quíd dubitamus púltare atque huc éuocare ambós foras?

PHILOXENVS

Haúd moror.

NICOBVLVS

Heus Bácchis, iube sis áctutum aperirí fores,
Nísi mauoltis fóres et postes cómminui secúribus.

1114. obsecro *libri* egrest *B.* ęgre est *DZ.* egre est *CF* 1115. Is perit *Bothius.* is periit *Z.* Id periit *B. item* id. periit *reliqui, pronomen cum* scies *iungentes.* Periit is *Hermannus, Fleckeisenus Nov. annal. vol. LXI (a. 1851) p. 23* aeque ambo *Hermannus.* atque ambo aeque *libri, nisi quod* ęque *B,* eque *CDFZ.* ambo aeque *Acidalius.* atque ambo *Guyetus* 1116. *Anapaesticum fecit Hermannus in ed.: creticum catalecticum* misero *post* mihi *addito Ritschelius: cf. Spengelius l. s. s. p. 45* Quiscis *D* *Ante* uidi *unius litt. ras. B* hei *FZ: atque ita Ritschelius edidit* 1117. ambos *BCD.* ambas *FZ* 1118. Haut *B.* hud *(a sup. scr.) C* moror ego *Hermannus* *Ante* NIC *ras. unius litt. B* iubesis *D* Actutum *ex* Ectutum *D* apperiri *D* fores *(foras ante corr. B) BCDF. om. Z* 1119. nisi *sup. scr. C* mauoltis *BCDF.* mauelis *Z.* uoltis *Hermannus.* mauis *Guyetus* *'Aut* mauoltis *aut* foris *pronuntiando contrahitur' Ritschelius* potes B^1. postes B^2 *cum reliquis*

BACCHIDES. NICOBVLVS. PHILOXENVS

BACCHIS

Quis sónitu ac tumúltu tantó nominát me atque púltat aedes? 1120

NICOBVLVS

Ego átque hic.

BACCHIS

Quid hóc est negóti nam, amábo? 1121[a]

Quis hásce huc ouis adégit? 1121[b]

NICOBVLVS

Ouís nos uocánt pessumaé.

SOROR

Pastor hárum

1122. 1123. *Charis. p. 141, 8*: Pecu Plautus in Bacchidibus: 'pastor . . . halitantes'

Act. V scaena 2 BACHIDES DVAE·SENES·II· *B. om. CD.* Bachis. Nicobolus. Bachis altera. Philoxenus *F et omisso* altera *Z Duplicem recensionem constituit Brachmannus p. 151 sqq. (1122—1132. 1140 = 1133—1136. 1138. 1139): triplicem Anspachius p. 55, quem ipsum inspicias: cf. Paulus Weise p. 17 sqq. Totam scaenam tractat Spengelius 'Reformvorschl.' p. 348 sqq. V. 1120—1121[b] bacchiacos hexametros constituit Ritschelius hosce:*

Quis sónitu ac tumúltu tantó nominát me atque tám pultat aédis?
NI. Ego átque hic. BA. Quid hóc est negóti nam, amábo? quis hás ouis adégit?

*quos tribus discribit versibus B (*Quis — Me atque — Nam amabo*): cf. Seyffertus de bacch. vers. p. 32, Studemundus de cant. p. 44, Spengelius T. Macc. Pl. p. 206, Muellerus Pros. p. 206. tres tetrametros constituit duce Hermanno Brachmannus p. 151:* Quis sónitu ac tumúltu tantó nominát me? ‖ Quis hás pultat aédis. NI. Ego átque hic. B. Quid hóc est ‖ Negóti? SOR. Quis hásce huc nam amábo ouis adégit? *quorum in tertio* Negóti nam, amábo? NI. quis ouís huc adégit? *Hermannus voluerat. alia molitur Anspachius p. 55. cf. Christius Metr. p. 455[1] et Leo Mus. Rhen. vol. XL (a. 1885) p. 188* 1120. uis sonitu *C* tumultu tantu *B*[1]*: corr. B*[2]. tumultu tanta *D*[1]. tumultu tanto *D*[2]. tumulto tanto *C*. tumultuanti *FZ* nominat *Pylades*. nomine nominat *libri* me atque] me ‖ Meásque *Spengelius p. 224* aedes *CD*. edes *BFZ* 1121[a]. hic. Bahis. quid *D* negotii *BCD*. negocii *FZ* amalo *D*[1]*: corr. D*[2]. ambo *F* 1121[b]. *Sorori dat. Brachmannus* hasce huc ouis] has huc ouis (hic *et* u *sup.* i *B:* hc *et* u *sup.* c, *dein* couis *D*[1] *et sup. scr.* sex uocat oues *D*[2]) *libri*. hasce ouis *Frid. Schmidt de demonstr. pron. form. p. 33* *De* ouis has adegit *cogitat Ritschelius* 1122. Quis *pro* Ouis *B*[1] uocat *(et* n *sup. scr.) B* pessumę SOROR Pastor *B*. pessume. BA. pastor *FZ, Brachmannus, qui etiam in sequentibus personas mutat.* BACHIS. pessume pastor *CD* harum] a *rescripsit B*[2]

Dormít, quom huc eúnt a pecú palitántes.

BACCHIS

At haúd pol nitént: sordidae ámbae uidéntur.

SOROR

Attónsae hae quidem ámbae usque súnt.

PHILOXENVS

Vt uidéntur 1125

Derídere nós.

NICOBVLVS

Sine suo úsque arbitrátu.

BACCHIS

Rerín ter tu in ánno posse hás tonsitári?

SOROR

Pol hódie alterá iam bis détonsa cértost.

V. 1123—1134 personarum notas C nullas habet 1123. quom huc eunt *Spengelius p. 204.* cum hc *(h. e.* haec*)* eunt *Charisius (cf. Ussingius, Frid. Schmidt de demonstr. pron. form. p. 42) ubi* haec *moleste iterari monet Ritschelius: pro quo* hac *Anspachius p. 55.* cum hęc *(*hec *D.* hae *Z.* he *F)* eunt sic *CDFZ.* quom hae eunt sic *cum spatiis (altero quidem e rasura circ. 3 litterarum orto) B.* quom eunt sic *Ritschelius.* hae sic *apud Charisium scripsit Fabricius* peccu *D* palitantes *Camerarius.* balitantes *(*halitantes D^1*: corr.* D^2*.* batantes *et* li *sup. scr. C) libri.* halitantes *Charisius* 1124. BACCH. *BZ. om. CD.* PHILOX. *F* At haut pol nitent: sordidae ambae uidentur *Ritschelius (cf. tamen Kellerhoffius p. 71).* At pol nitent. haud sordidae uidentur ambae *libri, nisi quod* Et *Z,* sordidę *et* ambę *C,* ambe *D: quod tutantur cum Studemundo de cant. p. 28 Ussingius versu Reiziano discripto et Leo l. s. s.* At edepol nitent: sordidae ambae haud u. *Bothius.* At hae pol nitent: sordidae ambae haud u. *Hermannus.* At pol haud nitent, sordidae ambae u. *Lomanus Spec. crit. p. 46* 1125. SOROR *B. om.* CD^1. NIC. D^2. BA. *FZ, Brachmannus* Attonsae *(*At tonsę *B.* attonsę *C.* At tonse *F)* hae *(*hę *D.* he *CF) libri: cf. Frid. Schmidt de demonstr. pron. form. p. 44 et Luchsius Comment. pros. II p. 8.* Attonsae *cum Bothio Ritschelius* ambę *C.* ambe *D* PHIL' *B. om. CD.* NIC. *FZ* 1126. NIC. *B. om. CD.* PHIL. *reliqui* suo sine *Seyffertus de bacch. vers. p. 21* 1127. BA. *om. CD* Rerin ter tu in anno posse has tonsitari? *scripsi.* Rerin ter *(ex* Rerinter *B.* rein ter *Z)* in anno tu has *(*tubas *D)* tonsitari *libri, ubi* tu in anno has ouis *Ritschelius,* tute in anno ter has *Frid. Schmidt de demonstr. pron. form. p. 35,* Hem rerin tu in anno ter has tonsitari *Hermannus,* Rerin ter tu in anno lanam his t. *Spengelius,* R. ter in anno tu has ouis t. *Anspachius p. 56. librorum scripturam suo quisque modo tutantur Studemundus de cant. p. 50, Ussingius, Leo l. s. s.* 1128. SOROR *B. om. CD.* BA. *Z, Brachmannus.* NIC. *F* altera *libri, Buechelerus de decl. p.* 21^2*: cf. Fleckeisenus Misc. crit. p. 11 sq.* altera haec *Ritschelius Parerg. p. 405.* altera est *et in fine* certo *Bothius.* alterae *Spengelius l. s. s.: cf.*

BACCHIS
Vetulaé sunt minae ámbae.
SOROR
At bonás fuisse crédo.
BACCHIS
Vidén limulís, opsecro, út contuéntur?
SOROR
Ecástor sine ómni arbitrór malitia ésse.
PHILOXENVS
Merito hóc nobis fít, qui quidem húc uenerímus.
BACCHIS
Cogántur quidem íntro.
SOROR
Haud sció quid eo opús sit:
Quae néc lacte néc lanam habént: sic sine ádstent.
Exóluere, quánti fuére: omnis frúctus
Iam illís decidít. non uidés, ut palántes
[Solae libere]

Muellerus Pros. p. 9 iam his D^1: *corr.* D^2 certo est *libri* *Cf. Studemundus de cant. p. 44 et Leo l. s. s.* 1129. BA. *FZ. om.* BCD^1. P D^2 Vetulę B^2. Vetule B^1CF minae ambae *Colerus.* thimiame *(e in ras. D)* B^1D. thimiamę B^2. thimiame *C.* timiame *F.* thymianae *Z, Turnebus Adv. XXIV 11.* cimianae *cod. Scaligeri.* chimiamae *'ms. unus et alter' Lambini.* Thynae minae *Palmerius.* thymiama *Lambinus.* thymiamae *h. e.* thymi amantes *defendebat Salmasius.* hae minae *Scaliger.* nimis ambae *Ussingius.* his mammae *Bergkius Opusc. vol. I p. 675.* humanae *Palmerus Hermath. vol. V (a. 1885) p. 53 sqq.* SOR. at *Camerarius.* BAC. at *B.* at *reliqui* *De versu cf. Leo l. s. s.* 1130. BA. *Gronovius.* SOROR *B. om. reliqui.* uidem *Z* obsecro *libri* contuentur *Bothius.* intuent CD^1. intuentur BD^2FZ. te intuentur *Hermannus. libros tutantur Seyffertus de bacch. vers. p. 46, Studemundus de cant. p. 45, alio modo Lachmannus in Lucr. p. 387* in te intuentur *Bergkius Opusc. vol. I p. 675.* Viden obsecro ut limulis intuentur *Spengelius l. s. s.* 1131. SOR. *Gronovius.* BA. *Z. om. reliqui cum* D^1. N D^2 Haec castor *B* omni *ex* omne *D* malicia *CF* 1132. PHIL. *om. CD* 1133. BA. *om. CD* intro. SOROR. *B.* imro D^1. intro *C.* intro P D^2. intro. BA. *reliqui* 1134. Quę *C: om. Hermannus* ullam *servato* lacte *Lambinus.* lactaẽ *C.* lactem *reliqui.* lactent *codex Romanus Longolii* lanam *Bothius.* lanam ullam *libri* nec lac nec lanam ullam *Spengelius l. s. s.* sine *(et* s *sup.* e*) D.* sines *FZ* astent *libri* *De* sic *vix recte egit Th. Braune Herm. XV (a. 1880) p. 612 sq.* 1135. exoluere *FZ.* exsoluere BCD^1. ex soluere D^2 *V. 1136 (*Non uides *—) —1139*[a] *(*absunt*) damnat Ussingius 'Nordisk Tidskrift for Fil.' vol. V (a. 1880) p. 67* 1136. uides *ex* uedes *D* palantes *Camerarius.* balantes *libri*

Grasséntur? quin aétate crédo esse mútas:
Ne bálant quidém, quom a pecú cetero ábsunt: 1139ª
Stultae átque malae uidéntur. 1139ᵇ

BACCHIS

Reuórtamur íntro, sorór.

NICOBVLVS

Ilico ámbae 1140ª
Manéte: haec oues uolúnt uos. 1140ᵇ

SOROR

Pródigium hoc quidémst: humana nós uoce appellánt oues.

PHILOXENVS

Haéc oues uobís malam rem mágnam quam debént dabunt.

BACCHIS

Sí quam debes, té condono: tíbi habe, numquam abs té petam.
Séd quid est qua própter nobis uós malum minitámini?

1137. 1138. Solae liberae, *quae ab interprete adscripta esse Hermannus vidit, dochmiacum interpretabatur Lomanus p. 47: cum proximis uno versu comprehendit B* Sole liberę *exhibens.* solae libere *Z.* solę liberę B^2D. sole libere *CF* solaé libére grasséntur *Seyffertus de bacch. vers. p. 25 et 40 reliqua trimetro includens* crassentur *(*erassentur *ante corr. D) libri* etate *BCDF* mutas B^2DFZ. mutatas B^1. ruitas *C* *V. 1139ª—1140ᵇ hexametrum discripsit Ritschelius* ac *cum Lomano pro* atque *scribens et pro* hae oues *recepto* hae. *contra deleto v. 1139ᵇ ut ex interpretatione orto tetrametros continuavit Hermannus:*

BA. Reuórtamur íntro, sorór, iam ilico ámbae.
NI. Immo ámbae manéte: haece oués nunc uolúnt uos.

B codicis discriptionem ut nos tutantur Lomanus p. 47, Spengelius de vers. cret. p. 23, T. Macc. Pl. p. 120, Studemundus de cant. p. 34, Christius de metr. p. 455¹, Seyffertus de bacch. vers. p. 36, Muellerus Pros. p. 195, Nachtr. p. 23 1139ª. Nebalant *BD* apecu *B* ab sunt *D* 1139ᵇ. NI. *praem.* D^2F, PHIL. *Z* Stulte *B (ante corr.) CDF.* Stultę *B (corr.).* stultae *Z* haud *(ante* male *collocandum solus B in marg.: quod retinet sine* atque *Anspachius p. 55* male *BCDF* 1140ª. reuertamur *CDZ* NIC. Ilico *cum B Camerarius.* BACH. ilico *C.* BACHILICO *D.* bachilico BAC. *F.* Baccb. *sine* ilico *Z* ambę *BC.* ambe *DF* 1040ᵇ. NIC. *praem. CD(in ras.)FZ* haec *Frid. Schmidt de demonstr. pron. form. p. 42 et ante cum Lomannus l. s. s. et Muellerus Nachtr. p. 23.* hę *BCD* hae *FZ* uelunt *C* 1141. SOROR *B. om. CD.* BA. *reliqui* quidem st *B.* quidem est *reliqui* apellant *B.* appellant *reliqui* 1142. PHIL. *BZ.* NIC. *F. om. CD* Haec *Bothius.* Hae *(*hę *C) libri.* Haece *Hermannus* malam *ex* malum *D* quam *B.* cum *reliqui* debent] dent *Z* 1143. BA. *om.* CD^1. B. *add.* D^2 *in spatio* Siquam *B* abste *BD* 1144. quidē *C*

PHILOXENVS

Quía nostros agnós conclusos ístic esse aiúnt duos.

NICOBVLVS

Ét praeter eos ágnos meus est ístic clam mordáx canis:
Quí nisi nobis próducuntur iam átque emittuntúr foras,
Árietes trucés nos erimus: iam ín uos incursábimus.

BACCHIS

Soror, ést quod te uolo sécreto.

SOROR

Eho, amábo, dic.

NICOBVLVS

Quo illae ábeunt?

BACCHIS

Senem illúm tibi dedo ultériorem, lepide út lenitum réddas:
Ego ad húnc iratum adgrédiar, si possúmus nos hosce intro ínlicere huc.

1150. *Prisc. III 21 (Gramm. lat. vol. II p. 97, 10):* . . . etiam comparatiuum ueterior protulit Plautus in Bacchidibus: 'senem . . reddas' *Cf. idem p. 264, 18*

1145. nostros *ex* nostro *corr. B* annos D^1*: corr.* D^2 eiunt *Z* 1146. preter *BDF* canes *Fleckeisenus* 1147. iamque emittantur *Z* 1148. nos] nam *Z* iam] tam *Bothius* 1149—1206. *Hinc usque ad finem scaenae anapaesticos septenarios in ed. discripsit Hermannus, cum de trochaicis tetrametris Reisio auctore cogitavisset in libro de metris p. 125 sqq., 136 sqq., de anapaesticis systematis Elem. p. 390. cf. Spengelius 'Reformvorschl.' p. 348, Vossius l. s. s. p. 15 sqq., Anspachius l. l. s. V. 1149—1166 ita collocat Anspachius p. 57: 1149. 1155—1165. 1154. 1150—1153. 1166: diascevastam breviandi studio scaenam contrahere voluisse versibus 1150—1153 hic collocatis: contra Brachmannus p. 176 sqq. aut soliloquium Bacchidum retractatorem voluisse tolli aut totam mediam partem scaenae (v. 1141—1165) iudicat* 1149. SOROR. Eho. *B.* BA. eho *reliqui. de Nicobuli persona cogitabat Acidalius* amabo, dic *Seyffertus Stud. Pl. p. 15.* amabo *libri, Ritschelius* illę *BD.* ille *CFZ.* illaec *cum Bothio Ritschelius.* illae hinc *Hermannus* habeunt. BA. senem *C.* habeunt Bachisenem D^1*: corr.* D^2. abeunt Bac. Bachi senem *F* 1150. *Cf. 1149* illum tibi dedo ulteriorem *BCD.* tibi dedo illum ueteriorem *Prisciamus.* illum dedo tibi ueteriorem *FZ* ulteriorem] *sup. scr.* philoż. *D* lapide *codd. Prisciani, Bergkius Opusc. vol. I p. 146* lenitum iam *Anspachius l. s. s.* 1151. ahunc *(et* d *sup. scr.) C.* adhunc *Z* iratum *(et sup. scr.* nicobulum*) D.* nunc iratum *Hermannus, Ritschelius.* magis iratum *Anspachius l. s. s.* aggrediar *F* si *add. Ritschelius. om. libri* BA. possumus *Z* nos hosce *Ussingius.* nos hos *libri.* nostros *Bergkius Opusc. I p. 146* intro *om. C* inlicere hoc *(et* u *sup.* o*) B.* illicere huc *CDFZ* adgrediar: si

SOROR

Meum pénsum ego lepide accúrabo, quamquam ódiost mortem ampléxari.

BACCHIS

Facito út facias.

SOROR

Taceás. tu tuom facito: égo quod dixi haud mútabo.

NICOBVLVS

Quid illaéc illic in cónsilio duae sécreto consúltant?

PHILOXENVS

Quid aís tu, homo?

NICOBVLVS

Cedo quíd me uis?

PHILOXENVS

Pudet dícere me tibi quíddam.

NICOBVLVS

Quid est quód pudeat?

PHILOXENVS

Sed amíco homini tibi quód uolo credere cértumst.

Nihilí sum.

---

hos pŏssumus intro inlícere huc *Ritschelius: octonarios def. Bergkius Opusc. vol. I p. 146* 1152. *Bacchidis notam praemittunt libri: corr. cum aliis Ritschelius* pensum] Ensum *C (ab initio versus)* quamquam odiost *Bergkius Opusc. vol. I p. 146.* quam odiosum est (odio sū ē *D) libri.* quamquam odium est *Bothius.* quom odiosumst *Anspachius l. s. s.* quamquamst *cum Hermanno Ritschelius* 1153. BA. *om. CD* SOROR *B.* Bachis *reliqui* tacitas *C* tuum *libri* dixi haud mutabo *libri.* dixi, ecficiam *Ritschelius et* dixi, faciam *Hermannus tradita verba e v. 1202 illata esse arbitrati Septenarium restituerunt Scioppius Susp. lect. IV 17 (*Facito ut taceas: tu *e. q. s.) et Muellerus Nachtr. p. 55, Pros. p. 417 (*tace. tu tuum*)* 1154. illęc *C.* illec *Z.* ille? *F* due *CDF.* diu *Anspachius p. 57* secretae *Z* 1155. Phil. *BZ. om. CD*^{1}. P *D*^{2}. BA. *F* tu, mi homo *Hermannus, Ritschelius* Cedo quid me uis *scripsi.* Quid me uis (meuis *D) libri.* Quid me nunc uis *Fleckeisenus.* Quid? quid me uis *Spengelius. libros tutatur dimetros restituens Vossius l. s. s.* PHIL. *BFZ.* BACHIS *CD* dicereme *D.* me dicere *sine* tibi *Z* 1156. NIC. *BFZ. om. CD*^{1}. P *in spat. D*^{2} PHIL. *om. D*^{1}. B *add. D*^{2} sed] st *Gruterus* quid *Taubmanniana Post* uolo *expuncta* t *C* certum st *B.* certum est *reliqui* 1157. nihili *CDF.* Nihil *BZ* NIC. *om. CD*^{1}. P *add. D*^{2} scio iam pridem *Bothius, Muellerus Pros. p. 212* qui *Guyetus.* quid *libri. cf. Bergkius Beitr. p. 55* nihili's id *Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 148.* nihili sit *BF.* nihile sit *CD.* nihil sis *Z.* nihili sis *cum Angelio Ritschelius* merora *C*

NICOBVLVS
Istuc iam prídem scio: sed quí nihili's, id mémora.
PHILOXENVS
Tactús sum uehementér uisco.
Cor stímulo foditur.
NICOBVLVS
Pól tibi multo aequíus est coxendícem.
Sed quíd istuc est? etsí iam ego ipsus quid sít prope scire
putó me:
Verum aúdire etiam ex té studeo.
PHILOXENVS
Viden hánc?
NICOBVLVS
Video.
PHILOXENVS
Haud malast múlier.
NICOBVLVS
Pol uéro ista mala et tú nihili.
PHILOXENVS
Quid múlta? ego amo.
NICOBVLVS
An amas?
PHILOXENVS
Naì γάϱ.

V. 1158 sq. sic scribit Ritschelius: Tactús sum uehementér uisco: cor pól mihi stimulo fóditur. ‖ NI. Pol tíbi multo aequius ést nequam stimulári coxendícem. *alia comminiscitur Brachmannus l. s. s. p. 176. sequor Spengelium T. Macc. Pl. p. 134* 1158. Phil. *om. CD*¹ *Alteram partem versus intercidisse putat Hermannus* 1159. *Verba* Cor . . . foditur *versui superiori adhaerent in B* NIC. *BFZ. om. CD*¹ equius est *(post* est *erasum* sit *in B.* equus est *F.* ęquius est *Z.* equiuest *et* s *sup.* u *C) libri* coxen dicem *D.* coxen dicere *F: cf. Hermanni praef. p. 5* 1160. et si iam ego *BC.* etsiam ego *D*¹*: corr. D*³. etsi ego iam *Ritschelius* ipsus *Ritschelius.* ipse *(cum rasura duarum litt. post* e *B) libri* ipse ego iam *Hermannus. cf. Muellerus Pros. p. 360* poto *F* 1161. etiam *om. C* exte *BD* PHIL. *BFZ. om. CD*¹. B *in spatio scr. D*² Viden hanc *(*n hanc *in ras.) C* NIC. *BFZ. om. CD*¹. P *in spat. scr. D*² PHIL. *BFZ. om. CD*¹. B *in spat. scr. D*² mala est *libri* mulier *ex* muleer *D.* mulierē *C* *Ceterum verba* PHIL. Haud . . . mulier *proprium v. occupant in B* 1162. uero *om. C* ista] iusta *ut uid. C* PHIL. *om. CD: et sic in reliqua scaena, in qua eas tantum personarum notas, quas vel D*² *vel D*³ *addidit, memorabo* an amas? PHIL. *Naì γάϱ Weisius, Hermannus.* an amas *(*anamas *C)* Necar *(cum spat. post* amas *et ras. sup. vers. B) BCD.* ì ne carpe *marg. B.* an amas. PH. necas *FZ.* an amas nequam? *Ritschelius olim*

NICOBVLVS

Tune, hómo putide, amatór istac fieri aétate audes?

PHILOXENVS

Quí non?

NICOBVLVS

Quia flágitiumst.

PHILOXENVS

Quid opúst uerbis? meo fílio non sum irátus,
Neque té tuost aequom esse íratum: si amánt, sapienter fáciunt.

BACCHIS

* * * sequere hác.

NICOBVLVS

Eunt eccas tándem
Probri pérlecebrae et persuástrices. quid núnc? etiam reddítis nobis
Filiós et seruom? an ego éxperior tecúm uim maiorem?

1163. NIC. *om. B: add. D^2* Tun *(ex* Tum *ras. B) BCDF.* tu *Z: quo sic usus Hermannus:* Tu homó putide amatorne. *vide Proleg. Trin. p. CLXXV* putidus *Z* fieri ętate *D.* ferietate *C* audes] *cf. ad v. 1048 dicta* PHIL. *add. D^2* 1164. flagitium est *libri* PHIL. *add. D^2* opust uerbis *Bothius, quod fortasse verum esse adnotat Ritschelius.* opus uerbist *B, Ritschelius.* opus uerbis *reliqui* itus *(et* ra *sup. scr.) C* 1165. te *om. Z* tuo st *B.* tuo *F.* tuo est *reliqui* equm *B.* equum *CD.* ęquum *Z.* equum est *F* fatiunt *D*

V. 1166—1206 retractatorum culpa nunc valde perturbatos exhiberi Brachmannus p. 156 sqq. demonstrare conatus est: qui quibus argumentis verba Hanc ueniam illis sine te exorem. NIC. Quod semel dixi hau mutabo, *v. 1188. 1189. 1190. 1191. 1202 (*Satin ego istuc habeo offirmatum? BAC. It dies: ite intro accubitum*). 1204 a Plauto abiudicet et hoc ipso ordine constituto retractatori tribuat apud ipsum videas. contra Anspachius p. 58 sqq. satis habet v. 1197 (a* mel*). 1198. 1202. 1205 eiecisse v. 1191 cum v. 1203 conflato (*Age . . . patiar. BACCH. It . . . accubitum*)* 1166. *Lacunam significavit Hermannus, quam sic expleri posse censet Ritschelius:* BA. Quid tám diu, soror, hic ádstamus? *dimetrum tutatur Spengelius T. Macc. Pl. p. 133 et l. s. s. aliter rem instituit Brachmannus p. 165 ad B proxime accedens, ubi a vocabulis:* Sequere hac, Quid nunc, Experior *initia fiunt* BA. *om. praeter CD etiam FZ* hac eunt eccas *C.* hac eunt eccas *D.* N *ante* eccas *add. D^2.* hac eunt. NIC. eccas *FZ*
1167. probri *(*probi *Z)* perlecebrae *(*perlecebrę *B.* perlecebre *CF.* per lecebre *D) libri.* Probriperlecebrae *Hermannus, Ritschelius. cf. Buecheler us de decl. p. 70²* psuas strices *C* etiam] iam *cum Hermanno Ritschelius* 1168. seruum *libri* uim maiore *D.* uĩ maior *C.* ui maiore *FZ, Dousa Expl. II 25, Gulielmius c. 3* PHIL. *BF.* P *D^2. om. etiam Z* aibin *Z*

PHILOXENVS

Ábin hinc?
Non hómo tu quidem es, qui istóc pacto tam lépidam inlepide appélles.

BACCHIS

Senex óptume, quantumst ín terra, sine me hóc exorare ábs te,
Vt istúc delictum désistas tanto ópere ire oppugnátum.

NICOBVLVS

Ni abeás, tibi quamquam tu bellá's, malum mágnum dabo iam.

BACCHIS

Pátiar:
Non métuo ne quid míhi doleat quod férias.

NICOBVLVS

Vt blandíloquast.
Ei míhi, metuo.

BACCHIS

Hic magis tránquillust: * * *
I hac mécum intro: atque ibi sí quid uis filiúm concastigáto.

NICOBVLVS

Abin á me, scelus?

1169. homo quidem es *sine* tu *C.* tu quidem homo es *Hermannus.* homo tu equidem es *Spengelius l. s. s.: cf. Luchsius Comm. pros. I p. 14* illepide *Z* 1170. BA.] B D^3 optime *BCDZ* quantu st *B.* quantum est *Z.* quantus est *CDF* interra *BD.* intereã *C* sine me *Ritschelius.* sine *libri.* sine med *Anspachius l. s. s.* exorarier *(servato* sine hoc*) Hermannus* abste *BD* 1171. istu|c *(*n *erasa) B* tanto opere *B.* tantopere *reliqui* 1172. *Dimetros constituunt cum B (ubi a* malum *novus v. incipit) Studemundus de cant. p. 54, Muellerus Pros. p. 122 adn. 2, Vossius l. s. s.* NI.] N *add.* D^3 Ni *B.* nisi *reliqui* Ni a me *Anspachius l. s. s.* ab eas *B. post* abeas *(ita* D^3*:* habeas D^1*) spat. D* tibi quamquam *Spengelius.* quamquam *libri, Ritschelius* tu bella es *libri.* tu es bella *Hermannus* malum *Spengelius.* malum tibi *libri, Ritschelius* magnum] malo *Z. sequitur spat. in D* BA.] B D^2 paciar *C* 1173. ||nequid *B.* nequid *D* tu ferias *Anspachius l. s. s.* NI] N D^2 blandiloqua st *B.* blandiloqua *(post* b *erasa* b *D)* est *CDFZ* 1174. *Prima verba Bacchidi tribui Acidalius volebat, reliqua sorori, proximum versum rursus Bacchidi* Ei *BCD.* Hei *FZ: atque sic Ritschelius edidit* BA.] B D^2. SOROR *B fortasse recte* tranquillum est *CDFZ Lacunam a se consignatam sic expleri posse Hermannus adnotavit:* tu quóque tranquillus fíto. *cf. Brachmannus p. 169. lacunam reiciunt cum Vossius l. s. s., tum Spengelius T. Macc. Pl. p. 133 et l. s. s.* 1175. i hac *CDFZ.* I i hac *B.* Ei *?* adque D^1*: corr.* D^3 ibi *Pylades.* habi D^1. abi D^3 *cum reliquis* siquid *B* c̃ castigato *(*c̃ *add. m. 2) B.* c̃gasti gato *C.* congastigato *D.* cõ castigasto *Z* 1176. NI.] N D^3 ame *B* BA.] B D^2

BACCHIS
Sine, méa pietas, te exórem.
NICOBVLVS
Exores tú me?
SOROR
Ego quídem ab hoc certe exórabo.
PHILOXENVS
Immo ego te óro ut me intro abdúcas.
SOROR
Lepidúm te.
PHILOXENVS
At scin quo pácto me ad te intro ábducas?
SOROR
Mecum út sis.
PHILOXENVS
Omnía quae cupio cónmemoras.
NICOBVLVS
Vidi égo nequam homines, uérum te nemínem deteriorem.
PHILOXENVS
Íta sum.
BACCHIS
I hac mécum intro, ubi tibi sít lepide uictíbus, uino atque unguéntis.
NICOBVLVS
Satis sátis iam uostrist cónuiui: me níl paenitet ut sim ácceptus.

---

petas *(et* i *sup. scr.) D* te exorem *om. FZ* NI.] N D^2 1177. SOR. *Acidalius.* BAC. *BFZ* abhoc *B.* ad hoc *F* egote *D* ut meintro *D* *Huic versui, non proximo,* mecum ut sis *subicit C* 1178. *Verba* Lepidum . . . abducas *hic omissa in medio v. 1199 collocat Z* SOR̃. *B.* BA. *FZ.* B D^2 mead teintro *D.* me adte intro *B* PHI.] Phi. D^3 SOR. *Acidalius.* BA. *FZ. om. B cum CD* 1179. PHI.] B D^3. BAC. *B* quę cupio *B.* que cupio *CF.* quecupio *D* memoras *(et* cõ *sup. scr.) B.* cõmeras *(et* mo *sup. scr.) C* *Post haec verba lacunam significat cum Hermanno Ritschelius, talia olim extitisse coniciens:* SOR. Omnía quae cupis euénient *vel* SOR. Lepide áput me tu eris accéptus. *lacunam reiciunt Vossius l. s. s., Spengelius T. Macc. Pl. p. 133 et l. s. s.: rem aliter instituit Brachmannus p. 166* 1180. *Verba* NIC. Vidi *(*Vi *e corr.* B^2*, ante* Vidi *spat. et post eam vocem ras. B)* ego nequam *superiori versui adnectit B* NIC.] BAC. *Z.* Nic. D^2 nequam *(*q *ex* g*) C* homines *Lambinus.* hominem *libri* te neminem *(*teneminem *D) libri.* te nullum *cum Hermanno Ritschelius* PHI.] BAC. *Z.* Nic. D^2. Phil. D^3 1181. Ii hac *B.* E hac *C.* Ei hac *Spengelius l. s. s.* sit tibi *Z* unguent' *C.* unguent tis *D* 1182. NIC. D^2 Satis satis iam uostri st *(*uostrist

Quadrigéntis Philippis fílius me et Chrysálus circumduxérunt.
Quem quídem ego ut non hodie éxcruciem, altérum tantum
auri nón meream.

BACCHIS

Quid tándem, si dimídium auri reddítur? in' hac mecum
íntro 1185
Atque índuces animum haéc ut eis delícta ignoscas?

PHILOXENVS

Fáciet.

NICOBVLVS

Minumé, nolo: nihil móror: sine sic. malo íllos ulcisci ámbo.

PHILOXENVS

Etiám tu homo nihili, quód di dant boni cáue culpa tua amíssis.

1185. Dimidium auri, *quod v. 1189 redit, e Bacchidibus commemorat Gellius III 14*

C) conuiuii *(*conuiui *C) BC.* Satis satis iam uostrist *(sequitur spatium)* conuiuii *D.* Satis iam satis uos tristes. PH. conuiuii *FZ, proximo versui* NI. *praemittentes. sic autem haec cum proximis C turbat:*

Satis satis iam uostrist philippis filius me et chrisalus circūduxeř
Conuiui me nihil penitet utsim acceptus quadrigentis

ubi tamen signis super philippis, Conuiui, quadrigentis *positis error correctus est* me nihil *libri.* nil *cum Hermanno Ritschelius* penitet *BCDF.* poenitet *Z* 1183. Quadrigentis *C, sed* igentis *in rasura.* Quadringentis *reliqui. cf. v. 974* *Post* filius *erasum* et *in B* chrisalus *BCD* 1184. *Dimetros constituit cum B Vossius l. s. s.* ergo *C* non hodie *cum Hermanno Ritschelius.* non *libri.* nunc non *Anspachius l. s. s.* alterum *(*Aterum *et* l *sup. scr. B)* tantum auri *libri.* alterum tantum *Ritschelius.* bis tantum auri *Hermannus.* tantum altrum auri *Brachmannus coll. Ribbeckio Com. fragm. praef. p. X, Ritschelio Opusc. vol. II p. 458* non meream B^1CDZ. non merear *is qui personas in B scripsit.* nunc meream *F* non alterum tantum auri meream *Spengelius l. s. s.* *Post hunc v. collocat v. 1198 Vossius l. s. s.* 1185. BA.] B D^2 Qđ *C* tandem] tu autem *Langenus p. 91* *Post* redditur *erasum* q, *ut vid. in B* in hac *CD.* isne in hac *B,* isne hac *Ritschelius.* ·i· hac *F.* i *(sine* hac*) Z* 1186. Atque induces animum haec ut eis *Ritschelius.* Atque ut eis *(*uteis *D) libri* delictas *C* PHI.] P D^2 *Post* ignoscas *inscruit* potin animum inducere *Brachmannus. versum sic constituit Hermannus una cum sequenti:* Atque út eis delicta ígnoscas. PH. Faciét. NI. Minume. PH. * * ‖ NI. Noló, nil moror istúc*:* sine sic *e. q. s. contra dimetrum tutatur Vossius deleto* Atque, *item Spengelius* Atque *servato et* faciet *in proximo versu posito (*Faciét. NI. Minume. nil móror*)* 1187. *Cf. 1186* *Totum v. om. FZ cum aliis libris noviciis* NIC. *in spat.* D^2 Minime *BCD* moro *Ritschelius ut v. 153* sint *D* illos] ill *e corr. post ras.* B^2 1188. PHIL. *B.* P D^2. NIC. *FZ* etiam? tu *Ussingius.* sed iam tu *Langenus p. 161* nihili quod dii *CD.* nihil dii B^1*:* q *sup. scr.* B^2.

Dimídium auri datur: áccipias potésque et scortum accúmbas.

NICOBVLVS

Egon úbi filius corrúmpatur meus, íbi potem?

PHILOXENVS

Potándumst. 1190

NICOBVLVS

(Age iam, íd utut est, etsist dédecori, patiár: facere inducam ánimum.)

Egon quom haéc cum illo accubet ínspectem?

BACCHIS

Immo equidém pol tecum accúmbam. 1192a

Te amábo et te amplexábor. 1192b

NICOBVLVS

Caput prúrit: perii. uíx negito.

BACCHIS

Non tíbi in mentemst, te amábo,
Si dúm uiuas tibi béne facias, tam pól id quidem esse haud
perlónginquom,

---

nihili. PHI. quod dii *F*. nihili. PHI. quod alii *Z* boni *om. Hermannus sic versum dimensus:* Etiám tu homó nihili quod dí dant culpa tua *(sequitur spatium) D.* tua culpa *Muellerus Pros. p. 417.* culpa *Fleckeisenus* 1189. scurtum *B, Schoellius olim Anal. Pl. 46.* scortum D^1. seorsum *sup. scr.* D^3. *cf. Anal. Pl. p. 114* accum bas *D* 1190. NIC. D^2 Egonubi *D.* Ergo nubi *C* potem] potest *C (ortum* e potẽ*)* PHI.] P D^2 potandumst *B.* potandust *CD.* potandum est *FZ* 1191. (1201 *Ritsch.*). *Post 1200 collocat Ritschelius: at versus a diasceuasta adscriptus: cf. v. 1202* NIC. D^2 Age] Ego *Ussingius versum Philoxeno continuans* iam idut ut est *B.* iam idut utest *D.* iam aduitest *C.* iam id ut est *FZ.* iam utut est *Ritschelius* iam *delet P. Weisius p. 33* etsist dedecori *Ritschelius.* etsi est dedecorum *libri* Age iam etsist dedecori *Anspachius l. s. s.* paciar *C* facereinducam *D* *Pro* facere '*in aliis codd. legi*' facile *testatur Pius* 1192a. *(1191).* NIC. *praem.* D^2. *om. reliqui, nisi quod ante ras. habuerat pers. notam F* Ego *Z* cum *libri* hec *CF* accubet *FZ.* accumbet *BCD* inspeotẽ *C* BA.] B D^2 1192b. *(1199b). Cf. Spengelius T. Macc. Pl. p. 134 et Brachmannus p. 167* Teamabo *D* ette *D* am plexabor *D* *Versiculum cum v. 1200 iunxit Ritschelius, quem locum conferas* 1193. *(1192). Verba* Caput . . . negito *superiori versui add. B* NIC.] P D^2 capud *D* BA. *B.* B D^2. PHIL. *FZ, Ritschelius. cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 1* Nontibi *B* in mentemst te *Fleckeisenus.* uenit in mentem *(*inmentem *B) libri* Non iam tibi uenit in mentem *Ritschelius,* amabo *ex v. 1192b irrepsisse arbitratus.* Non tibi amabo uenit in mentem *Spengelius T. Macc. Pl. p. 232 et l. s. s. item nisi quod dimetros discribit Vossius l. s. s.* Non uenit in mentem tibi, amabo *Muellerus Pros. p. 91* *Ceterum reicit*

Neque si hóc hodie amiséris, post in morte íd euenturum
esse úmquam? 1195

NICOBVLVS

Quid agó?

PHILOXENVS

Quid agas, rogitás etiam?

NICOBVLVS

Lubet ét metuo.

PHILOXENVS

Quid métuis?

NICOBVLVS

Ne obnóxius filio sim ét seruo.

BACCHIS

Mel méum, amabo, istaec fíunt.
Tuost: únde illum sumére censes, nisi quód tute illi déderis?
Hanc uéniam illis sine te éxorem.

NICOBVLVS

Vt terebrát: satin offirmátum
Quod míhi erat, id me exórat? 1200
Tua sum ópera et propter te ínprobior.

Ritschelius quae in adn. Parerg. p. 411 exposuerat 1194. *(1193). Verba* Si . . . facias *superiori versui addit B* uias *(et* u *sup. scr.) D* iam pol id quidem esse *libri: ubi* tam *correxit Bothius probante Seyfferto Stud. Pl. p. 14.* pol id esse *cum Hermanno Ritschelius* plonginqum *B.* perlonginquum *reliqui* 1195. *(1194).* odie *D* admiseris *F.* amissis *cum Bothio Ritschelius* post in morte id *libri.* post in morte *Ussingius, Vossius l. s. s. taciti.* id post mortem *Ritschelius* 'nisi e glossemate sunt in morte, *poeta ut sic scripserit:* id póst haut éuenturum esse umquam *(coll. ann. ad v. 1037)' adnotans* uenturum *F* si hodie amissis postid in morte hoc *Brachmannus* posthac tibi id *Anspachius l. s. s.* 1196. *(1195). Personarum notas* D^2 *has habet:* NIC. — P. — NIC. — P. *pro* PHIL. *exhibet cum Z* BA. *Ritschelius.* 'ego nescio an Bacchidi etiam illa tribuenda sint. Quid agas, rogitas etiam?' *Ritschelius* libet *libri* et] sed *Ussingius* 1197. *(1196).* NIC. D^2 Neob noxius *D* obnoxius] ob *add.* B^2 BA.] B D^2 istec *(istęc* B^2*)libri* fiunt] mitte *Seyffertus Stud. Pl. p. 14.* sinito *Brachmannus p. 168.* fiant *Ussingius* 1198. *(1197).* Tuust *Ritschelius.* Tuus est *libri.* Tuumst *Hermannus* sumere censes *Weisius, Ritschelius.* censes sumere *libri Cf. ad v. 1184* 1199. *(1198).* sinete *D Post* exorem *inseruit versus 1178 verba* Lepide . . . abducas *Z* NIC. D^2 Vtterebrat *D* satis *F* 1200. *(1199).* Quod míhi erat, nunc id me éxorat. BA. Te amábo et amplexábor *Ritschelius: cf. v. 1192*^{b} *Dimetrum tutatur Spengelius T. Macc. Pl. p. 134 et l. s. s., Vossius l. s. s. (*iam id *scribens)* 1201. *(1200).* sum] sunt *C*

BACCHIS
Ne tís quam mea mauéllem.
(NICOBVLVS
Satin égo istuc habeo offírmatum?
BACCHIS
Quod sémel dixi, haud mutábo.)
It diés: ite intro accúbitum.
Filií uos exspectánt intus.
NICOBVLVS
Quam quídem actutum emoriámur.
BACCHIS
Vespér hic est: sequimini.
PHILOXENVS
Dúcite nos quo lúbet tamquam quidem addíctos.
BACCHIS
Lepide ípsi hi sunt captí, suis qui filiís fecere insídias.

---

improbior *libri* tis quam mea mauellem *C. E. Schneiderus et* uellem *substituens Hermannus.* Ne is quam mea mauellem *B.* neisquam Meam uellem *CD.* neisquam meam uellem *F.* nusquam me auelles *Z.* nusquam tu a me te auelles *Camerarius. pro* tis *conicit* eius *Ussingius,* tua *Spengelius l. s. s.* 1202. NIC. *Scaliger. om. libri.* BA. *Ritschelius* obfirmatum *Z.* firmatum *Anspachius l. s. s. Post* offirmatum *alterum hemistichium intercidisse putat Ritschelius (veluti* ut illis iratus ne sis?*) reliqua uno v. complectens Versus 1202 a diasceuasta additus est: cf. 1191 et Brachmannus l. s. s.* BA. Quod *scripsi.* NIC. Quod D^2FZ, *Ritschelius.* Quod *cum spatio BC* dixi semel *cum Pylade Ritschelius* haut B^1*: corr.* B^2. *Verba* haut mutabo *versui 1203 adhaerent inB De v. 1203 cf. Spengelius T. Macc. Pl. p. 134 et l. s. s., Vossius l. s. s. Bacchidis pers. add.* BD^2FZ, *Ritschelius: spat. CD* it dies *BC, codd. Pyladis.* id dies *D.* id dicis *F. om. Z* ite] inte *D ante ras.* 1204. ecspectant *B.* expectant *reliqui* NIC. D^2 quam quidem] quamne *Hermannus* emorimur *FZ: post eam vocem interrogandi signum non recte collocasse Ritschelium annotat Ussingius* 1205. B D^2 Iam uesper *Ritschelius* sequimini] ite sequimini *Ritschelius cum Hermanno.* sequite hac *Brachmannus l. s. s.* NIC. *BF.* PHI. *Z.* P D^2 quidem tamquam *C* addict' C Ducite nos tamquam addictos *Ritschelius.* Ducite quo lubet addictos *Hermannus* 1206. B D^2 ipsi hi *BDF.* hi *C.* ipsi hic *Z* capiti *C.* captis *ante ras. D* filis B^1*: corr.* B^2 insidias *FZ.* insidias ite (Ite *B) BCD.* 'quod qui servare volet, Bothio duce sic scribere poterit: Lepide hí sunt capti fíliis qui fecére insidias. íte' *Ritschelius. cf. v. 1205. alia adscripsit Bergkius Opusc. vol. I p. 675* Ceterum BAC. Ite *Brachmannus p. 168 reliqua cum Bothio constituens et sorori tribuens*

CATERVA

Hí senes nisi fuíssent nihili iam índe ab adulescéntia,
Nón hodie hoc tantúm flagitium fácerent canis cápitibus:
Néque adeo haec facerémus, ni ante hoc uídissemus fíeri,
Vt apud lenonés riuales fíliis fierént patres.
Spéctatores, uós ualere uólumus: clare adplaúdite.

1207. CATERVA *Ritschelius.* GREX *Pylades. Bacchidi sine ullo intervallo continuant libri. vide Proleg. Trin. p. XXX* 1208. hic *Z* flagium D^1: ti *add.* D^3 1209. Nequea deo *D* hęc *C.* hec *D* ni ante hoc *Langenus Anal. Pl. III p. 14.* ni ante hac (niantehac *D) libri* 1210. leones *C* 1211. uale B^1: re *add. eadem manus* uos ualere uolumus: clare adplaudite *Bergkius Opusc. vol. I p. 33.* uos ualere uolumus et clare adplaudere *libri, nisi quod* dare *Z et* applaudere D^3F. uos ualere et uolumus clare applaudere *Bothius, qui olim transposuerat* uolumus uos ualere et clare adplaudere. uos ualere et clare uolumus plaudere *cum Hermanno edidit Ritschelius Pro* adplaudite *scribendum esse* plaudite *censet Spengelius ad Truc. vers. extremum* EXPLICIT PLAVTI BACHIDES *B.* PLAVTI BACHIDES EXPLICIT *CD.* Finis *Z*

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT

INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS

AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI III FASCICVLVS II

CAPTIVOS CONTINENS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXVII

T. MACCI PLAVTI

C A P T I V I

RECENSVIT

FRIDERICVS SCHOELL

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI III FASCICVLVS II

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXVII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

RVDOLFO · SCHOELL

CONTVBERNALI · OLIM · IENENSI · SYMPHILOLOGO

ET

ROBERTO · SCHOELL

CONTVBERNALI · OLIM · FRANCOGALLICO · SYMMVSICO

FRATRIBUS · DILECTISSIMIS

D · D

VIDEAS · CORDE · AMARE · INTER · SE

PRAEFATIO

Serius quam exspectari poterat haec Captivorum editio emittitur. Cuius rei causae cum ex parte neque huc pertineant neque mihi Plautoque nostro gratae faustaeque fuerint, una saltem utrique profuit: quod quidem benigne permittentibus adiuvantibusque eis penes quos arbitrium et potestas erat per sex menses et quod excedit Italiam peragrare potui. Vbi cum tandem aliquando urbes locos thesauros monumenta diu sperata oculis viderem, simul Mediolani Romaeque apparatum ad editionem nostram necessarium complere studui: quem socium desideratissimum et huic negotio unice accommodatum absolvere fata noluerant.

Quamquam huius ipsius fabulae memoriam Loewius noster dudum composuerat eiusque maxime copiis nititur haec recensio. Itaque ultimas tantum commorationis Mediolanensis horas huic Ambrosiani codicis particulae relegendae impertii, quam plus sedecim horis diligentissime perscrutatus erat Loewius m. Apr. a. MDCCCLXXX.

A codicis sane dolendum est non plus duobus foliis superesse 217/218 et 219/220*): ubi p. 217 versus 905—917 continet (cum versuum 2. 9. 13. 17 = 906. 911. 913. 916 voces extremae seorsum scriptae sint, versus autem 6 vacet scriptura), p. 218 versus 918—931 (versibus 2. 5. 14. 15 = 919. 921. 928. 929 bipartitis et versu 7 vacuo). Versus vero fere omnes medii perforati sunt paucis laciniis plene servatis. Multo etiam miserior alterius folii condicio est, in

*) Quae hodie sic conversa servantur, ut f. 219/220 praecedat: at in vulgatae codice non alium ordinem fuisse atque olim numeri docent.

cuius superiore parte nil nisi particulae laciniatim contractae conversaeque exstant, post mediam paginam paulo plura in utroque latere legi possunt, in extremo demum pleniores sunt versus. Itaque p. 219 sub finem (v. 11—19) sunt v. 1023—1029 dispesto v. 14 = 1026 et vacuo ut videtur v. 18. Praeterea nihil enotavit Loewius nisi QV ? ab initio v. 9, unde effecit aut versus 1018—1022 omissos esse dispesto ante v. 1023 versu 1017 — quem vix credideris unius versus spatium excedere — aut inter versus 1022 et 1023 'tautologos' alium intercessisse, qui quaestionem indirectam a verbis *in memoriam redeo quom mecum recogito* pendentem continuerit (vix a QVASI inceperit). Vnde v. 1—8 huius paginae v. 1016 vel 1017—1022 praebuisse computavit bipartito aut uno versu aut etiam duobus (1018? 1019?). Quod cum a Loewio comperissem, non sine voluptate excepi. Diu enim erat, ex quo conieceram — quod etiam nunc teneo — inter versus 1022 et 1023 lacunam statuendam esse: quos neque violenter cum nonnullis in unum conflari posse crederem neque pro dittographia haberi cum plerisque*): nam cum verba *quasi per nebulam* v. 1024 verbo *recogito* v. 1022 adiungi nequeunt, verbis autem *in memoriam redeo* illo intercedente aegre adplicantur, tum ipsa exordia similia *Nunc demum — Nunc edepol demum* eadem fere ratione inter se continentur, qua versus 805 et 811 item perperam a nonnullis pro dittographia habiti. Atque lentius sic Tyndarum se colligere optime convenit cum tota huius scaenae descriptione (cf. append. crit. ad v. 1018). Quae sententia iam plane confirmari videbatur codicis antiquissimi testimonio. Quod secus esse intellexi ipsum librum cum inspicerem. Nam et v. 10, quem finem versus ab QV ? incipientis continere Loewius opinatus erat ab initio conscriptum fuisse vidi ipsumque NVNC DEMVM exordium dispicere mihi visus sum, et clarius etiam apparuit primum paginae versum fuisse v. 1015, in quo FIL et T(V)O(M) suis locis dignoscerem certis L et O litteris, quocum iam convenit quod tertius post hunc versus (4 = 1018)

*) De tertia ratione cogitare omnino non poteram, antequam Niemeyerus excogitavit: nimis enim absona est et a sensu communi aliena.

ab NUNC, quartus (5 = 1019) ab (A)TE(GO), sextus (7 = 1020) ab MER(ITUSEST) incipit: interim v. 5 = 1019 bipartitum fuisse etsi per se non improbabile fuerit, tamen etiam v. 6 ab initio scripturam habuisse videbatur. Quodsi verum est, iam hoc loco amplior fuit Ambrosiani recensio. Nam versus 8 cum ab ILICET verbo incohetur certa saltem L littera non tam inter v. 1022 sq. alium in *A* intercessisse quam pro versu 1021 duos exstitisse longe diversos colligimus: quos si certior esset principiorum lectio tales fere fuisse conicerem:

HEGIO

Ilicet⟨, mastigia, hinc in maxumam malam crucem,⟩
Qui mihi filiu⟨m alienasti! nil meministi, gnate mi?⟩

Antea vero Philocratis verba *Meritus est ⟨erga te⟩* facile adiungi tali versiculo potuerunt:

⟨Edepol nunc in lapicidinas huic eundumst, ut quidem⟩
Meritus est ⟨erga te⟩.

Ceterum praeter haec quae dixi initia versuum mea, non Loewii fide testatus sum in hac pagina litteras R——REMU(O)-C(AR)IER v. 1024 et litteras PRINCI | PI v. 1026, item p. 217 E et L litteras v. 907, p. 218 alteram C litteram v. 930: atque ideo meam lectionem accuratius a Loewiana separo, ne si novicius in instaurando libro deleticio erraverim, id amico candidissimo peritissimoque imputetur. Si vero omnino mihi contigerit, ut quae illum fugerint expiscari potuerim, id inde explices, quod sub auspiciis viri summopere venerandi ANGELI CERIANI lacinias quasdam plane contortas omni cautione adhibita levigatas legere studui: quod facere non ausus erat, ut videtur, Loewius. Denique de pagina 220 perpauca monenda sunt: quam septem (vix octo) primis versibus v. 1030—1036 complexam esse probabile est sequente subscriptione novaeque fabulae indictione: unde etiam inscriptione (CAPTIUI) PLAUTI caret, ut fit in commissuris fabularum. At legi omnino nihil potuit, nisi quod extremo versu ductus quidam ornandi causa additi contine-

bantur, quales Loewius Anal. Plaut. p. 140 depinxit*). Postremo hoc adscripsit Loewius:

„Zwischen den erhaltenen Blättern werden wohl 6 verloren sein:



*Doch ist dann vielleicht etwas mehr im Palimpsest vorhanden gewesen**): das in den Palatinen reicht kaum aus. Doch sind solche Berechnungen — worin Geppert gegen Ritschl Recht hat — im höchsten Grade unsicher, wo es sich nicht um Reihen iambischer Verse handelt — bei denen hat Ritschl in der Hauptsache Recht —. Wollte man annehmen, dass es nur 4 Blätter waren, so müsste in A sehr viel gefehlt haben. Übrigens habe ich auf p. 220 die zu erwartende Quaternionennummer nicht gesehen.“*

B codicem Loewius a. MDCCCLXXVII et MDCCCLXXVIII contulit itemque *D* bis mense Maio a. MDCCCLXXVIII: quem notum est in versu 503***) finem facere scribendi (post tria folia vacua sequitur a f. 73 Bacchides). Denique *E* bis contulit Mediolani m. Apr. a. MDCCCLXXX: ubi manus tertiae scripturam plerumque, ut par erat, neglexit, nisi aut aliqua ratione memorabilis esset aut manum primam plane obscurasset: rasuras autem fere omnes ab hac manu in *E* pro-

*) Sub priore versus 19 parte clare hae lineolae , , conspiciuntur: ante quas quod v. 15 sqq. umbrae quaedam litterarum ad didascaliam (Cistellariae!) pertinere mihi videbantur, nimis incertum est et incredibile.

**) Studemundus ubi v. 1009 (EXI)GUO in *A* invenerit (cf. append. crit.) ignoramus. De contextu olim pleniore cf. ad v. 1014 et fragm. Quamquam dubito de 6 foliis deperditis.

***) Miro errore Muellerus Pros. p. 547 sq. *D* (ut *C*) omnino non praebere hanc fabulam dixit.

fectas videri adnotavit. Ceterum f. 49^{v} — 51^{r} (v. 432—573) 'rubricator' caeruleo atramento usus est.

J codicem etsi ob editionum aequabilitatem deesse nolui, inutiliorem habeo. Quare cum plenior huius libri imago in aliis fabulis exhibita sit, nolui cum aliis rebus tum accurate indicatis eis quae legi iam nequeant onerare adnotationem: sed satis habui bonam quae praesto erat collationem Sonnenscheinii viri doctissimi ita adhibere, ut nonnulla omitterem*), nihil supplendum curarem. Nihil igitur de hoc codice ex silentio concludendum tam propter ipsius libri quam propter testimoniorum defectus: quod etiam de *FZ* valere per se patet, ex quibus *F* codicem a bibliothecae Paulinae praefecto honoratissimo liberaliter huc transmissum Heidelbergae conferre potui.

Iam vero in hac fabula accedunt praeter Turnebi ex membranis suis lectiones nimium parcas — de quibus cf. praef. Poenuli p. VIII — duo folia in codice *O* (Ottobon. lat. 687 miscellaneo) v. 400—555 exhibentia, quae sane misere lacerata et discissa sunt: quae inventa a Bethmanno ex Loewii apographo diligentissimo et descripsit et transcripsit Goetzius Anal. Plaut p. 86 sqq. Atque Loewius codicem illum paulo prius ipso saeculo XI scriptum videri affirmabat, duobus saeculis ut *EJ* superare uideatur ipsosque *CD* codices decenniis nonnullis.

De his codicibus vix est quod adiciam**). Etiam in canticis ubi a *B* codicis discriptione plerumque servata***)

---

*) Velut omisi *mi* formam saepius pro *mihi* indicatam, cum illis locis *m*^{i} potius exstare crediderim i. e. *mihi*, non *mi*.

**) De externa huius editionis conformatione valent quae in praemonitis ad Trin. ed. III p. VIII dixi: quam conformationem cum probari idoneis arbitris intellexerim, retinui, etsi Goetzius meus in Bacchidibus sequi noluit.

***) Interdum cum tamen solius metri causa verba immutarim, facere non possum quin diserte pronuntiem nihil perversius esse quam quod nuper non sine gravitate exstitit qui inculcaret rarissime hoc admittendum esse. Qui cum ipse concedat in metris simplicioribus hoc saepissime statuendum esse non modo hiatus causa, sed ne omnino syllaba aut pede deficiant versus, unde fidelius cantica maxime servata esse in animum induxit? Mihi multo gravius videtur 'crimen laesae

discesserim satis accurate indicavi. Attamen ne quid desideretur, siquis sub uno conspectu versuum terminos perlustrare voluerit, haec habeto:

v. 195—239*) sic claudit *B: ex seq — labos erit — liberi — bonust — oho hoh — miraclitis — adiuuat — postea — uinculis — emerit — nos — sinat — agitis — deceat — dchortor — arbitris — locum loquendi — incipesse — ambo — uolumus nos — compotes — procul — queant — fallatia — colas — prouenit — assimulo — arbitris — diligenter — somniculose hoc — spero — capite — uilitati — habebis — uolunt — penes sese habent — fraudulentissimi — autumo — patri — nominem — proxumus.*

v. 781—790: *uoluto — in animo — quiui — inridebor — loquentur — data sunt — uideo — acturust — hanc rem.*

v. 832—837: *uocat — iubes — quantum est — aduenis — fastidis.*

v. 922—929: *magnas — redderunt — exemerunt — sustentabam — nostra — nobis — maceraui hoc — memorasti.*

De personarum nominibus notisque nihil restat, cum veram Ergasili nominis explicationem = ἐργάσιμος i. e. scortum (cf. v. 69 sqq.) ex Artemidoro Oneirocr. I 78 stabiliendam**) Koeńigius de nom. propr. quae sunt apud Pl. et Ter. ed. Patzschk. a. 1876 p. 19 sq. praeceperit, quem alii ironice 'operosum' dici opinabantur opinanturque, velut Ritschelius Opusc. phil. III p. 302, Vssingius, Lorenzius (etiam in altera editione Militis gloriosi a. 1886 p. 5). Vnum sane non tam novavi quam servavi, quamvis plerosque miraturos esse sciam: quod *lolarium lolariosque* scripsi. At hanc formam non modo

---

auctoritatis', siquis dochmios describendae velocitati exanimatae aptos habet (cf. ad v. 506 sq.) vel per anapaestos balbutire ebrium credit.

*) Versuum numeros curavi ut cum Fleckeisenianis — nunc etiam Brixianis — concinerent: discrepantia cum non exstet nisi intra paucorum versuum ambitum, ubi ex ipsa adnotatione quid necessario discrepet eluceat, nolui his locis in margine alienos addere numeros.

**) Recte hunc locum dudum adhibuerat Carolus Fridericus Hermannus in Lindemannianae editionis exemplari adnotationibus manu scriptis referto quod in bibliotheca Gottingensi servatur. Vnde liberaliter mihi transmisit Wilmannsius vir clarissimus mihique benevolentissimus. Ceterum perpauca esse, quae ex commentariis quamvis diligentibus Hermanni adhibuerim, non miraberis.

in inscriptione scaenae I 2 librorum *BEJ* consensus firmat, sed bis deinde lorarii verbis plene praescripsit *B*, semel *Lol* addens, itemque in scaenae II 1 inscriptione *BE* (non *J*) praebent.*) Quae cum iam sufficiant ad casum excludendum, accedit locus Gellii X 3, 19, ubi prima apud Hertzium codicum familia (*QZB*) *lolarii* scripturam exhibet. Itaque quamvis certa sit *lorarius* forma et ex codicum memoria et ex inscriptionibus quibusdam et ex etymologia, ipsa tamen etymologia quominus sonus immutaretur non magis impedivit, quam in 'caeruleo' a 'caelo' derivando et in 'Parilibus' a 'Pale' dictis. Quae ipsa exempla una cum 'pluralis — singularis' terminationum vicissitudine aliisque formis**) ad causam immutationis deducunt. Quare *lolarius* formam ut minime contenderim ab ipso Plauto adhibitam esse in Captivis, ita sat antiqua aetate et in hac fabula et aliubi lectam dictamque esse patet, unde in adnotationibus diutius delitescere nolui.

Paulo fusius video de *Alidis Aleorumque* nomine disputandum esse in hac fabula frequenti. Quod cum olim et Aulide atque adeo Aulidensibus interpolatis et aliis mutationibus vitiisque removerint, Turnebus demum Advers. XXIII 24. Opp. I p. 71, 38 'et fide librorum veterum et auctoritate rerum adductus' Alidem et Alios Aleosve reducendos esse intellexit***). Iam vero Spengelius Philol. XXXVII (a. 1877) p. 416 sq. quoniam saepius hoc ipsum nomen cum hiatu in libris legitur, ad antiquiorem etiam formam dialecticam per digamma auctam provocavit: quae cum locis tantum non omnibus reponi possit, quae contradicunt exempla corrigenda esse duxit. Atque persuasit Spengelius duobus viris Plau-

*) Contra in scaenae III 5 inscriptione etiam *BE* habent LORARII neque diversa est memoria scaenarum Mil. gl. V 1, Men. V 7, Most. V 1^{b} (*A*), Pseud. I 2 vel in Rudente (ubi tamen *B* caret omnino inscriptionibus).

**) Nescio an ab eadem ratione profecta sit formarum 'puerarius — puellarius' vicissitudo, de quibus cf. Havetus in Woelfflini Archio I p. 194: in eodem Archio III p. 540 recte monuit Thielmannus non sine dissimilationis studio in *r* litteris syllabam concludentibus conspicuo vulgum ex 'meretrice' effecisse 'mene(t)ricem'.

***) Post quem Gulielmius Quaest. in Capt. p. 356 formae Alis pro Elis positae non aliam esse causam credidit quam Aliae dieique Aliensis similitudinem!

tinissimis Langeno ('Beitr.' p. 5: cf. Plaut. Stud. p. 117) et Brixio, qui in editione quarta ubique *Validem Valeosque* reposuit. Ac mihi quoque olim arrisit coniectura, nisi quod plane evanuisse apud Plautum litteram illam non tam facilem quam in Homericis carminibus explicatum haberet. Nam perverse Spengelius vestigia illius formae in *aulide* scriptura agnovit: quam invecto nomine ex fabulis notissimo interpolatam esse quis est quin sentiat? Tum Seyffertus dubitationem de hac re auxit in editionis Brixianae[4] censura ('Berl. philol. Wochenschr.' a. 1884 p. 1351) tribus locis quibus hiatus sic simpliciter removeatur item tres obstare arguens, qui sic demum immutandi fuerint*). At multo gravius argumentum inde repetendum esse censeo, quod qui maxime coniecturae favere videantur loci, aliam potius medelam efflagitant. Nam primo loco v. 26:

Postquam belligerant Aetoli cum | Aleis,
Vt fit in bello, capitur alter filius:
Medicus Menarchus emit ibidem in Alide,

quod sequitur *ibidem* non habet quo referatur, nisi antea praeter populos belligerantes locus ubi bellum geratur indicetur: quem nanciscimur, si supplemento lenissimo post *Aetoli* suminus *illi* intercidisse. Idem vero cadit in alterum locum v. 93:

Ita nunc belligerant Aetoli cum | Aleis,

ubi quae secuntur *Nam Aetolia haec est* item male adplicantur, nisi in Alide bellum versari significatum sit**). Iam in

*) Nam v. 59 codicis vestigium immerito neglexit Spengelius, v. 881 *Validensem* scribens pro *illum Alidensem* pronomen removit aptissimum. Minus recte Seyffertus tertium locum (v. 94) huc traxit tanquam sine vitio traditum.

**) Iam igitur ex ipsa rei ratione intellegas, quonam iure multi et ipse olim Spengelius hos locos sese invicem tueri clamarint. Neque enim Bentleius satis cavere potuit, ne 'uni loco qui emendandus erat ex altero aeque mendoso patrocinium quaereretur'. Atque de illis versibus sententiam recoxit nuper Vahleni discipulus Ericus Below de hiatu Plautino quaest. ed. Berol. a. 1885 p. 22: quem par erit non minus firmos habere versus 34 et 111 inter se comparatos, ubi sane non de hiatu agitur, sed de senariis hypermetris. Praeterea Spengelium dudum meliora edoctum edocentemque (cum Vssingio) ille ducem sequitur eodem modo, quo Geppertus ad Kampmanni tirocinia ab ipso abiecta olim se adplicaverat: unde olare cognoscimus tironibus eius

hoc versu 94 ipsum quod antea desideramus adverbium *illic* excurrit: quare hoc loco non tam ex coniectura quam ex memoria revocamus eadem prorsus ratione, qua antea v. 59 *esse* ex v. 58 protrahimus et *scortum* ex v. 71 in v. 74 adhibemus*). Quae cum ita sint, unus restat versus 31 qui *Valeum* forma emendari videatur. Nam quem Spengelius adiunxit v. 169 praeterea cum Fleckeiseno additamento *emi* affecit, cum non modo sufficiat, sed iterum necessaria sit alia eaque satis lenis ratio, qua simul alius hominum doctorum error refutetur. Vbi cum traditum sit:

Nam eccum hic captiuum | adulescentem | aleum,

haud pauci inter alias mutationes *eccum hunc* scripserunt**). Quam ipsam coniecturam Dombartus cum alias tum Annal. phil. CXXIII (a. 1881) p. 185 sqq. pro fundamento firmissimo habuit eius opinionis, qua captivos per primum actum in scaena versari acriter defendit. Neque qui hanc opinionem fusius quam diligentius impugnaverat Martinsius Quaest. Plaut. ed. Hal. a. 1879 p. 28 sqq. aut talis fundamenti levitatem castigaverat aut omnino quae gravioris momenti sunt attulerat. Notavit vero illud Niemeyerus 'Zschr. f. Gymn. w.' t. XXXIX a. 1885 p. 362. Iam etsi ad curandos captivos abeundum esse lorario aperte dicit Hegio v. 125, quocum concinit secundi actus exordium, ubi redit lorarius cum captivis 'foris ambulaturis' (v. 114), nihilominus Dombartus Brixiusque cum eo miro artificio e contrario fingunt captivos

---

modi placita convenire. Ceterum quamvis liberaliter ex huius editionis instituto diversissimas atque etiam frivolas hominum doctorum sententias congesserim, tamen ab animo impetrare non potui, ut Belowii dissertationem excerperem: neque enim erat quod hunc potius nominarem 'hiatum non sollicitantem' quam quemvis alium *σοφὸν ἄσοφον*.

*) Praeterea cf. v. 208 sq., 209 sq., 349: 351, 371 sq., 479: 481, 505 sq., 571 sq. (v. append. crit.), 847: 850. Atque de duobus quos supra commemoravi aliisque exemplis nemo umquam qui sanae mentis esset dubitavit. Quodsi 'quidam' omnem hanc artis criticae rationem in praef. Trucul. novis certisque exemplis firmatam quasi nugatoriam 'mei similibus' relinquit 'qui taxare sciant' (Herm. XVII p. 611 adn.), importuna saevitia abreptus iniquius sibi ipse sanum abrogat iudicium.

**) Hanc scripturam per Dombarti adnotationem etiam in nova editione Brixius ad v. 1 retinuit, etsi ipsum versum iam ex Spengelii coniectura aliter constituit.

in ipsa scaena ad pilas alligatos solvi*). Quae cum ita sint, necessario mancus ille a quo profecti sumus versus *intus* adverbium post *adulescentem* addendum requirit (cf. v. 1015. Amph. 120. Bacch. 568. Mil. 545): unde contrariam Dombartianae sententiam ipse quoque induit.

Captivos ex quonam exemplari expresserit poeta barbarus plane ignoramus. Nam quod Fleckeisenus adscripsit GRAECA [ANAXANDRIDI] Mureti nititur sententia**), qui Lect. var. XIV 9 p. 485 cum verbis 636 sq. illius locum ab Athenaeo XV p. 688 b servatum (fragm. inc. VIII Mein. = 59 Kock.) contulit *ὦ πονηρὰ καρδία | ἐπιχαιρέκακον ὡς εἶ μόνον τοῦ σώματος· ὀρχεῖ γὰρ εὐθὺς, ἂν ἴδῃς δεδοικότα*: quorum locorum similitudo etiamsi maior esset — neque enim dicti tenor quadrat ad locum Plautinum —, nihil probaret. Atque minus etiam valet Ladewigii coniectura (de Volc. Sed. can. p. 28 sq.: at cf. eundem in Paulyi Encycl. V p. 7773), qui

---

*) „*Wir haben uns zu denken, dass der Sklave entweder allein fortgeht, um die* catenae singulariae *zu holen, die er dann, während Hegio und Ergasilus sich unterhalten, den Gefangenen, nachdem er sie von den Pfeilern gelöst, anlegt oder dass er die schweren Ketten von den Pfeilern loshakt, die Gefangenen ins Innere des Hauses führt, dort mit den leichteren Fesseln versieht und dann bei Beginn des 2. Aktes mit ihnen wieder auf dem Proscenium erscheint.*“ Pilarum nec volam nec vestigium apud Plautum inveniri recte identidem monuit Lorenzius ceteroqui rem obiter tractans ‘Jahresber.’ XXVII (a. 1881) p. 31, cum et *his* v. 112 dudum correctum et *hunc* interpolatum v. 169 adhibeat et fingat quae non minus quam pilae a Plauto aliena sint. Ceterum concatenatos ab initio domi fuisse captivos duos iam ex v. 112 sq. perspicimus, ex quibus v. 2 emendatio pendet.

**) Idem Muretus Lect. var. XIV 16 p. 334 primus quod sciam vituperavit quod plurimi dein repetiverunt: male poetam Pseudo-Tyndarum finxisse intra paucarum horarum spatium iter ex Aetolia in Alidem et ex Alide in Aetoliam cum negotiis illic absolvendis confecisse, cum tamen viatico opus fuerit ex v. 449. Quam vituperationem quod Brixius dixit p. 3 ne ipsum quidem Lessingium prorsus improbasse (“*ein Vorwurf, der . . . selbst einem Lessing nicht ganz ohne Grund gemacht zu werden schien*”), neglexit illud adulescentulum dixisse Lessingium, antequam id ipsum quod cum aliis opposuit Brixius primus omnium recte docuerit. Redintegravit autem opprobrium et accuratius persecutus est Langenus Plaut. Stud. p. 119 sqq. Sed ipse quoque eis nititur rationibus, quas inimus, ubi singula singillatim comprehendimus, non totam fabulam oculis animisque subicimus: neque in communis vitae tempore vivimus, sed idealem quem vocamus diem poetae concedimus.

praeter Anaxandridem contaminando Antiphanem adscitum esse posuit ob fragmentum quoddam cum versu 77 comparandum, qui non tam Captivorum est quam Persae quique eiusmodi est, ut ne hanc quidem fabulam nedum Captivorum particulam ad Antiphanem revocet. Itaque ne dubitanter quidem haec nomina proferre debuit Brixius neque recte cum Ladewigio contendit non sine veri similitudine exemplar attribui mediae quam vocamus comoediae. Nam quotquot novimus exemplaria Plauti Terentiique novae comoediae sunt: unde recte idem sumimus de ceteris, nisi forte graviores causae contrarium suadeant. Sed quod unum allatum est de Captivis argumentum nihili est: scilicet resecto parasito puram putam exstare fabulam familiarem lacrimabilemque*): qualis aliena sit a nova comoedia. Iam ut mittam immerito sumi aut aliunde contaminatam aut ab ipso Plauto affictam esse**) Ergasili personam: quasnam illius modi fabulas ex media novimus comoedia? Quales raro omnino reperiri ipse poeta inculcat in epilogo***). Atque ad rationem generalem quam

*) Brixius p. 4: *„Anlangend das griechische Original der Gefangenen darf man, gestützt auf die Wahrnehmung, dass nach Ausscheidung der Parasitenrolle ein reines Familienrührstück übrig bleibt, von welcher Art von Lustspielen kein weiteres Beispiel bei Dichtern der neuen attischen Komödie nachweisbar ist, wohl mit einiger Wahrscheinlichkeit die Vermuthung aufstellen, Plautus möge in diesem Stück ein Lustspiel eines Dichters der mittleren Komödie nachgebildet und vielleicht die Parasitenrolle aus eigener Erfindung hinzugethan haben, welcher Dichter aber (Anaxandrides? Antiphanes?) und welches Stück in nähere Beziehung zu den Gefangenen zu setzen sei, darüber sind zwar Vermuthungen gewagt, aber kaum bis zu irgend einem Grade der Wahrscheinlichkeit erhoben worden.“*

**) Illud Ladewigius, hoc Herzogius Annal. phil. CXIII (a. 1876) p. 363 sqq. coniecit. Sed cum duobus locis ipsam actionem provehat parasitus ea ratione qua omnino in fabulis adhiberi solet, quid quaeso nos movet, ut aliter olim rem compositam fuisse suspicemur? Itemque Ergasilum maxime ad res Romanas alludere inde simplicius repetimus quod omnino 'praeter rem' loqui solent parasiti maxime.

***) Epilogo ut alias recte CATERVA inscribunt libri: eidem probabile est sollemne illud 'Plaudite' tribuendum esse: quod ex Horatii loco notissimo *cantori* tribuimus. Fuit cum suspicarer CA͂ vel CA͂T' nota quadam deceptum esse Horatium vel auctorem eius grammaticum itemque ω litteram clausulae praescriptam 'catervam', non 'cantorem' significare: non quod tota grex has particulas pronuntiaverit, sed quod

notavimus accedit, quod bellum inter Aetolos Aleosque commemoratum in hac fabula quamvis obscurum sit, in universum tamen novae comoediae temporibus probabilius tribueris ex graecae historiae memoria civitatiumque graecarum condicionibus.

Non magis constat de tempore quo acta sit Plautina fabula: neque enim recte Herzogius l. s. s. Turdetanos (v. 183), Boios (v. 888), regem regum (v. 823), cui basilicas edictiones (v. [811] 814) perperam adiunxit, ex annorum 562/3 a. u. c. rebus gestis commemorari putavit, cum ex singulorum ubi exstant locorum condicione proprio acumine haec maxime adhibuerit poeta.

Tota vero fabula 'ad pudicos mores facta' cum et ipsi poetae praeter ceteras placuerit et multis eius lectoribus velut Camerario Lessingioque nostro, non uno nomine nuper vituperata est a Langeno in libro bonae frugis plenissimo, cui inscripsit 'Plautinische Studien'*) Berolini ed. a. 1886 p. 116 sqq. Ac de nonnullis rebus, in quibus aut consentiam aut dissentiam cum viro humanissimo iam in appendice (adde p. XVI adn.) monui**), de aliis hoc loco paucis disputem.

---

in eis qui agant in scaena omnes se ostenderint spectatoribus loquente domino gregis. Quamquam non negaverim ex ipso etiam usu scaenico loqui posse Horatium.

*) Et hic liber et Crameri dissertatio de perfecti coniunctivi usu potentiali Marburgi ed. a. 1886 et Caesaris libellus de Plauti memoria apud Nonium servata plenius mox dissertationibus Argoratensibus vol. XI inserendus in manus meas pervenerunt, cum iam haec editio absoluta et bibliopolae tradita esset: sed inter corrigendum illorum sententias inserere potui.

**) De v. 288, quem vituperavit, non seclusit Langenus, hic addo minus recte contendi (l. s. s. p. 118) "*hätte er hier nicht den wahren Namen hinzugefügt, so würde Hegio nicht umhin gekonnt haben auch danach zu fragen*": nam cum v. 633 sqq. aperte pro iusto nomine Hegio ficticium habeat, verum ignoret, quidni idem poetam priore loco instituere aut potuisse aut debuisse concedamus? Omnino autem cavendum ne comoediam ad severiores rationes ratiocinationesque revocemus. Quare illud quoque improbo quod cum Dombarto Langenus p. 121 lapsum memoriae in eo agnoscit, quod v. 703 Hegio Tyndaro dicat: *votuin te quicquam mi hodie falsum proloqui*, cum v. 264 Philocrati potius dixerit: *quarum rerum te falsidicum mi esse nolo*. Nam etsi haec verba propius sese attingunt, tamen eadem sententia v. 296 ipsi Tyndaro dixit: *hic fassust mihi, haec eadem si confiteri vis, tua ex re feceris*, ubi Tyndarus concedit: *fecit officium hic suom, quom tibist confessus*

Ac primum quidem quod nominibus vestibusque ante fabulae exordium commutatis consilia sua longiore colloquio*) v. 218 sqq. persequuntur, cum Hegio versibus demum 330 sqq. pronuntiet se aliquem missurum esse in Alidem: in hac re nulla deprehenditur discrepantia aut lacuna, quoniam ipsi captivi eo tendunt ab initio, ut dominum in hanc rem inducant (quo spectant Tyndari verba v. 260 sqq. 276 sqq.). Quocum cohaeret quod Hegio a principio dicit, ubi indutiae factae sint se mittere velle, deinde statim mittit: nequaquam prius illud neglegente poeta (ut Langenus putat), qui interposuerit Tyndari verba seni persuadentis v. 348: *Neque adeo quoi tuom concredas filium hodie audacius***).

Neque rectius abhorrere a veri similitudine arguit Langenus quod Hegio servum quem credit dimittat antequam ex aliis captivis percontatus sit, num revera Philocratem retinuerit. Neque enim Plautus dicit, sed Langenus, tali suspicione motum Hegionem percontatum esse, ecquis adulescentem noverit (v. 459). Immo Aristophontem ipsius precibus obsecutus ad Philocratem sodalem Hegio adducit (v. 512 sq. 515), nequaquam ut ab eo certior fiat de Philocrate: et ab omni suspicione quam alienus sit certissima quam habet

---

verum. Item iniuria aliquis haeserit in eo, quod v. 645 (640) Aristophontes quaerit *Sed ubi is nunc est*, cum antea v. 573 Hegio iam dixerit *Nam ille quidem quem tu esse hunc memoras hodie hinc abiit Alidem*. Nam iterari quaestiones cum omnino neque a vitae consuetudine neque a comoediarum descriptionibus abhorreat (cf. append. ad v. 1018), illo loco Aristophontes totus haeret in Tyndari offuciis nihil praeterea curans.

*) Leviusculum est quod lorarii 'suspiciosi' personam Plautum non servasse arguit p. 117 in longiore colloquio admittendo. Nam etsi ex eri imperio agendum fuit lorario, tamen quid ipse sentiat satis prodit v. 209 (cf. v. 119 sq.): atque vel Hegio praeceperat v. 114 sq.: *sinite ambulare ... sed uti adseruentur*. Quod vero in fine colloquii haesit Langenus p. 272 sqq. ex parte cohaeret cum versibus 240 sqq. minus recte intellectis (cf. append.): nam *propterea* v. 240 optime refertur ad verba *quod tibi suadeo, suadeam meo patri*, neque male, ubi se iam servum esse servuli inculcat, illud adiungit: ut nihilominus pristinam pietatem servet.

**) Minus etiam haerendum in eo quod per inquisitionem efficit ex captivis, quae iam sciat seque scire profiteatur: ea enim omnino valet inquisitionis ratio, velut iudex solet publice quaerere ex reis, quae satis ipse scit quaeque illi iam antea confessi sunt.

inquisitione absoluta, satis prodit, cum mox vix capiat et aegre credat, ubi Aristophontes falsum Philocratem dicit detegitque (v. 545 sq. 559. 564 sq. 573). Denique Langenus p. 123 sq. poetam dicit v. 947 sq. oblitum esse versuum 331 sq. cum magnifice promittat quae dudum spoponderat Hegio. At id quod hoc loco promittit non sine ambagibus cum maxime postulaverat Philocrates*): neque huic ipsi antea promiserat Hegio, sed Pseudo-Philocrati ero non praesente. Quare ne hoc quidem loco vera exstat discrepantia, sed novo potius argumento firmatur iudicium quod de v. 292 sq. et 335 tulimus. Neque vitae communis consuetudini vel huius senis naturae contradicit, si debita solvuntur impensius verbosiusque.

Postremo attingo scaenam multum vexatam v. 768 sqq., ubi parasitus ad Hegionem currens omnia alia agit et verbis et rebus sibi senique moram afferens, quam amovere diserte vult. Quam scaenam scurriliorem nostro iure dicimus, unde etiam contraxisse videtur, qui v. 800—802 scripsit versibus 790—799. 803—824 substituendos: neque tamen recte illam ipsam discrepantiam inter festinationem commorationemque parasiti tanquam absonam vituperavit Langenus p. 121 sqq. Nam poeta sive Plautus fuit (ut ego credo) sive alius (ex multorum sententia) sine dubio per hanc discrepantiam acumen vimque comicam quaesivit omnino in eiusmodi discrepantiis maxime conspicuam: eademque ratione continentur quae singillatim hoc loco serio magis quam vero Langenus notavit.

Multo magis cum Langeno mihi convenit in eis, quae de singulis versibus aut servandis aut delendis disputat, etsi paulo saltem quam ille vult longius progrediendum esse in statuendis dittographiis interpolationibusque persuasum habeo**). Sed de his rebus sufficiant quae in adnotationibus significavi.

*) De hac re ne perperam iudicemus, non neglegenda est quam omnino in quaestionibus pecuniariis deprehendimus morum anxietatem rusticitatemque (cf. v. 318 sqq. et 406 sqq.).

**) Cf. exempli causa quae de versibus 189 sqq. adnotavimus, itemque de v. 152 sqq. Quos locos si Plautus sic scripsit, vituperandus sane est. Illud autem satis mirari non possum, quod Brixius pravam de his versibus sententiam vindicaturus Hegionem omnino lepidum senem dicit (append. crit. ad v. 152: „*dazu sind die Scherze so decent*

Etiam de lacunis pauca tantum adiciam. Nam si qui mirabuntur quod multo plures quam priores critici lacunas detexisse mihi visus sum*), illud secum reputent velim: intra paucorum quos Ambrosianus praebet versuum ambitum praeter locum quem supra tractavi ampliorem huic uni libro deberi versum 912^{b}. Quo loco nemo antea lacunam suspicatus erat ac ne nunc quidem in ipso contextu signavit Brixius. Quamquam vel sine codicis ope *Nimisque* ad priora minus recte adplicatum animos advertere debebat. Quare eiusmodi vestigia et in verbis et in sententiis cum non pauca restent, non putavi forte fortuna in eis partibus ubi desit Ambrosianus maiorem esse reliquorum librorum 'fidem atque auctoritatem' aut nihil simile temporibus utraque recensione antiquioribus accidisse: quamquam multos hodie talem fere superstitionem si non verbis at certe ipsa re rationeque amplecti videas. Itaque ut exemplum promam luculentum v. 959 in verbis:

Si eris uerax, tua ex re facies ex mala meliusculam

cum multum sese torserint homines docti, Vahlenus nuper non modo sibi, verum etiam Brixio viro prudenti aliisque persuasit omnia recte se habere distinctione ante *facies* posita, ut ad verba *tua ex re* mente suppleas aut *facies* aut *erit*. Sed ut mittam Plautum non balbutire, sed latine loqui, quae proxime adiunguntur verba:

Recte et uera loquere, sed neque uere neque tu recte adhuc
Fecisti umquam

---

und fein gehalten, dass sie dem jovialen alten Herrn, der schon vorher 121ff. mit dem lorarius zu scherzen in der Laune war, ebensowohl anstehen, als sie ganz und gar nichts Parasitisches enthalten"): quem ab his iocis si discesseris acerbum, durum, morosum simulque molestiorem importunioremque atque inaniter operosum non sine arte descripserit poeta, simul vero et maerore familiari excusaverit et amore paterno mitigaverit.

*) Contra nullas lacunas agnoscere potui cum aliis post v. 26. 171. 235. 994. Versu vero 925 etsi ingeniosam Acidalii coniecturam omnibus probatam retinui, tamen rectius ni fallor de lacuna cogitavi (cf. append.): nam et violentior videtur coniectura, praesertim cum *A* ei non faveat, et tota periodus minus molesta est ex exemplo proposito: quod ad explicandam detrimenti originem sic emendes:

Ioui disque ..... exemerunt.
Quae adhuc te carens dum hic fui sustentabam
⟨Mala, hau sunt mala, hau frustra quom sustentabam.⟩

non habent quo referantur: neque enim versibus 955 sqq. haec sententia respondet, sed responsum his est versu 958 sq.:

Propemodum ubi loci fortunae tuae sint facile intellegis *e.q.s.*

Contra si ad exemplum a me propositum lacunam et statueris et expleveris non modo dialogus bene procedit, verum etiam versus 959 hiulcus soloecusve esse desinit.

Qualia commenta etsi hodie plerisque displicere scio atque experior et pro nugis argutis venditari ab eis qui nugandum argutandumque non esse arbitrantur nisi in codicum sordibus perversa subtilitate defendendis, tamen non desistam ab ea ratione, quam si non ubique veram, at saltem veritati plerumque propiorem adpropinquantemque esse sentio. Nam etiam de crisi Plautina valet*) quod posui:

Factis rem, non dictis facies ex mala meliusculam.

Quae cum ita sint, nolim dictis censurisque quorundam hominum doctorum hoc loco respondere, quamvis ampla praesto sit respondendi copia, sed potius Rudenti post paucos menses edendae operam navabo.

Scripsi Heidelbergae m. Dec. a. MDCCCLXXXVI.

F. S.

*) Verum est quod nonnulli praedicare non desinunt vel maxime opus esse disquisitionibus grammaticis metricisque quam accuratissimis: sed ne hae quidem quaestiones recte tractari possunt aut recte tractari solent, ubi meram rem grammaticam metricamque curant neglectis non modo rationibus criticis, sed ante omnia neglecto ipso poeta comico. Velut in Trin. v. 807 cum coniecerim *Opust fusti et uiatico ad tuom nomen*, perverse obicitur 'scipionem' non 'fustem' habere senes qualis Charmides sit. Nam illorum verborum sententia est vi atque argento extricandum videri nomen: unde proprie 'fustis' adhibetur vel ab elegantiore homine. Idem vero qui et in hac re et in similibus usum loquendi parum observatum esse arguit itemque archaismos perperam invectos esse, utriusque 'peccati' statim ipse reus fit, ubi Trin. v. 207 *delicat* pro *dixerit* proponit: nam *in aurem delicare* non minus absone diceretur quam '*ins Ohr erklären*'. Atque alius criticus prioris vestigiis insistens vel *disserere in aurem* aptum habet. Sed in eiusmodi adnotationibus vel adeo in 'cuiusdam' vitiis et conviciis exagitandis si tempus terere vellem, libellus conscribendus esset pro praefatione.

INDEX LOCORVM

v.	p.	v.	p.
26	XIV	506 sq.	XI sq. adn.
77	XVII	636 sq.	XVI
93	XIV sq.	645	XIX adn.
152 sqq.	XX sq. adn.	703	XXI adn.
169	XV sq.	768 sqq.	XX
218 sqq.	XIX	800 sqq.	XX
240 sqq.	XIX adn.	912[b]	XXI
288	XVIII adn.	925	XXI adn.
292 sq.	XX	947 sq.	XX
335	XX	959 sq.	XXI
342	XIX	1014 sq.	X adn.
435	XIX	1019 sqq.	VIII sq.

CORRIGENDVM ET ADDENDVM

In contextu v. 519 existiόst *pro* exitiόst *relictum esse monuit Goetzius meus, qui non tantum eiusmodi monitis amice me adiuvit. Idem mecum communicavit Ladewigium in exemplari ad v.* 52. 55. 67. 68. 71. 88 sqq. 92 *adscripsisse* Flade p. 4 (6. 7). *Cuius viri docti operam Plautinam cum ignoraremus iuxta cum bibliographis biographisque Eduardum Heydenreich adii Fribergensem, philologum bibliographumque diligentissimum. Isque indagavit programma Fribergense a. 1804 Chr. G. Fladii (de Plauto in scholis legendo et de locis quibusdam dubiae interpretationis in eius Captivis): quod tamen nihil novi continet, nisi quod v. 90 conl.* aqua saccata *apud Senecam epist. 86, 11 perperam sic vertitur „der mache sich nur fort vors Drillingsthor und lerne da filtriren.“ Denique nuper accepi Harringtonis editionem (Capt. Trin. et Rud.) Americani (a. 1884) elegantem, sed nobis plane inutilem.*

T·MACCI·PLAVTI

CAPTIVI

ARGVMENTVM

Captúst pugna alter Hégionis fílius,
Aliúm quadrimum fúgiens seruos uéndidit.
Patér capteiuos cónmercatur Áleos
Tantúm studens ut nátum recuperét retro,
Et in íbus emit ólim amissum fílium.
Is suó cum domino uéste uersa ac nómine
Vt ámittatur fécit: ipsus pléctitur.
Et ís reduxit cáptum et fugitiuóm simul,
Indício quoius álium agnoscit fílium.

INCIPIT FABVLA CAPTIVORVM PLAVTI · ARGVMENTVM *B*. CAPTIVI D^2. Incipit fabula captiuoꝝ plauti | AR GV MEN TVM *E*. INCIPIT FABVLA CAPTIVORVM PLAVT . I ARGVMENTVM *J*. PLAVTI . POETE . CLAR^{mi} . FABVLA . CAPTIVI DVO . INCIPIT | ARGVMENTVM *F*. Captiui duo. Comoedia quarta *Z*

1. Captus est *libri* (*pro* C *spat. DE*) pugna alter ℭ. inpugna *libri* (*cum spat. 7 fere litt. E*) egionis *FZ, constanter* h *omittentes in hoc nomine* (*) 2. seruus *libri* 3. Pater egio *F* capteiuos *Angelius ex acrosticho.* captiuos *libri* commercatur *libri* (u *ex* o *D*) aleos BDE^1. alios E^3JF (*) 4. gnatum *F* retro *add.* ℭ. *om. libri* (*) 5. in ibus *Gulielmius Qu. in Capt. p. 353.* inibi *BDEJF, sed* in B^2 *s. v.* mihi *Z* (*) 6. Insuo E^1, *corr.* E^3 neste‖ *B, er.* s *ut vid.* domino uersa *J* uorsa *F* 8. fugitiuum *libri* 9. Indicio B^1 *ex* Indicium *itemque* D^2 *ex* Indixio *ut vid.* Inditio *E* quoius *F*. cuius *ceteri* (*)

PERSONAE

ERGASILVS PARASITVS
HEGIO SENEX
LOLARII
PHILOCRATES CAPTIVOS
TYNDARVS CAPTIVOS
ARISTOPHONTES CAPTIVOS
PVER
PHILOPOLEMVS ADVLESCENS
STALAGMVS SERVOS
CATERVA

PROLOGVS

Hos quós uidetis stáre hic captiuós duos,
Iugáti qui adstant, — í stant ambo, nón sedent:
Hoc uós mihi testes éstis me uerúm loqui.
Senéx qui hic habitat, Hégio, huius ést pater.
Sed ís quo pacto séruiat suo síbi patri,
Id ego híc apud uos próloquar, si operám datis.
Seni huíc fuerunt fílii natí duo:
Altrúm quadrimum púerum seruos súrpuit
Eumque hínc profugiens uéndidit in Álide
Patri húius: cette, iam hóc tenetis? óptumumst.
Negat hércle ille ultumís accensus. cédito:
Si nón ubi sedeas lócus est, est ubi ámbules,
Quando hístrionem cógis mendicárier.
Ego mé tua causa, ne érres, non ruptúrus sum.
Vos quí potestis ópe uostra censérier

PROLOGVS IN CAPTIVOS PLAVTI · *B*. PROLOGVS INCAPTIVOS PLAVTI *J*. ꝓlogvs in captiuꝭ plavti *E*. *unius versus spat. D*
1. HOS *B*. os *cum spat. init. DE* (h *in marg. E*^{3}). Vos *FZ* 2. Iugati (*vel* Vi iuncti) ☙: *cf. v. 113*. Illi *libri* qui astant *BDJ*. qui stant *EJFZ* i *post Camerarium Seyffertus Stud. Pl. p. 17*. hi *libri* hi stant *om. F* ambio *J* (*) 3. Hoc uos *B*^{2}. Hos uos *B*^{1}*DEZ*. os quos *J*. Vos uos *F* testes *JFZ*. testis *BDE* estis *om. EFZ*
4. qui habitat *EJ* (hic *in marg. add. E*^{3}) huius est *ms. Lang., Luchsius de genet. p. 37*. est huius *libri* (*) 5. seruiꝭt *D* 6. lid *ex* Hic *D* ægo *D* 8. Altrum *Ritschelius Opusc. II p. 673 sq. adn.* Alterum *libri* seruos *F*. seruus *ceteri* surpuit *Camerarius*. surrupuit *BD*. suprupuit *E*. subrupuit *Z*. surripuit *JF*' (*) 9. fugiens *J* inalide *BDE*. in aulide *JFZ* (*) 10. huius cette ☙ *conl. testim. ad Merc. v. 965*. huiusce (huisce *E*) *libri* optumum est *libri* (*) 11. ultumis accensus cedito ☙. ultimus accedito *libri* (*) 13. hystrionem *B* (*) 14. cusa *E* rapturus *E*^{1}, *corr E*^{2} 15. uostra *F*. uestra *ceteri* (uŕa *E*) censenrier *J*

Accípite relicuom: álieno uti níl moror.
Fugitíuos ille, ut díxeram ante, huiús patri,
Domo quém profugiens dóminum abstulerat, uéndidit.
Is póstquam hunc emit, dédit eum huic gnató suo
Pecúliarem, quía quasi una aetás erat.
(Hic núnc domi seruit suó patri nec scít pater:
Enim uéro di nos quási pilas hominés habent.)
Ratiónem habetis quómodo unum amíserit.
Postquám belligerant Aétoli illi cum Áleis,
Vt fít in bello, cápitur alter fílius.
Medicús Menarchus émit ibidem in Álide.
Coepít captiuos cónmercari hic Áleos,
Si quém reperire póssit, qui mutét suom
— Illúm captiuom: hunc súom esse nescit quí domist —
Et quóniam heri indaudíuit de summó loco
Summóque genere cáptum unum esse equitem Áleum,
Nihil prétio parsit fílio dum párceret:
Recónciliare ut fácilius possét domum
Emít hosce e praeda ámbos de quaestóribus.
Hisce aútem inter sese húnc confinxerúnt dolum,
Quo pácto seruos súom erum hinc amittát domum:

16. reliquom *BDEJ* reliquum *FZ* nihil *libri* (nichil *E*) 17. Fugitiuus *libri* (*) 18. profugiens B^2EJFZ. profugens B^1D abstulerit B^1, *corr.* B^2 19. Is *Fleckeisenus.* Hic *libri* post quam *DE* 20. etas *BDF* 22. Enim *Pylades.* Est *libri.* Ast *ms. Lang.* dinos *JF* (*) 24. Post quam *DE* belli gerant B^1, *coni.* B^2 Aetoli illi ℌ: *cf. praef.* aetoli *BDJ* (aetolicum) *Z.* actolli *E.* etholi *F* alidis *BE et* (is *ex* es) *D cum membr. Turn.* aulidis *JFZ* (*) 25. in · capitur *D* bello *ex* belli *B* (*) 26. aulide *JFZ* 27. Cepit *BDF* comercari B^1. cõmercari B^2DEJ alios *libri* 28. Siquem *BE* repperire *DEJ* possit *Reizius.* posset *libri* qui *Parcus.* cum quo *BDEJZ.* quocum *F* suum *libri* (*) 29. captiuom *BDE* suum *libri* domist *BDE* (*) 30. indaudiuit *Gulielmius Qu. in Capt. p. 354.* inde audiuit *libri, nisi quod* audiunt *J* 31. captum unum ℌ. captum *libri* esse *om. EZ* equidem *F* alium *Z itemque ex ras. E.* altum *F.* aleum *E ante ras. cum ceteris membranisque Turn.* (*) 32. Nichil *EJ* p̃tio *B.* precio *D* par sit B^1E. parsit B^2 *cum ceteris* 33. facilius ut *F* 34. e praeda *Studemundus dubitanter.* de praeda *libri* (depreda *DEJ*) dequestoribus BD^2EF dequestioribus D^1J (*) 35. Hisce *B* (*punctum add.* B^2) se se *D* hunc *om. EJFZ* confixerunt *DJ* dolum *ex* domum *D* 36. seruos ℌ. his seruus B^1D. hic seruus B^2Z. hic seruũ

Itaque ínter se conmútant uestem et nómina:
Illíc uocatur Phílocrates, hic Týndarus,
Huius ílle, hic illius hódie fert imáginem.
Et hic hódie expediet hánc docte falláciam
Et súom erum faciet líbertatis cónpotem:
Eodémque pacto frátrem seruabít suom,
Reducémque faciet líberum in patriam ád patrem
Inprúdens, itidem ut saépe iam in multís locis
Plus ínsciens quis fécit quam prudéns boni.
(Sed ínscientes suá sibi fallácia
Ita cónpararunt ét confinxerúnt dolum
[Itaque hí conmenti dé sua senténtia],
Vt in séruitute hic ád suom maneát patrem.)
(Ita núnc ignorans suó sibi seruít patri:
Homúnculi quantí sunt, quom recógito!)
Haec rés agetur nóbis, uobis fábula.
Sed étiamst paucis uós quod monitos uóluerim.
Profécto expediet fábulae huic operám dare:
Non pértractate fáctast neque item ut céterae,
Neque spúrcidici insunt uérsus inmemorábiles:

---

56. *Osbernus p. 538:* spurius componitur spurcificus ·i· immunda faciens et spurcidicus ·i· immunda dicens, unde Plautus in Captiuis 'neque spurcidici insunt uersus inmemorabiles'

E. is seruos *JF* suum *libri* herum *FZ* (*) 37. interre *E.* inter sese *F* conmutant *E.* commutant (*vel* cõm.) *ceteri* 38. Philocrathes *B* tindarus *BDE* 39. ille *Fleckeisenus.* illic *libri* (*) 40. fallatiam *BDE* (*) 41. Etiam *F* suum *libri* herum *FZ* fatiet *E* compotem *libri* (*) 42. seruabit *JF.* seruauit *BDEZ* 43. fatiet *E* patrẽ *ex* patriã *B* 44. Inprudens *BDE* itidem ut *DF.* itidemque ut *B.* itidem et *EJZ* sepe *libri* 45. quid *Z* *Versus 46—49 dittographiam continere Lorenzius vidit Philol. t. XXX (a. 1870) p. 432 sq., e quibus v. 48 iam Guietus del. versui 46 parallelum: post eundem Fleckeisenus epist. crit. p. XX v. 51 interpolatum monstravit, a quo praecedens divelli nequit* (*) 46. fallatia *BDE* 47. comp. *vel* cõp. *libri* confixerunt *J* 48. conmenti *E.* cõmenti *vel* comm. *ceteri* 50. seruit *ex* seruio *D* 51. quom *F.* cum *ceteri* rem cogito *F* 52. Hec *B* (*) 53. etiam est *libri* 54. hinc *J* 55. cęterę *B.* cetere *EF* pertractare *FZ* facta est *libri* (*) 56. spurcidici *J* uorsus *F.* uersus *ceteri* immemorabiles *libri*

Hic néque periurus lénost nec meretrix mala
Neque míles gloriósus: ne uereámini
Quia béllum Aetolis ésse dixi cum Áleis:
Foris íllic extra scaénam fient proélia.
Nam hoc paéne iniquomst cómico chorágio
Conári desubito ágere nos tragoédiam.
Proin sí quis pugnam exspéctat litis cóntrahat:
Valéntiorem náctus aduorsárium
Si erít, ego faciam ut púgnam inspectet nón bonam,
Adeo út spectare póstea omnis óderit.
Abeó. ualete, iúdices iustíssumi,
Domí duellique duéllatores óptumi.

68. *Osbernus p. 64:* bellum componitur hoc duellum . . . unde hic duellator ris ·i· ille qui duellum peregit, unde Plautus in Captiuis 'domi bellique duellatores optimi'

57. Hi . c *J* leno est *libri* 58. gloriosus ẽẽ (*vel* esse) neuereamini B^1DEJF. gloriosus: esse ne uereamini *Z:* esse *del.* B^2, *Pylades* (*) 59. actollis *E.* etholis *F* ẽẽ dixi B^2. dixi JFZ. dix B^1DE: *cf. ad v. 58* alidis $BDEJ$. aulidis FZ (*) 60. fiant *B ut vid.* p̄lia *B.* prelia EF 61. pene *libri* in quomst EZ. iniquum est *F* coragio *F* 62. desubitontos agere B^2DFZ. desubitontos age *E.* desubito neos agere *J.* desubito nos agere B^2, *Valla* (agere nos *transpos. Bothius*) tragoeidiam *B.* trago eidiam *E* (*) 63. *Hunc versum iuxta praecedentem scripsit* B^2 Pro in *BD* expectat *B et* (p *ex* s) *D.* expetat EFZ contraat *DE* 64. aduorsarium *F.* aduersarium *ceteri* 65. fatiam *E* (*) 66. Valete *B* iustissimi $BDEFZ$ 68. duellique *Lambinus.* bellique *libri* duellares *J* (*) *Post v. 68 quinque versus vacuos reliquit B, unum D*

ACTVS I

ERGASILVS

Iuuéntus nomen índidit Scortó mihi,
Eo quía inuocatus sóleo esse in conuíuio.
Scio absúrde dictum hoc dérisores dícere,
At ego áio recte: nám certo in conuíuio
Sibi amátor talos quóm iacit scortum ínuocat.
Estne ínuocatum scórtum an non? planíssume.
Verum hércle uero nós parasiti plánius,
Quos númquam quisquam néque uocat neque ínuocat.
(Quasi múres semper édimus alienúm cibum.
Vbi rés prolatae súnt, quom rus hominés eunt,
Simúl prolatae rés sunt nostris déntibus.)
Quasi quóm caletur cócleae in occultó latent,

72 *sq. Porphyrio ad Hor. Od. I 4, 28 p. 8, 28 M. Cf. ad Asin. v. 904* 80 *sq. Macrobius exc. Bob. (Gr. lat. vol. V) p. 648, 14 K.:* caletur Plautus (platus *B*) in Captiuis 'quasi cum . . . latent' *Symmachus epist. I 33 (27) p. 18, 26 Seeck.:* Aiunt cocleas cum sitiunt uitio aeris

Act. I Sc. 1 PARASITVS *BEJFZ. unius v. sp. D* 69. IVVENTVS *B.* uuentus *c. spat. init. D* (i *in marg. D*^{2} *ut vid.*). Nuentus *c. spat. init. E* indidit scorto *ex* scorti indidit *D* michi *E* 70. . oc *J* con . uiuio *J* (*) 71. absurde, b *post* su *a. m. 1 del., E* 72. aio *Camerarius.* ' clio *B*^{1} (' ut dico *B*^{2}). 'clio (*sic*) *D.* dio *E*^{1}. dico *E*^{3} *JFZ* certo ☙ *praeeunte Vssingio.* scortum *libri* inuiuio *J*^{1}, *corr.* *J*^{2} (*) 73. talēs *D* cum *JZ* scortum *om. Z* 74. Est ne *BDE* scortum *Bentleius. om. libri: cf. ad. v. 71* planussume *B.* planis sume *E* ? *in fine v. add. B*^{2} (*) 75. uero *Pareus ex ms.* uerum *libri* 77 *sqq. Versum 77 (cf. Persae v. 58) ab hoc loco alienum esse vidit Spengelius Philol. t. XXXVII (a. 1877) p. 421, cui adhaeret insequentium versuum dittographia* (*) 77. cybum *B* 78. prolate *EF* (*item v. 79*) quom *F.* qum *BD et, ras. in* quin *corr., E* 80. quom *F.* cum *ceteri* calent *F* cocleae *Z.* coclee *F.* cocleę *B*^{2}. coccleo *B*^{1}. occleo *DEJ.* cocli . . . *Macrobius* (*)

Suó sibi suco uíuont, ros si nón cadit:
Ítém parasiti rébus prolatís latent
In occúlto miseri, uíctitant sucó suo,
Dum rúri rurant hómines quos ligúrriant.
Prolátis rebus párasiti uenátici
Sumus: quándo res rediére, tum molóssici
Odióssicique et múltum incommodéstici.
Et híc quidem hercle nísi qui colaphos pérpeti
Potís parasitus frángique aulas ín caput,
Vel éxtra portam trígeminam ad saccum ílicet.
Quod míhi ne eueniat nón nullum perículumst.
Nam póstquam meus rex ést potitus hóstium —
Ita núnc belligerant Aétoli illi cum Áleis:

(*sic* ☙ *pro* sitiunt aeris. sitiunt roris *Seeckius cum Latino Latinio non sentientes ad Verg. ecl. VII 57 respicere scriptorem*) atque illis de caelo nihil liquitur, suco proprio uictitare 84. *Nonius p. 164, 20:* rurant pro rusticantur Plautus Captiuis 'dum rurant homines quos ligurriant' 86. *Osbernus p. 339:* a molio quoque secundum quosdam dicitur hic molossus si ·i· canis magnus et quasi ad demoliendum paratus et inde molossicus a um ·i· mordax uel rapax, unde Plautus 'quando res redierit molosisci sumus' 87. *Osbernus p. 388:* dicimus odiosicus pro hoc nomine odiosus, unde Plautus in Captiuis 'odiosici sunt, inquit, et multum inconmodestici' et inde odiosice pro odiose adu. 92. *Vix huc pertinet Nonius p. 408, 25:* genetiuus pro ablatiuo . . . Plautus Captiuis 'ille alter potitus hostis est': *cf. v. 762 et append. crit. ad v 21 sq.*

---

81. succo *FZ* uiuunt *F.* inuunt *J* 83. *Post* miseri *distinxerunt Camerarius Lambinusque, ante* miseri *Gruterus* uiccitant *E* succo suo *FZ.* suo suco *B* 84. ruri *om. Nonius* liguriant *FZ*

85. uenatici *Pylades.* uenatici canes *libri, nisi quod* uenatiq^{ci} (q *ex* o) *D* 86. res rediere (*vel* redierunt) tum ☙. res redierunt *BDEJZ.* rure redierunt *F, Angelius* molos sici E^1. *corr.* E^3 (*) 87. Odiosici que *B.* odiosici quae *D.* Odio sici quę *E.* Odiosicique *JFZ* incomodestici *BDEJF* (*) 88. ercle *D* colophos *J* 89. Potis *Camerarius.* Potes *BDE.* Potest *JFZ* frangitque *J* aulas B^2. aulos B^1 incapud *DE* (*) 90. extra *Bothius.* ire tra B^1. ire (Velire *BDE*) extra B^2 *cum ceteris* poram B^1, *corr.* B^2 trigeminam, g *ante* t *incohata, D* sacculum *EJFZ* ilicet *Bothius.* licet *libri* (*)

91. Quot B^1DE. Quod B^2 michi *E* neeniat^{ue} (ni *ex* ui) *B.* nec ueniat *D* non nullum *E.* nonnullum *ceteri* periculum est *libri* 92. post quam *E* potius *J* (*) 93. Aetoli illi ☙: *cf. ad v. 94, praef.* aetoli *libri* (etholi *F* aetolicum *D*) alidis *BDEJ.* aulidis *FZ* (*)

Nam Aetólia haec est, cáptus est in Álide
Philopólemus huius Hégiònis fílius,
Senís qui hic habitat, quae aédes lamentáriae
Mihi súnt, quas quotiensquómque conspició, fleo —,
Nunc híc homo occepit quaéstum hunc fili grátia
Inhonéstum, maxume álienum ingenió suo:
Hominés captiuos cónmercatur, sí queat
Aliquem ínuenire suóm qui mutet fílium.
Quod quídem ego nimis quam cúpio fieri ut ínpetret:
Nam ni íllum recipit, níhil est quo me récipiam.
(Necúllast spes iuuentútis: sese omnís amant.
Ille démum antiquisést adulescens móribus,
Quoius númquam uoltum tránquillaui grátiis.
Condígne pater est eíus moratus móribus.)
Nunc ád eum pergam. séd aperitur óstium,
Vnde sáturitate saépe ego exiui ébrius.

106. *Osbernus p. 586:* trans praepositio inde . . . secundum quosdam . . . et tranquillo as ·i· pacificare. Plautus in Captiuis 'cuius numquam uultum tranquillauit'

94. etolia *E.* ectolia *D* etholia *F* hec *B* captus est ℭ. illic est captus *libri: cf. ad v. 93* inalide *BDEJ.* in aulide *FZ* (*) 95. Philopolomeus *B.* Philopole meus *DE* egionis *libri* 96. Seras qui *J* 97. Michi *E* quotiens cũque *BDE.* quotiescunque *FZ* conspitio *BDE* 98. hic homo ℭ. hic *libri* questum *BDE* filii *libri* (*) 99. In honestum *DJ* maxime *B.* et maxime *ceteri* 100. cap⁹ *post* captiuos *eras. D* commercatur *BJFZ.* comercatur *E.* comertatur *D* siqueat *D* 101. suum *libri* qui mutet *Scioppius Susp. lect. V 11 p. 264 cum edit. Argent. (cf. Acidalius Divin. p. 89).* qui cũmutet *BD.* qui cum mutet *EJ.* quicum mutet *Z.* qui commutet *F* (*) *Versus 102—107, quos libri praebent post v. 125 huc traiecit Acidalius l. s. s.: quos cum interpolatos habeat Langenus Symb. p. 206 sqq. omnes, v. 102 sq. tam necessarii videntur quam 104 sqq. alieni ab hoc loco* (*) 102. fieri ut impetret ℭ. ut imperet *BDEZ.* ut impetret *JF.* 103. inillum *DE itemque B ante corr.* nichil *E* quo *ex* qđ *D* recipiat *Z* 104. Necullast *Brixius.* Nulla est *libri* se se *E* omnes *JZ* (*) 105. adhulescens *B.* adholescens *FZ* adolescens est *J* 106. Quoius *F.* Cuius *BEZ.* cui ius *D.* cui uis *J* uolutum tranquillauit *J* tranquilla ingratiis *D.* tranquilla ingratis *E.* tranquillauit gratus *Z* 107. est pater *B.* pater est *ceteri* 108. hostium *BDEJF* 109. saturitate *priore* a *m. 2 in ras. B* sepe *BDE* exiui *Bothius cum ms.* exii *libri* ebrios *J ante corr.* febrius *Z* (*)

HEGIO. LOLARIVS. ERGASILVS

HEGIO

Aduórte animum sis tu: ístos captiuós duos
Herí quos emi dé praeda a quaestóribus,
Is índito caténas singulárias,
Istás maiores quíbus sunt iuncti démito.
Sinito ámbulare, sí foris si intús uolent:
Sed uti ádseruentur mágna diligéntia.
Libér captiuos áuis ferae consímilis est:
Semél fugiendi sí datast occásio,
Satis ést — numquam postílla possis préndere.

LOLARIVS

Omnés profecto líberi lubéntius
Sumus quám seruimus.

HEGIO

Nón uidere ita tú quidem.

(LOLARIVS

Si nón est quod dem, méne uis dem ipse ín pedes?

HEGIO

Si déderis erit extémplo mihi quod dém tibi.)

Act. I Sc. 2 SENEX · LOLARIVS · PARASITVS *BJ itemque, sed* PARASIT||||VS (V^{8} *post* PARASIT *del.*) *E.* Egio senex. Lorarius. Parasitus *F.* Egio senex. Ergasilus. Parasitus. Lorarius *Z. unius v. spat. D* 110. EGIO *praem B.* egt *E* ADVORTE *B.* duorte *cum spat. init. DE* scis *Z* (*) 111. de praeda a quaestoribus *Fleckeisenus.* depreda (deꝑda *B*) dequestoribus *libri* (*) 112. Is *Seyffertus Stud. Plaut. p. 16 sq.* His *libri* (*) 113. iuncti *BD.* uincti *ceteri* demitto *DEZ* 114. fores *J* 115. uti adsentur *J.* uti asseruentur *F* 116. captiuus *libri* ferae *Turnebus Aduers. XXIII 24 Lambinusque.* ferre *DJ* fere *ceteri* 117. data est *libri* 118. post illa *DE.* postillā *B* (*lineolam fort. B*^{2} *add.*). post illam *JFZ* (*) 119. *Lorario dedit Pylades, Hegioni continuant libri* Omnis *BDE* luberitius *J* 120. *Post* seruimus *Hegionis pers. dedit Pylades, lorarii libri* (LOLARIVS *B.* LOR *DE*) non uidere *EJFZ.* Noui dere *B.* nouidere *D* 121 *sq. Versus parallelos inclusit* S^{s} (*) 121. *Lorarii pers. add. Pylades, cui continuant libri* meneius *E.* menetuis *D* impedes *Z* 122. SENEX *BE.* SEN̄ *D*

LOLARIVS
Auis mé ferae consímilem faciam ut praédicas.
HEGIO
Ita ut dícis: nam si fáxis, te in caueám dabo.
Sed sátis uerborumst: cúra quae iussi átque abi.
Ego íbo ad fratrem ad álios captiuós meos:
Visám ne nocte hac quíppiam turbáuerint.
Inde mé continuo récipiam rursúm domum.
ERGASILVS
Aegrést mi hunc facere quaéstum carcerárium
Proptér sui gnati míseriam miserúm senem.
Sed si úllo pacto ille húc conciliarí potest
Vel cárnuficinam hunc fácere possum pérpeti.
HEGIO
Quis hic lóquitur?
ERGASILVS
Ego, qui tuó maerore máceror,
Macésco, consenésco et tabescó miser:
Ossa átque pellis súm miser, l macritúdine.

123. *Seruius Danielis ad Verg. Aen. X 559:* alitibus feris σαρκοφάγοις οἰωνοῖς. Plautus 'aui . . . . praedicas' 132. *Osbernus p. 119:* caro nis inde . . . . et haec carnificina ae ·i· macellum, unde Plautus in Captiuis 'carnificinam hic facere possum perpetim' 134. *Osbernus p. 348:* macesco is ·i· esse macrum, unde Plautus in Captiuis 'macesco . . . . miser' 135. *Nonius p. 136, 1:* macritudine pro macie. Plautus Captiuis 'ossa . . . . macritudine'

123. LOLARI' *B.* LOR̃ *DE* aui *Seruius* ferae *ms. Lang., Seruius.* fere *libri: cf. ad v. 116* fatiam *E* similem *Seruius* praedicas *Seruius, Camerarius.* p̄dicisti *B.* predicisti *DE.* predixisti *JF.* praedixisti *Z.* 124. SENEX *B.* SEN *DE* (*) 125. cura que *EF.* curaq; *D* *Post hunc versum libri habent v. 102—107, quibus* Lot *praescr. B,* LOR *F, nihil DE: parasiti esse Valla vidit, traiecit Acidalius* 126. SENEX Ego *B.* Ego *ceteri* (*) *In sequentibus* SENEX *et* parasitus *praescr. B,* SEN *et* PAR̃ *vel* PARS *DE, nisi quod saepius om. pers. D: ubi nihil testor consentiunt libri* 127. Visamne B^1D, *corr.* B^2 quipiam *BD* (*) 128. sursum *J* 129. Aegre (Egre *BDE*) est mihi (michi *J*) *libri* questum *BDEF* 131. ullo *ex* ullu *D.* nullo *F'* pacto ille pacto ille *J* 132. carnifici nā *D.* carmificinam *J.* carnificinam *ceteri* 133. hic *om. F* Ego *B* merore *BDEF'* 135. pelli sum *Nonius.* pellis ut *Z* miser, l macritudine 85. miseri amacritudine B^1. miser amacritudine B^2DE. misera macritudine *JF'.* miser macritudine *Z, Nonius*

Neque úmquam quicquam mé iuuat quod edó domi:
Foris áliquantillulum étiam quod gusto íd beat.

HEGIO

Ergásile salue.

ERGASILVS

Dí te bene ament, Hégio.

HEGIO

Ne flé.

ERGASILVS

Egone illum nón fleam? egon non défleam
Talem ádulescentem?

HEGIO

Sémper sensi fílio
Meo té esse amicum et íllum intellexí tibi.

ERGASILVS

Tum dénique homines nóstra intellegimús bona,
Quom quaé in potestate hábuimus ea amísimus:
Ego póstquam gnatus tuós potitust hóstium
Expértus quanti fúerit nunc desídero.

HEGIO

Aliénus quom eius incómmodum tam aegré feras,
Quid mé patrem par fácerest quoi illest únicus?

ERGASILVS

Aliénus? ego aliénus illi? aha, Hégio

---

136. unquam *EF* uiuat *J* quod ẹdo *B*. quo ẹdo *D* 137. Foribus *Z* aliquantillulum *Spengelius Philol. t. XXXVII p. 422.* aliquantillum *BDEJ*. aliquantulum *FZ* et iam *BD* 138. Ergo sile *B* Di *BD*. dii *JF* egio *BDE*(g *s. v.*) 139. Se. *om. Z* (*corr. Saracenus item v. sq.*) Neflo *BD* Egonne (egone *D*) illum non fleam? egone non *BD*. ego ne illum fleam? ego me non *EJF* *itemque* Se. *praem. Z* defleam? *BDE* (*) 140. Talem (l B^2 *ex* c *ut vid.*) adulescentem? (c *ex* t *D*) *BD*. Tale adolescente? *E*. Talem adolescentem *J* Se. *om. Z* Semper *B* 141. illum, ll *ex* n, *D* 142. *Parasiti pers., quam v. 144 habent libri, huic versui praescripsit Pylades* intelle mus E^1, gi *suprascr.* E^2 143. Quomque *F*. Qumque *DE*. Cum quę B^2. Cumq' B^1 144. *Cf. ad v. 142* postq. *D* tuus potitus est *libri* ostium *B*. hostium (*sic*) *D* 145. fuerint *B* desidero *ex* desiderio *E* 146. quom *F*. cum *ceteri* egre *BDE* 147. facerest *DE*. facere est *BFZ* quoi *F*. cui *ceteri* ille est *libri, nisi quod* ll *ex* n *ut vid. D*, illi *F* 148. PAR̃ *in v. principio om., ante interiectionem add. DE, ubi 4—5 litt. spat. habet B* Alienus? ego [illegible]. Alienus

Numquam ístuc dixis néque animum induxís tuom:
Tibi ille únicust, mi etiam único magis únicus.

HEGIO

Laudó malum quom amíci tuom ducís malum.
Nunc hábe bonum animum.

ERGASILVS

Éheu!

HEGIO

Huic illúd dolet,

* * * *

ERGASILVS

* * * *

Quia núnc remissus ést edundi exércitus.

HEGIO

Nullúmne interea náctu's, qui possét tibi
Remíssum quem dixti ímperare exércitum?

ERGASILVS

Quid crédis? fugitant ómnes hanc prouínciam.
[Quoi obtigerat postquam captus est Philopolemus tuus.]

HEGIO

Non pól mirandumst fúgitare hanc prouínciam.
Multís et multigéneribus opus ést tibi

ıgo? *vulgo cum* B^2 illi *Bothius.* illc *libri* aha Hegio *Richterus le usu partic. exclam. ed. Argentor. a. 1874 p. 7 sqq.* hah egio B^1E. ıa hegio B^2D. ah egio FZ (*) 149. Nunquam DF induxis *ex* ɔduxis *D.* induxisti *E.* induxti *J* 150. unicus est *libri* mihi $BDFZ$. michi EJ 151. quom *F.* cum *ceteri* tuum *libri* (amiːituum *D*) dicis EJF 152. animum J^2. amicum J^1 Eheu *B.* ıeu heu *F.* heu *Z* Huic *B* *Lacunam signavit* ☙ *ad hoc exɯplum explendam:*

Quia régem amisit mílitia. ¶ Immo illúd dolet,

ɲuali versu absumpto v. 153 *Hegioni continuant libri, versus* 154—157 *ɔarasito dant: sed* P̃ *add.* E^2, P *in 3 litt. ras. scr. D* (*) 153. edundi *F'* (*sed* edundi remissus est). edendi *ceteri* 154. Nullum ne BDE ıactus *libri, corr. Lambinus* (*) 155. dixti JZ. dixit BDE. dixi F (*) 156. *Hegionis personam praescr. F, parasito continuant (v. s.) ceteri* hanc omnes *F.* omnes hanc *ceteri* 157. *Vncos posuit* ☙ *praeɯnte Bosscha* P *praem Z* Cui *Camerarius in annot.* Quod *libri* optigerat *E* est *om. FZ* (*) 158. Para *praem. F* miranlum est (*ex* ē *D*) *libri* 159. *Parasito dant BDEZ, Hegioni conɯnuavit Lambinus* multi generibus *J et ex ras. E.* multis generibus *DE ante ras. F*

Milítibus: primumdum ópus est Pistorénsibus,
[Eorúm sunt aliquot génera Pistorénsium,]
Opus Pániceis, opus ést Placentinís quoque,
Opus Túrdetanis, ópust Ficedulénsibus,
Iam máritumi omnes mílites opus súnt tibi.

ERGASILVS

Vt saépe summa ingénia in occultó latent:
Hic quális imperátor nunc priuátus est.

HEGIO

Habe módo bonum animum. nam íllum confidó domum
In hís diebus mé reconciliássere.
Nam eccum híc captiuom aduléscentem intus Áleum
Prognátum genere súmmo et summis dítiis:
Hoc íllum me mutáre confidó pote.

ERGASILVS

Ita dí deaeque fáxint! Sed num quó foras
Vocátu's hodie ad cénam?

162. *Osbernus p. 433:* hic paneta ae ·i· ille qui panem facit, quod etiam hic paniceus cei dicitur, unde Plautus in Captiuis 'opus paniceis est opus et placentinis' *idem p. 442:* hic placentarius rii ·i· ille qui facit placentas, quod etiam hic placentinus dicitur, unde Plautus in Captiuis 'opus est paniceis opus et placentinis' 163. *Osbernus p. 232:* item a physis haec fisedula ae ·i· paruus piscis quod etiam fiscedulensis dicitur, unde Plautus in Captiuis 'opus est turdetanis opus fiscedulensibus': *cf. p. 244* 164. *Nonius p. 482, 2:* opus est illam rem pro illa re. Plautus Cistellaria .... et in Captiuis 'iam .... tibi'

160. primo dum *Z.* primum dum *ceteri* pistorem sibus *D* (*) 161. *Versum del.* ℭ aliquod *E* pistorum ensium *E* (*) 162. panice is *D* opus est ℭ. est opus *libri* (ē *B*) planicentinis *E* (*) 163. tardetanis *J.* turdentanis *F* opust *E.* opus est *ceteri* (*) 164. mili.tes *J* *post* sunt *2 litt. spat. D* (*) 165. *Hegioni dant FZ, parasito continuant ceteri, reddidit Lambinus* 167. *Hegionis pers. om. E, eidem continuat Z (corr. Lambinus cum BD)* modo *om. JF* nallum (*sic*) *D.* nam illum *ceteri* 168. his *s. v. D.* hisce *F* reconcilias sere *D.* reconcilias sere *B.* reconciasse *adscr.* vel re *J.* reconciliasse *F.* reconciliascere *Z* 169. Nam hic eccum adulescentem captiuum *F* captiuum *EZ* adhulescentē *B* (*non D*) intus ℭ. *om. libri* alium *libri* (per aliensem *adscripsit J*) (*) 170. ditiis *Bothius.* diuitiis (diuiciis *BD*) *libri* 171. pote *Muellerus in Fleckeiseni Annal. vol. 93 (a. 1866) p. 503.* fore *libri* (*ex* fere *J*) 172. dii *J* deque *BDE.* daequae *J.* deeque *F* *Hegionis personam ante* sed *habent libri, del. Spengelius Philol. vol. XXXVII p. 426* nunquo J^1. nunquam J^2 quo *ex* quā *D* 173. Vocatu's hodie ℭ. Vocatus

HEGIO

Nusquam quód sciam.
Sed quíd tu id quaeris?

ERGASILVS

Quía mist natalís dies:
Proptérea a te uocári ad te ad cenám uolo.

HEGIO

Facéte dictum: séd si pauxilló potes
Conténtus esse.

ERGASILVS

Né perpauxilló modo:
Nam istóc me adsiduo uíctu delectó domi.
(Age sís roga emptum: nísi qui meliorem ádferet
Quae mi átque amicis pláceat condició magis
Quasi fúndum uendam, meís me addicam légibus.

HEGIO

Profúndum uendis tú quidem, haud fundúm mihi.
Sed sí uenturu's, témperi.

ERGASILVS

Em, uel iam ótiumst.)

BDEJZ. uocatus es *F, Pylades 'ex cod. ant.'* *Hegioni Spengelius l. s. s. dedit, quae libri parasito (pers. om. Z)* Nusquam *B* (*) 174. quid tu *BD.* quid diu *EJ.* quiddum *FZ* hoc *F.* id *ceteri* queris *BDF* *Senis pers. libri habent (om. Z): corr. Spengelius* Quia *BD* mihi (michi *E*) est *libri* (*) 175. a te uocari ad te ad cenam S. te uocari ad te ad nam *B.* te uocari ad te (adte *D*) nam *DE.* te uocari ad cenam *JFZ* (*) 176. *Totum versum Hegioni dedit Spengelius, parasito dant BDE, nisi quod ante* sed *s. v. scr. D², ubi Hegionis pers. add. FZ* Facc te *E* pauxillo *Lambinus ex 'vet. libris' Acidaliusque Div. p. 90.* pauxillum *libri* (*) 177. Contemptus *BDE* Ne *post 6 litt. sp. B.* SE̅N̅ ne *DE.* Par. nae *FZ* perpauxillo (o *ex* ũ) *D.* perpauxillum *ceteri* (*) 178. meas si duo *BDE* uictū *D* *V.* 179—183, *qui post* domi *v. 190, non v. 178, locum habeant, ut v. 191 dittographiam seclusit* S. *Quos Hegioni dant FZ exceptis verbis* Profundum uendis *v. 182: pers. om. BDEJ* (*) 179. Aie *BDE* emptū *E.* eptum *J.* emtum *BD* quis *Z* 180. Que *BDF* mihi (michi *EJ*) *libri* condicio *D.* conditio *ceteri* 181. Quasi p fundum *D* 182. Pro fundum *J.* Proh fundum *FZ* haut *E* michi *E* 183. Set *E* uenturus *libri: corr. Bentleius ad*

HEGIO

I módo uenare léporem: nunc ictím tenes:
Nam méus scruposam uíctus conmetát uiam.

ERGASILVS

Numquam ístoc uinces me, Hégio: ne póstules:
Cum cálceatis déntibus ueniám tamen.

HEGIO

Aspér meus uictus sánest.

ERGASILVS

Sentisne éssitas?

HEGIO

Terréstris cenast.

ERGASILVS

Sús terrestris béstiast.

HEGIO

Multís holeribus.

ERGASILVS

Cúrato aegrotós domi.

Numquíd uis?

HEGIO

Venias témperi.

185. *Osbernus p. 537:* scrupulosus a um ·i· asper et anxius quod etiam scruposus dicitur, unde Plautus in Captiuis 'non meus scruposam uictus conmeat uiam'

Ter. Heaut. I 2, 13 temperi *J.* tempori *ceteri: cf. v. 191* *Pers. sp. D* Em uel *B.* em uel *D.* emut *E.* emulis *F.* aemulis *Z* otium est *E.* ocium est *BDFZ* (*) 184. *Pers. om. BDEF: add. Z* ictim *Erasmus cum Laelio Bisciola.* irim *BDEF.* itym *Z* cenes *F* (*) 185. Nam *Pylades.* Non *libri* scruposam, cr *ex* a, *D* commeat *EZ.* commetat *ceteri* (*) 186. istoc, o *ex* u, *D.* istec *F* heio *BE.* egio *J* 188. HE. *om. D* est sane *F.* sane est *ceteri* ER. *Saracenus. pers. sp BD. om. EFZ* Sentisne? *BD* essitas *BE D ante corr. ut vid.* essit os (o *e corr.*) *D.* hesitas *F.* haesitas *Z* 189. HE. *Saracenus. om. libri* cena est *libri* *Pers. sp. D* Susterrestris *B* bestia est *libri* 190. HE *om. BDE: corr. FZ* oleribus *EJFZ* *pers. sp. BDE* Curato *BD* egrotos *EF* dom i *D* 191. Num quid *BDE.* Nunquid *F* Venias *BD* temperi *BD.* tempori *EJFZ* Memorem *B.* me-

ERGASILVS

Memorém mones.

HEGIO

Ibo íntro atque intus súbducam ratiúnculam,
Quantíllum argenti mi ápud tarpezitám siet.
Ad frátrem quo ire díxeram mox íuero.

---

mores *J* 192. HE. *om. D* rctiunculam, c *ex* ã, *D* 193. Quantulum *Z* mihi (michi *J*) *libri* trapezitam *B*. trapaxetam *J*. trapezitam *ceteri* (*) 194. quo ire *partim e corr. partim in ras. B* dixeram, a *ex* o, *B* iuero *Pylades*. iero *libri* (*)

ACTVS II

LOLARII. CAPTIVI (PHILOCRATES. TYNDARVS)

LOLARVS

Si di ínmortales íd uoluere uós hanc aerumnam éxsequi,
Decet íd pati ambo animo aéquo: si id faciétis leuior lábos erit.
Domi fuístis credo líberi:
Nunc séruitus si euénit, ei uos mórigerari mós bonust:
Eam queít erili império, ingeniis uóstris lenem réddere.
Indígna digna habénda sunt erus quaé facit.

CAPTIVI

Oh óh oh.

LOLARVS

Eiulátione haud ópus est: multabó bolis
Oculós si multum ráditis.
In ré mala animo sí bono utare, ádiuuat.

Act. II Sc. 1 LOLARII (*sequitur nomen eras.: cf. E*) PHILOCRATES CAPTIVI TYNDARVS *B.* LOLARII PHILOCRATES (*in fine v. 194*) PHILOCRATES TYNDARVS. *E.* LORARII. PHILOCRATES. TINDARVS *J. unius v. sp., iuxta quem* LOR̄ *eras., D.* Lorarius. Philocrates. Tyndarus. Captiui duo *F* 195. Si *B.* i *cum sp. init. DE* (S *in marg. D*). Dii *J. om. FZ* di *DZ.* dii *BEJF* immortales *libri* (s B^2 *ut vid. in spat.*) id uoluere *F.* iduo luer̄ B^1 *ante* id *eras. 1 litt.* (ol *coni.* B^2, du *disi. rubr.*). id uoluerunt *ceteri* hanc uos *F.* uos an *E* aerū nam *BD* (*coni.* B^2). erum nam *E.* erumpnam *J* ex seq *B.* exeq' *E* 196. patri *E* ambo S. *om. libri* aequo animo *JF* equo *E* fatietis *E* liuor *E* (*) 197. *Post* fuistis *2 litt. sp. ut vid. D* 198. Seruitus nunc *F* seruitutis *E.* seruitis *Z* sic *J* sie uenit & *D* (*) 199. Eam queit S. Eam que et *B.* Eamque et *ceteri* herili *DFZ* uostris *EFZ itemque B, sed* u B^2 *e corr.* nostris *J.* uŕis *ex* nr̄is *D* leuem *Z* (*) 200. que herus *F* 201—214. CAPT̄ *vel* CA *vel* C et LOR̄ *vel* L *praem. libri: inde a v.* 203 TYN. *pro* CA *Pareus scripsit* (PH. *Dousa*) 201. oho hoh *libri in fine v. 200* haut *E* multabo bolis Oculos si multum raditis S. multa oculis multa miraclitis *libri, nisi quod* mira clitis *vel* ditis *D,* mira litis *J ex ras.,* mira dicis *Z,* mira cuditis *F* (*) 202. utare, e *ex corr., D* (*)

TYNDARVS

At nós pudet quia cúm catenis súmus.

LOLARIVS

At pigeat póstea
Nóstrum erum sí suos éximat uínculis
Aút solutós sinat quós argento émerit.

TYNDARVS

Quid a nóbis metuit? scímus nos
Nóstrum officiúm quod est, sí solutós sinat.

LOLARIVS

Át fugam fíngitis,
Séntio quam rém agitis.

TYNDARVS

Nos fúgiamus? quo fúgiamus?

LOLARIVS

In pátriam.

TYNDARVS

Apage haud nos déceat
Fugitíuos imitari.

LOLARIVS

Ímmo edepol, si occásio erit, id haud dehórtor.

TYNDARVS

Vnum exoráre nos sínite uos.

LOLARIVS

Quídnam id est?

TYNDARVS

Vt sine hisce árbitris
Aéquiter nóbis detís loquendí locum.

---

203. *Post* pudet *6 litt. ras. J* catenatis *B* Ad pigeat *BE.* ad pigeat *D* 204. suos *Spengelius.* uos *libri* (*) 205. At *J* solutor *EJ* sinat quos *F.* sinatq' quos *ceteri* (sinat q' *E.* sin atq' *D*) 206. ano bis *B* Scimus *E* officium, c *ex* t, *E* (*) 207. fugam, f *ex corr., D.* fugiam *F* fingitis, i *ex* u, *D.* fugitis *EJF* scio *JF* (*) 208. Apage *B. om F* hud *E* nos deceat *Z.* nos decet *JF.* nos di deceat *E.* nos dideceat *D.* nos id deceat *B: cf. ad v. 209* (*) 209. si occasio erit id haud *Muellerus Pros. p. 71.* si erit occasio haud *libri* (*verba* occasio haud dehortor *add. B² ut vid.*) (*) 210. uos sinite nos *Mahlerus de pron. pers. ap. Pl. colloc. ed. Gryphisw. a. 1876 p. 30.* nos sinite uos *libri* quid nā *BD* (*verba* quid nā id est CAP ut sine hisce *in ras. B, quae cum* arbitris *voce versui 210 adplicantur* 211. *Cf. ad v. 210* sinebis *D.* sine hisce *ceteri* 212. Aequiter nobis *S.* At-

LOLARVS

Fíat abscédite hinc: nós concedámus huc.
Séd breuem orátionem íncipisse.

TYNDARVS

Em istúc mihi certum erat: cóncede huc.

LOLARVS

Abíte ab istis.

PHILOCRATES

Obnóxi ambo
Vóbis sumus própter hanc rém quom quae uólumus nos
Cópiast: cónsili fácitis nos cónpotes. —
Sécede huc núnciam sí uidetúr procul,
Ne árbitri dícta nostra árbitrarí queant
Neú permanét palam haec nóstra fallácia.
Nám doli nón doli súnt, nisi astú colas:
[Séd malum máxumum, si íd palam próuenit.]
Nam sí erus tu mi es átque ego me tuom ésse seruom
adsímulo,
Tamen uíso opust cautóst opus ut hoc sóbrie sineque árbitris
Adcúrate agátur docte ét diligénter.

que uobis (u *ex* n *B*) nobis *libri* loquendi locum *Pylades: et sic D ante corr.* loqcum (q *del. m. 1*) loquendi *E.* locum loquendi *BJZ itemque ex corr. D.* modum loquendi *F* (*) 213. hinc uos: concedamus *F* uos *J* 214. *Priori adhaeret versiculus* set *E* incipisse *D ante corr. J.* incipesse *BD ex corr. EZ.* incepisse *F* (*) 215. TY. *Parcus.* PHI *B.* phil *EFZ. om. D* · Em *BDE.* hem *JFZ* mihi *om. EZ* LO.] *pers. spat D* abite abistis *ex* abistis abite *E.* abite ab illis *D* PHIL. *Saracenus.* TYN. *BFZ.* TIN *E. spat. D: cf. ad v. 217* obnoxi ambo ☙. obnoxi iã bo *D.* obnixii ambo *J.* obnoxii ambo *BEJZ* (*) 216. cum quae *Z.* cũq' *BE.* cumq. *D.* cumque *J.* cunque *F* (*) 217. PHI *praem. B,* phil *E: cf. ad v. 215* Copia est *libri* consili ☙. ea *libri* compotes *libri* (*) 218. nunc iam *libri* 220. Neue *libri* (Ne ue *B*)*: corr. Guietus, Hermannus El. d. m. p. 211* palem *D ante corr.* fallatia *BDE* (*) 221. nisi *F, Camerarius.* ni *BDEJZ* (*) 222. *Vncos posuit* ☙ maxumum, *priore* u *s. c , B.* maximum *E* 223. tu mihi's *Hermannus.* mihi (michi *E*) es tu *libri* (estu *D*) tuum *et* seruum *libri* asimulo *J.* assimulabo *F.* assimulo *ceteri* (*) 224. opus est *F* cauto est opus *BJZ et D ex corr.* causto est opus *E et D ante corr.* cauto opus est *F* si neque *E* 226. Accurate *Guietus, Hermannus.* Accurate hoc *libri* (e *ras. ex* ę *B*) agat̃ *D, 1 litt. post* t̃ *er.*

Tanta íncepta rés est: haud sómniculóse hoc
Agúndumst.

TYNDARVS

Ero út me uolés esse.

PHILOCRATES

Spéro.

TYNDARVS

Nam tú nunc uidés pro tuó caro cápite
Carum ófferre meúm me capút uilitáti.

PHILOCRATES

Scio.

TYNDARVS

Át memento scíre, quando id quód uoles habébis.
Nam fére morem hunc hominés habent:
Quod síbi uolunt, dum id ínpetrant,
Boní sunt: sed id ubí iam sese pénes habent:
Éx bonis péssumi et fraúdulentíssumi
Fíunt. nunc út mihi té uolo esse, aútumo.

PHILOCRATES

Quód tibi suádeo, suádeam meó patri.
Pól ego si te aúdeam meúm patrem nóminem:
Nám secundúm patrem, tú's pater próxumus.

TYNDARVS

Aúdio.

---

227. incoeptares *B* somniculose, c *m. 2 ex corr. et* e *ras. ex* ę, *B* (*) 228. Agendum est *libri* TY] *spat. D* Ero *B* PH] *spat. D* 229. TY. *Lambinus. om. libri* 230. me meum *Hermannus, Bentleius: inv. Bothius.* meum *libri* capud *DE ante* uilitati *6—7 litt. ras. in B* uitilitati *J* 231. TYN. Scio. PHI *libri, nisi quod* Scio *cum spat. D: pers. inv. Lambinus* At *B* scire memento *libri: inv. Fleckeisenus ante* id *apex m. 1 del. in B* habebis, e *ex* i, *B* (*) 232. fere ✠. fere maxima pars *libri* mortem, *del.* t, *D* (*) 233. *Verba* quod sibi uolunt *priori*, Dum id impetrant *sequenti versui adplicantur* id *om. F* 234. sese penes ✠. penes sese *libri, sed* penes *cum 2 litt. ras. et* s *e corr. B* (*) 235. pessimi (pissimi *D*) et fraudulentissimi *BDE* 236. Fiunt *Hermannus.* Sunt *libri* (t *e corr. B*) michi *E* autumo B^2 *in ras.* autumno *J* (*) 237. PHIL. *om. libri, add.* ✠ suadeo *Camerarius.* suadeam *libri* sua deam, *ante* d *1 litt. er., B* (*) 238. site *BD* meum, u *ex corr., B* (*) 239. tues *libri* proxumus B^2F. proximus B^1DEZ (u *ex corr. D*) 240. PHI *om. D* sepius *libri* ted *Fleckeisenus.* te *libri* (*)

PHILOCRATES

Et proptérea saepiús ted ut memíneris moneo:
Nón ego erus tibí, sed seruos súm. nunc obsecró te hoc unum:
Quóniam nobis di ínmortales ánimum ostenderúnt suom,
Vt qui erum me tíbi fuisse atque ésse conseruóm uelint,
Quom ántehac pro iure ímperitabam meó, nunc te oro pér precem:
Pér fortunam incértam, per mei te érga bonitatém patris,
Pér conseruitiúm commune quód hostica euenít manu,
Né me secus honóre honestes quám quom seruibás mihi,
Átque ut qui fuerís et qui nunc sís meminisse ut mémineris.

TYNDARVS

Scío equidem me te ésse nunc et te ésse me.

PHILOCRATES

Em istuc sí potes
Mémoriter meminísse in hac spes nóbis est astútia.

HEGIO. PHILOCRATES. TYNDARVS

HEGIO

Iam égo reuortar íntro, si ex his quaé uolo exquisíuero.
Vbi sunt isti quós ante aedis iússi huc producí foras?

---

241. sed tibi *F*. tibi *om.* sed *D* seruũ *D* sum *E ex corr.* (*) 242. diim mortales *ex* dum mortales *B* (imm. *vel* īm. *etiam ceteri* dii *J*) dii immortales nobis *F*^{1} ostenderunt, os *ex corr., D* suum *libri* 243. erũ, *2 litt.* (nt?) *post* ũ *eras., B* conseruom *Bothius.* nunc conseruum (conseruon *F*) *libri* (*) 244. Quom *Fleckeisenus.* Quod *libri* ante hac *BDE* im perita bam *B* (peritabam *B*^{2}) meo] modo *Z* perp̃cem *E* (*) 245. per ☙. et per *libri* mei (e *ex* ę *ras.*) tę *B* erga te *F*^{1} 246. Per *Lindemannus.* Perque *libri* c̃mune *E* (*) 247. Neme *ras. ex* Nęmę *B* honore, e *ras. ex* ę, *B* quam ego te quum *Z* seruiebas *libri, corr. Pylades* 248. Atque qui *Z* *et ante* nunc *2—3 litt.* (*fort.* sis) *eras. et post* nunc *3 litt. ras. in B* (*) 249. TY *om. D* Scio equidem *Luchsius Herm. t. VI (a. 1870) p. 277.* Scio quidem *libri, sed* o *e corr. B* hunc *F*^{1} PHI| *spat. D* Hem *JFZ* emistuc *BE* potest *B* 250. menisse *J* inest spes nobis in hac *libri: corr* ☙. (*)

Act. II Sc. 2 SENEX HEGIO PHILOCR EIDEM TYNDARVS *BE.* EGIO SENEX PHILOCRATES . ET IDEM TINDARVS *J.* ægio Philocrates et idem Tyndarus *F. unius v. spat. D.* 251. HE *praem. BE* Nam *F*^{1} ego reuertar intro *B*^{2} *in spat.* (reuertar *cum cet.*) que *BD* ex quisiuero *B.* exquisi uero *J* (*) 252. edis *BDE* Foras *proximo versui adplicant libri* (*post* PHI *BE*)

PHILOCRATES

Édepol tibi ne in quaéstione essémus cautum intéllego:
Ita uinclis custódiisque círcummoenití sumus.

HEGIO

Quí cauet ne décipiatur, uíx cauet quom etiám cauet:
Étiam quom cauísse ratus est, saépe is cautor cáptus est.
Án uero non iústa causast, út uos seruem sédulo,
Quós tam grandi sím mercatus praésenti pecúnia?

PHILOCRATES

Néque pol tibi nos, quía nos seruas, aéquomst uitio uórtere
Néque te nobis sí abeamus hínc, si fuat occásio.

HEGIO

Vt uos hic itidem íllic apud uos méus seruatur fílius.

PHILOCRATES

Cáptus est?

HEGIO

Ita.

PHILOCRATES

Nón igitur nos sóli ignaui fúimus.

HEGIO

Sécede huc tu: nám sunt, quae ex te sólo scitarí uolo,
Quárum rerum té falsilocum míhi esse nolo.

---

253. PH *om. D, ut semper inde ab hac scaena in principiis versuum, cum in mediis spatia reliquerit* ne · questione *B*. ne questione *DJF*. ne questionē *E*. ne quaestioni *Z* HE cautum *B in ras.* (HE *in 5 litt. ras. ut vid.*). chautū (ū *ex* o *ut vid.*) *D*. chautum *E* (*) 254. PHI *praem. B²* uinculis *B* custodiis que *B*. custodi isque *E* circum moeniti *BDJ*. circum moenitis *E*. circummoniti *Z*. circummuniti *F* 255. me *J* quom *F*. cum *BDE* 256. etiam *cum spat. init. BD* cum *libri* sepe *libri* (*) 257. causa est *libri* seruet *DE et B ante corr.* 258. grandis *DE et B ante ras.* immercatus *D*. inmercatus *E* presenti *BD*. p̄sentia *E*. presentia *JF* 259. aequom est uitio *Camerarius*. equō stulcio (·l· t stulte B^2) *B*. equō stul cio *D*. equō stultio *EJ*. equum stulticie *F*. aequom stultitiae *Z* uertere *EJ* 260. phi *praem. del. rubr. E* habeamus *E* (*) 261. uos, u *ex* n *rubr., E* *ante* illic *2—3 litt. ras. et* ill *ex corr. B* aput *BJ* me *D* (*) 262. PHI (I *ex* E *ras.*) *B* Ita *B* ignari B^1DEF. igitari *J* (t ingnaui B^2 *in marg. cum Z*) sumus *Z* (*) 263. HE *om. E* huc tu ☙. huc *libri* (hic *F*) nam *ex* nos *E* solio *J* stitari *DE* (*) 264. rerum te *ex* te rerum *E* falsilocum B^1JD. falsu (u *ex* ū *ras.*) locum *E*. falsiloqum B^2. falsiloquum *FZ*

PHILOCRATES

Nón ero,
Quód sciam: si quíd nescibo, id néscium tradám tibi.

TYNDARVS

Núnc senex eist ín tostrina, núnc iam cultros ádtinet.
Ne íd quidem, inuolúcrum inicere, uóluit, uestem ut ne ínquinet.
Séd utrum strictimne ádtonsurum dícam esse an per péctinem,
Néscio: uerúm si frugist, úsque admutilabít probe.

HEGIO

Quíd tú? seruosne ésse an liber máuelis memorá mihi.

PHILOCRATES

Próxumum quod sít bono, quodque á malo longíssume,
Íd uolo: quamquám non multum fúit molesta séruitus
Néc mihi secus erát quam si essem fámiliaris fílius.

TYNDARVS

Eúgepae! Thalém talento nón emam Milésium:
Nam ád sapientiam húius nimiam nímius nugatór fuit.
Vt facete orátionem ad séruitutem cóntulit!

---

269. *Osbernus p. 341:* mutilo as et admutilo as omnes in uno sensu pro detruncare dicuntur, unde Plautus in Captiuis 'si frugi est usque admutilabit probe'

---

265. si qđ *E.* si quod *Z.* id quod *JF* nescibo *Acidalius Divin. p. 94.* nesciui *libri* (*) 266. TY. *Saracenus. om. BD.* he *E.* EG *JF'Z* eist ℭ. est *libri* intostrina *B,* in *ex corr.* bitostrina *D* (ri *ex* oi) *et* (to *s. v.*) *E et fort. B ante corr.* in tonstrina *JFZ* (*) 267. involucrum *Turnebus Adv. XXVIII 38.* inuolucre *BDEJZ.* inuoluere *F* ne *s. v. B* ne quinet, ne *ex* nẽ, *D* (*) 268. uerum *F* strictim ne B^1DEF (*coni.* B^2) adtonsurũ, ũ *ex* ã, *D.* attonsurum *F.* at tonsutum *Z* esse *om. F* p *ex corr. D* pẽtinem *B.* petinem *D* (p *ex corr.*) *et E* 269. PH *praem. libri, del. Saracenus* frugi est *FZ* admutalabit *D.* admutila labit *B.* ad mutilalabit *E* prope B^1 (*corr.* B^2) 270. seruus ne *BDE* ma ue lis *E* 271. PH *add.* B^2. *om.* B^1EJ: *cf. ad v. 272* Proumum *B* (x B^2). Proximum *EF'* bonũ *E.* bonum *JF'Z* quod que *D* longissime *BDE* (*) 272. PH. *praem. EJ. in B pers. nota rubra er.* quã quã *BD* molestia *E* 273. esse *J* 274 TY B^2 *in ras.* he *E.* EG *JF'Z* Eugepae Thalem *Guliel-mius Qu. in Capt. p. 356.* Euge petalem *BD.* Euge potalẽ *E.* Euge potalem (*suprascr.* vel ob) *J.* Euge ob talem *F.* Euge pol thalem *Z* taulento *BD* milesium? *BD* (*) 275. huius *E* nimiam nimius ℭ. nimius *libri* (*) 276. facere *JZ.* uocete *D* ad seruitutẽm (*sic*) *B.* adseruiturem *E*

HEGIO

Quó de genere gnátust illic Phílocrates?

PHILOCRATES

Polyplúsio:
Qúód genus illic únumst pollens átque honoratíssumum.

HEGIO

Quíd ipsus hic? quo honórest illic?

PHILOCRATES

Súmmo atque ab summís uiris.

HEGIO

Tum ígitur, tanta ei in Áleis quom grátiast ut praédicas,
Quíd diuitiae? súntne opimae?

PHILOCRATES

Vnde éxcoquat sebúm senex.

HEGIO

Quíd pater? uiuítne?

PHILOCRATES

Viuom quom índe abimus líquimus:
Núnc uiuatne nécne, id Orcum scíre oportet scílicet.

TYNDARVS

Sálua res est: phílosophatur quóque iam, non mendáx modost.

HEGIO

Quód erat ei nomén?

---

277. HE *add.* B^2. *om.* B^1 *cum* $EJFZ$: *cf. ad v. 274* de, d *e corr. et cum ras.*, B natust $BDEZ$. natus est JF philo crathes BD poliplusio DE. Polyphrusio J. polifrusio F (*) 278. unum est *Pylades.* est unum *libri* (*inv. in B man. Cam.*) honoratis sumum E (*) 279. Quod EJ honore *ex* honere D est *libri* Summo B atque atq. (*alt.* t *ex* l *vel* b) D absumis E 280. tanta ei in Aleis quom ☠ *praecunte Spengelio.* ei cum inaleis (in aliis JFZ) tanta *libri* est tanta gratia F. tanta gratia est *ceteri* predicas BF(*) 281. diuiciae B sunt ne $BDEJZ$. insunt ne F opimae *Camerarius in annot.* optume $BDEF$. optumae JZ Vnde BD exquoquat B seunm *libri, corr. Lambinus* (*) 282. uiuit ne BDE uiuum (Viuum BD) cum *libri* abiimus *libri, corr. Bothius cum Italis* linquimus, n *er.*, B 283. uiuatne necne *Bothius cum aliis.* uiuat nec ne *libri* idortum *J.* (*) 284. Ty B^2 *in ras.* he E. Eg JFZ modo est *libri* (*ex* est modo E)

PHILOCRATES

Thensaurochérsinicochrýsides.

HEGIO

Vídelicet proptér diuitias índitum id nomén quasist?

PHILOCRATES

Ímmo edepol proptér auaritiam ipsíus atque audáciam.
[Nam ílle quidem Theodóromedes fúit germano nómine.]

HEGIO

Quíd tu ais? tenáxne pater est eíus?

PHILOCRATES

Immo edepol pértinax.
Quín etiam ut magis nóscas: genio súo ubi quando sácrificat,
Ád rem diuinám quibus opus est Sámiis uasis útitur —
Ne ípse Genius súbrupiat. proinde áliis ut credát uide.

HEGIO

* * * * * * * * * *
Séquere hac me igitur. — eádem ego ex hoc quaé uolo exquaesíuero. —
Philocrates, hic fécit hominem frúgi ut facere opórtuit.
Nám ego ex hoc quo génere gnatus sís scio, hic fassúst mihi.

285. HE B^2. *om.* $EJFZ$: *cf. ad v.* 284 nomen *ex* nomem B Thensaurochersinicochrysides ☞. Thensauro (Tensauro E. Thesauro FZ) chrysonico (chrusonico E. chrisonico DF) chrisides (chri| sides B. crisides EJ. chrysides Z) *libri* (*) 286. HE *add.* B^2. *om.* B^1EJ Vi delicet B nomem B quasi est *libri* (*) 287. PHI *add.* B^2. *om.* B^1EJ auariciam B *in ras. et* DF atque *om.* J audatiam BE (*) 288. *Versum spurium esse intellexit Bothius* ille *Camerarius*. illi $EJFZ$. illic BD theodoro medes BDE (*tert.* o E^2 *e corr.*) J (*) 289. tenax ne BDE eius est JF Immo B 290. quandoq; F (*) 291. opus est JF. est opus *ceteri* utimur E 292. surripiat *libri* pro inde BE alius DJ *et* B *ante corr.* et J. ut *om.* EZ (*)

Lacunam significavit ☞ *ad hoc exemplum:*

Sátis ex te iam audíui: resta. Philocrates, nunc té uolo.

293. HE *om.* E me hac F exquesiuero BD *e corr.* E. exquisiuero JFZ *et* D *ante corr.* 294. Philo crates B 295. nam, n *ex* a, E ex, x *ex* o, *om.* hoc D natus FZ sis . . scio J. sis sci E. scio sis Z fassus est *libri* (est *itemque* mi(hi) *in ras.* B) michi E

Haéc tu eadem si cónfiteri uís tua ex re féceris,
Quaé tamen aio scíre me ex hoc.

TYNDARVS

Fécit officium híc suom,
Quóm tibist conféssus uerum: quámquam uolui sédulo
Meám nobilitatem óccultare et génus et diuitiás meas,
Hégio: nunc quándo patriam et líbertatem pérdidi,
Nón ego istunc me pótius quam te métuere aequom cénseo.
Vís hostilis cum ístoc fecit méas opes aequábiles.
Mémini quom dicto haúd audebat, fácto nunc laedát licet.
Séd uiden? fortúna humana fíngit artatque út lubet:
Mé qui liber fúeram, seruom fécit, e summo ínfumum.
Qui ímperare insuéram nunc altríus imperio óbsequor.
Ét quidem si proínde ut ipse fui ímperator fámiliae
Hábeam dominum, nón uerear ne iniúste aut grauiter mi ímperet.
Hégio, hoc te mónitum nisi forte ípse non uis uóluerim.

HEGIO

Lóquere audacter.

TYNDARVS

Tám ego fui ante líber quam gnatús tuos:
Tám mihi quam illi líbertatem hostílis eripuít manus:
Tám ille apud nos séruit quam ego núnc hic apud te séruio.
Ést profecto déus qui quae nos gérimus auditque ét uidet:

---

296. tua ex *Valla* (e *Camerarius*). tua *libri* refeceris B^1DE (*disi.* B^2) 297. tamem *B* aio *B*. scio *BDEJ*. scito *FZ* offitium *E* suum *libri* (*) 298. Cum tibi est *libri* uerum *om. Z* quamquam *Camerarius*. quam *BDEJ*. quem *FZ* se dulo *E* 299. occul tare *E* diuicias *B* (*) 300. Ḟ. gio; (egio *F*) Nunc patriam (*om.* quando) *JF* 301. istuc *E* equum *BDE* (*) 302. histilis *D* equabiles *BDEF* 303. audebat, t *e corr.*, *B* ledat *BDE* 304. furtuna *J* iubet *E* (*) 305. lib⁹ fueram, m *ex* t, *E* seruon *F*. seruum *Z* infimum *libri* 306. insueueram *F* altrius *Ritschelius Opusc. I p. 436* (*cf. II p. 672 sq.*). alterius *libri* (*) 307. Equidem *FZ* pro inde *B* 308. uerebar, *sed* b *del. m. 1*, *E* iniust aut *E* 309. Hegio, H *ex* C, *D*. Heio *B*. Hēo *E* uoluerim *Brixius*. uolueram *libri* 310. tuus *libri* - 311. illi *s. v. D* 312. apud *bis ex* aput *B*. aput *semel EJ* hic *om. F* seruio, o *ex* t, *D* 313. quiq̃ *ex* quiq⁹ *B*. quiq. *D*. qq⁹ *E*. quique *J* audit que *D et B ante corr.* (*) 314. pro inde *BD*

Ís uti tu me hic hábueris proinde íllum illic curáuerit.
Béne merenti béne profuerit, mále merenti pár erit.
Quám tu filiúm tuom tam patér me meus desíderat.

HEGIO

Mémini ego istuc: séd faterin éadem quae hic fassúst mihi?

TYNDARVS

Égo patri meo ésse fateor súmmas diuitiás domi
Méque summo génere gnatum: séd te optestor, Hégio,
Né tuom animum auáriorem fáxint diuitiaé meae:
Né patri tametsi únicus sum décore uideatúr magis
Mé saturum seruíre apud te súmptu et uestitú tuo
Pótius quam illi ubi mínume honestumst méndicantem uíuere.

HEGIO

[Égo uirtute deum ét maiorum nóstrum diues súm satis.]
Nón ego omninó lucrum omne esse útile homini exístumo:
(Scío ego multos iám lucrum lutuléntos homines réddidit.)
Ést etiam ubi profécto damnum praéstet facere quám lucrum.
Ódi ego aurum: múlta multis saépe suasit pérperam.
Núnc hoc animum aduórte, ut ea quae séntio paritér scias.
Fílius meus íllic apud uos séruit captus Álide:
Eúm si reddis míhi, praeterea núllum nummum né duis,
Ét te et hunc amíttam hinc — alio pácto abire nón potes.

---

315. parerit *BD.* parer *J* 316. tuum *libri* 317. ego, e *ex* ist, *B* istoc *libri, corr. Brixius* (*alii* istaec) faterin, n *ex* m, *D.* frater in *E* fassus est *libri* *V. 318—324 initia in rasura scripsit* E^1 318. patri, i *ex* e, *D* diuicias *B* 319. meque *B.* Me||que, i *ut vid. er., E* optestor, s *ex* c, *B.* optector *D.* obtector *E.* obstentor *J* 320. animum tuum *J.* tuum animum *ceteri* meæ *D* 321. tam etsi *E.* tamet si *D.* tam et si *J* decore ℭ. decere *libri* (*) 322. aput *J* 323. illi *ex* ulli *ras. B.* illi uel lic *J.* illic *FZ* honestust *E.* honestu est *BD.* honestum est *FZ* 324. *Versum ex Aulul. 166 interpolatum esse monstravit Ritschelius Opusc. II p. 283* Eg. *ante v. 325 Z* (*corr. Pylades*) uirtutem *J* ||||deum (de *etiam in ras.*) *B* magiorum *D, sed* g *del. m. 1* 325. omnem *J* existumo *F.* et istimo *D.* existimo *ceteri, sed* exi *litt. in B obscuriores* 326. lutulentos *B.* luculentos *ceteri* (*) 327. dampnum *J* prestet *BDEF* (*) 328. ego *ex* ero *B* sepe *DEF et in 6 litt. ras. B* 329 aduorte *JF.* aduortite *BDEZ* sciatis *Z* 330. *Post* seruit *5 litt.*, alide *ut vid., er. B* captus alide *add.* B^2 aulide *FZ* (*) 331. preterea *BF* nullum ℭ. unum *libri* dius *DE* (*) 332. *Post* Et *2 litt. er. B* admittam *E*

TYNDARVS

Óptumum atque aequíssumum oras óptumusque hominum és homo.
Séd is priuatam séruitutem séruit illi an públicam?

HEGIO

Príuatam medicí Menarchi.

TYNDARVS

Pól is quidem huius ést cluens:
Tám hoc quidem tibi ín procliui quam ímber est quandó pluit.

HEGIO

Fác citissume út redimatur.

TYNDARVS

Fáciam, sed te oro, Hégio —

HEGIO

Quíduis, dum ab re né quid ores, fáciam.

TYNDARVS

Ausculta, túm scies.
Égo me amitti dónicum ille huc rédierit non póstulo:

---

339 *sq. Priscianus inst. XV p. 74, 12 H.:* quod (*scil.* donec) etiam donicum antiqui dicebant. Plautus in Captiuis 'ausculta . . . . redierit' *Item* donicum *hinc excerpsit glossar. Plaut. p. 58, 3 H.: cf. Ritschelius Opusc. II p. 241 sq.*

---

333. equissumum *F.* equissimum *BE.* aequissimum *D* optumus que *B* hominum es homo *JFZ et D e corr.* hominum homo es *B et D ante corr.* hominum homo *E* (*) 334. HE *praem. BEF* priuatum *E.* priuatim *D ante corr. ut vid.* seruitutem . . . . publicam *in ras. J* illic *FZ* publicam, bl *ex* pi, *D* 335. TYN *praem. BEF* Priuatum *E* menarchy *E.* menarchi *D* TY *Z.* HE *BE.* EG. *JF* is *Fleckeisenus.* hic *libri* clienius *J.* cliens *ceteri* (*) 336. TYN *praem. BE* inprocliue *B.* inprodiui? *J.* inprocliui, *er.*?, *D* ymb' *E cum linea rubricatoris* (*) 337. Fac citissume ☙. Facis *D.* Fac is (Facis *BE*) homo *ceteri ex v. 341* ut redimatur? *B*(?*B*²). utredimatur *D.* ut redimator *E* fatiam *E* te ☙. id te *F.* te id *ceteri* (*) 338. Quid uis *BDE* nequid *BD* fatiam *E* tu scies *Z.* tum scies (scias *B ut vid.*) *ceteri cum Prisciano* (*) 339. ad mitti *E* donicum *FZ: cf. testim.* donec cum *BDEJ post* redierit *spat. in D*

Vérum te quaeso aéstumatum hunc míhi des quem mittam
ád patrem,
Vt is homo redimátur illi.

HEGIO

Immo álium potius mísero
Hínc ubi erunt indútiae illuc, tuóm qui conueniát patrem,
Quí tua quae tu iússeris mandáta ita ut uelis pérferat.

TYNDARVS

Át nihil est ignótum ad illum míttere: operam lúseris:
Húnc mitte, hic rem omném transactam réddet, si illuc
uénerit.
Néque quemquam fidéliorem néque quoi plus credát potes
Míttere ad eum néque qui magis sit séruos ex senténtia,
Néque adeo quoi tuóm concredas fílium hodie audácius.
Né uereare: meó periclo ego húius experiár fidem
Frétus ingenio eíus quod me esse scít sese erga béniuolum.

HEGIO

Míttam equidem istunc aéstumatum tuám uicem si uís.

TYNDARVS

Volo.

---

340. queso *BEF* aestumatum *Bosscha.* ut aestumatum *B.* ut aestimatũr *D.* ut aestimatum *JZ.* ut estimatum *EF* (*) 341. illic *JFZ* initio *J* misero, ero *in ras. m. 2, B* 342. indutiae, t *ex* c, *B* tuum *libri* conueniat *FZ.* conuenit *BDEJ* 343. tu *ex* tua *D* proferat *Z* (*) 344. nichil *ex* ni *rubr. in E* *post* mittere *spat. in B (3 litt.) et D* oper| |am, *2 litt. er., J* 345. mitte *ex* mittere *D* rem omnem transactam ℭ omne transactum (trans actum *BD*) *libri* (*) 346. Nec *JFZ.* Ne *BDE* (Nequemquam *B*) cui *libri* credat, e *ex* a, *B* 347. nec qui *JF.* nequi *BDEZ* seruus *libri* 348. quoi *F.* cui *ceteri* tuum *F.* suum *ceteri* concredas ℭ. concredat *libri* hodiẽ *D* audatius *ED ante corr.* (*) 349. perido *J ante corr.* periculo *BFZ* ego huius *Fleckeisenus.* huius ego *libri* ex periar *B* fidem *F* uice (uicẽ *EZ*) fidem *BDEZ* fidem uel uicem *J: cf. ad v. 351* (*) 350. *Verba* Fretus ingenio| |ei quod me esse scit *al. m. in lac. add. in D* esse *ex* isse *B* sese erga *Muellerus Pros. p. 68, Bentleius.* erga sese *DEJFZ.* erga se *B* beniuolum *BJ.* bene uolum *E.* benеuolum *DFZ* (*) 351. istunc *Camerarius.* istum *libri* aesty matum *B.* estumatum *E* tuam uicem ℭ: *cf. ad v. 349.* tua fide *libri* *ante* tua *2 litt. er. in B* siuis *E.* suus *J*

HEGIO

Quám citissumé potest, tam hoc íter eat.

TYNDARVS

Factúm uolo.

HEGIO

Núm quae causast quín, si ille huc non rédeat, uigintí minas
Míhi des pro illo?

TYNDARVS

Óptuma immo.

HEGIO

Sóluite istum núnciam,
Átque utrumque.

TYNDARVS

Dí tibi omnes ómnia optata ófferant,
Quóm me tanto honóre honestas quómque ex uinclis éximis.
Hóc quidem haud moléstumst, iam quod cóllus collarí caret.

HEGIO

Quód bonis benefít beneficium grátia ea grauidást bonis.
Núnc tu illum si illó's missurus díce monstra praécipe,
Quae ád patrem uis núntiari. uín uocem huc ad té?

TYNDARVS

Voca.

---

352. *Glossar. Plaut. p. 58, 3 H.* citissime *hinc excerpsit* 357. *Donatus art. gramm. III 2 p. 393, 31 K.:* (fiunt soloecismi) per genera sicut 'validi silices' et 'auarae cortices' et 'collus collari caret'

---

352. HE. *add.* ℭ. *om. libri* citissime *BDEZ* hoc iter eat. TY. Factum ℭ. hoc cedere ad factum *libri, nisi quod* credere *J, 2 litt. spat. et ante et post* cedere *B*, adfactum *DE* (*) 353. Numquae *B*. Nunq̃ *F* causa est *libri* 354. Michi *E* optuma *E*. optima *B*. Optima *D*. optume *JFZ* Soluite *BD* nunc iam *libri* (*) 355. Di *B*. dii *JF* om̃is *BDE* offerant *Fleckeisenus*. ferant *libri* (*) 356. Quom *et* quomque *F*. cum *et* cumque (cum que *B*) *ceteri* uinculis *JF* 357. aut *E* molestumst *E*. molestum est *ceteri* tam *D* collari caret *Bothius, Bentleius: atque* collaricaret *Leid. Don.* collarigaret *Iulianus.* collaria caret *BDEJ²FZ cum. Berol. et Par. corr. Don.* (collario *Don. Par. ante corr. cum ms. Lang.* colloraria *J¹*) (*) 358. *Hegioni Camerarius dedit, Tyndaro continuant libri: cf. ad v. 359* bene fit *BE*. bene sit *J* benefitium *E* grauida est *libri* 359. *Hegionis pers. in libris praem. del. Camerarius* illim *B¹, corr. B²* illō *B* es *libri* monstra *Camerarius*. demonstra *libri* (*) 360. nunciari *BD* Voca *BD* (*)

HEGIO.

Quae rés bene uortat mihi meoque fílio
Vobísque: uolt te nóuos erus operám dare
Tuo uéteri domino quód is uelit fidéliter.
Nam ego te huíc dedi aestumátum uigintí minis,
Hic aútem te ait míttere hinc uelle ád patrem,
Meum ut íllic redimat fílium: mutátio
Intér me atque illum ut nóstris fiat fíliis.

PHILOCRATES

Vtróque uorsum réctumst ingeniúm meum,
Ad te átque ad illum: pró rota me utí licet.
Vel ego húc uel illuc uórtar quo imperábitis.

HEGIO

Tuté tibi tuopte ingénio prodes plúrumum,
Quom séruitutem ita férs, ut eam ferrí decet.
Sequere: ém tibi hominem.

TYNDARVS

Grátias habeó tibi,
Quom cópiam istam mi ét potestatém facis,

---

368. *Priscianus inst. XV p. 75, 22 H.*: similiter (*scil.* ut dextrouorsum, deorsum uersum) utroque uorsum Plautus in Captiuis 'utroque .... meum' *Item* utroqueuorsum *hinc excerpsit gloss. Plaul. p. 58, 3 H.*

Act II Sc. 3 HEGIO (EGIO *JF*) SENEX PHILOCRATES (P *ex* F *B*) ADOLESCENS (adulescens *F*) TYNDARVS (N *postea ead. m. inserta in B.* TINDARVS *J*) SERVVS (seruos *F*) *BEJF. unius t. spat. D* 361. HĒ *praem. B*². TYN *E* Que *B.* ue *cum spat. init.* (*praefixo* q) *D* uortant *F et* n *deleta D* mihi *B*² (ihi *in ras. 2 litt.*). meo *DE* meo que *B* 362. Vobis que *BE.* Vobis quae *Z* bonus *F.* nouus *ceteri* 363. ueteri, t *ex* r, *B* 364. huic dedi aestumatum *Bothius.* aestumatum (estum. *EF*) huic dedi *libri* minis *ex* minas *ut vid. B*² (*) 365. mitte *D* hinc uelle *in* uelle hinc *corr. m. Camer. in B* 366. ·he· *ante* mutatio *E, pers. nota erasa in B* 367. ut nostris *in* nostris ut *corr. m. Camer. in B* 368. Vtroque, o *ex* u, *D* (Vtrobique *effecit m. Camer. in B*) rectūst *E.* rectum est *ceteri* 369. Ad te *ex* At te *B, ex* Aq' *D* atque ad *EZ.* atque *ceteri* (*) 370. uortar uortar *D* quod *E* imperabis *D.* impeabitis *E.* impetrabitis *F* 371. Tę ut e *E* tibi ea *libri: del.* ea *Fleckeisenus, C. F. Hermannus* (*cf. ad v. 372*) tu opte *BDE* prodis *Z.* prode *J* plurimum *F* (*) 372. Quom *F.* Cum *ceteri* eam ferri ☠ (*cf. ad v. 371*). ferri *libri* (*) 373. Seq̃re *E* hem *JF.* en *Z* gratias *Guietus, Bothius.* gratiam *libri* (*) 374. cupiam *D* mihi *libri* (michi *J*)

Vt ego ád parentis húnc remittam núntium,
Qui mé quid rerum hic ágitem et quid fierí uelim
Patrí meo ordine ómnem rem illuc pérferat.
Nunc íta conuenit ínter me atque hunc, Týndare,
Vt te aéstumatum in Álidem mittam ád patrem,
Si nón rebitas, huíc ut uigintí minas
Dem pró te.

PHILOCRATES

Recte cónuenisse séntio.
Nam páter exspectat aút me aut aliquem núntium,
Qui hinc ád se ueniat.

TYNDARVS

Érgo animum aduortás uolo,
Quae núntiare hinc té uolo in patriam ád patrem.

PHILOCRATES

Phílocrates, ut adhúc locorum féci, faciam sédulo:
Vt potissumúm quod in rem récte conducát tuam,
Íd petam idque pérsequar corde ét animo, ore atque aúribus.

TYNDARVS

Fácis ita ut te fácere oportet: núnc animum aduortás uolo.
Ómnium primúm salutem dícito matri ét patri
Ét cognatis ét si quem alium béneuolentem uíderis.
Me híc ualere et séruitutem séruire huic homini óptumo,
Quí me honore honéstiorem sémper fecit ét facit.

---

380 *sq. Osbernus p. 509:* rebitare redire. Plautus 'si non rebitas . . . . . pro te'

---

375. parentes meos *B*. parentes *ceteri* 376. hic *om. EZ* agi temet quid B^1E. agitem etquid B^2 377. ordinem, *del.* m, *E* omnem: illuc *B in marg. add.* : rem (*puncta rubr.*, rem *helvo atram. scr.*) 379. estimatum *DE* aulidem *FZ* 380. rebitas *et* ·|· t redeas *in marg. B.* reditas *FZ* huic *Lomanus Spec. crit. p. 3.* huc *libri* (*) 381. ppote (*sic*) *D* PH *om. E* censeo *pro* sentio *F* 382. expectat *libri* (*) 383. Quin *E* ergo *BDJF*. ego *EZ* 385. PH. Philocrates ut *Z*. Philocrates PHI ut *BE*. Philocrates ut *D*. PH. ut *F* feti *D* 386. potissimum *BDEZ* tuum *DE et B ante corr.* 387. petam idque persequar *Camerarius* (*quod etiam in B not.*). petam id persequarque *libri* ore atque auribus *S*. atque auribus *BDE*. atque uiribus *JFZ* (*) 388. Nunc *B* 389. matri ex patri *E*. patri et matri *F* 390. cognatis *E* siquem *BD*. quem *EJFZ* bene uolentem *DE* 392. honore honestiorem *ex* honestiorem honore (*sic Z*) *E* (*)

PHILOCRATES

Ístuc ne praecípias: facile mémoria meminí tamen.

TYNDARVS

Nam équidem nisi quod cústodem habeo líberum me esse árbitror.
Dícito patrí quo pacto míhi cum hoc modo conuénerit
De húius filió.

PHILOCRATES

Quae memini móra merast monérier.

TYNDARVS

Vt eum redimat ét remittat nóstrum huc amborúm uicem.

PHILOCRATES

Méminero.

HEGIO

At quam prímum pote: istuc ín rem utriquest máxume.

PHILOCRATES

Nón tuom tu mágis uidere quam ílle suom gnatúm cupit.

HEGIO

Méus mihi, suos quoíquest carus.

PHILOCRATES

Núm quid aliud uís patri
Núntiari?

TYNDARVS

Me híc pol et te túte audacter dícito,
Týndare, inter nós fuisse ingénio haud discordábili,

393. PH B^2. *om.* B^1E ne precipias DF. neprecias B^1 (pi *s. r. add. cad. m., quae v. 377* rem). ñ p̄cipias EZ memini tamen *B*. meminit amen *E*. meminit amen̄ *D*. memini TI. tamen JFZ (*) 394. TY *add.* B^2. *om.* B^1E *et (cf. ad v. 393)* JFZ equidem *Lambinus*. quidem *libri* nisi E^3 *in ras.* 395. modo ℌ. *om. libri* conuenit *F* (*) 396. morā *D* mera est $BDEZ$. me est *J*. est *F* 397. TY B^2. *om.* B^1EFZ redimat, a *ex* e *vel* i, *B* huc nostrum *Z* 398. PH. B^2. *om.* B^1EF HE B^2 *in ras.* TYN *E* pote *Spengelius Philol. XXXVII p. 435.* poteris *libri* re *F* utriquest DE. utrique est BFZ maxime BDE (*) 399. PH B^2. *om.* B^1E tuum *et* suum *libri* 400. HE B^2. *om.* B^1E suus quoique est *F*. suus cuique est *ceteri* Numquid *B*. Nunquid JF patri *s. v. D* 401. nuntiari (nunciare B^1, i *ex* e B^2) *versui 400 adplicant libri proximos versus vocabulis* fuisse, culpam, morem, deseruisse te, sciet *concludentes: corr. Pylades* pol et te ℌ. ualere (uale *F*) et *libri (ex v. 391)* tu te EZ (*) 402. tindare DE Inter *B* aut *E*

Néque te conmeruísse culpam néque te aduorsatúm mihi
Béneque ero gessísse morem in tántis aerumnís tamen,
Néque med umquam déseruisse té neque factis néque fide
Rébus in dubiís egenis. haéc pater quandó sciet,
Týndare ut fuerís animatus érga suom gnatum átque se,
Númquam erit tam auárus, gratiís quin te emittát manu.
Ét mea opera, si hínc rebito, fáciam ut faciat fácilius.
Nám tua opera et cómitate et uírtute et sapiéntia
Fécisti, ut redíre liceat ád parentis dénuo:
Quóm apud hunc conféssus es et génus et diuitiás meas:
Quó pacto exemísti e uinclis túom erum tua sapiéntia.

PHILOCRATES

Féci ego ista ut conmémoras et te méminisse id gratúmst mihi.
Séd merito tibi ea éuenerunt á me: nam nunc, Phílocrates,
Sí ego item memorém quae me erga múlta fecistí bene,
Nóx diem adimat: nám quasi seruos ésses, nihilo sétius,
Ére, mihi obsequiósus semper fuísti.

---

418. *Osbernus p. 530:* obsequiosus a um ·i· obsequio plenus unde Plautus in Captiuis 'mihi obsequiosus semper fuisti'

---

403. commeruisse *libri* te aduorsatum mihi *Brixius.* me aduersatum tibi *libri* (aduersatum mihi *ms. Lang.*) (*) 404. beneque, que *postea inserta, B* ero (hero *FZ*) gessisse morem *B ex corr. JFZ.* ero gesis amorem *B ante corr. D.* eroges sis amorē *E* erumnis *BDEOF.* erumpnis *J* 405. med umquam B^2D. me dumquam B^1. me umquam *EJFZ* 406. egenis, i *ex* u, *E* h̄ *E.* hoc *Z* 407. Tindare *DE.* Tỹdare *O* suum *libri* 408. Num quam *B.* Nunquam *DF* gratiis quin te ℭ. quin te gratus *libri, nisi quod* quinte *B,* qui integratus *E,* gratis *OJF* mittat *E* (*) 409. .? s mea *J* redibo *FZ* fatiam *E* 410. sapientia, a *e corr. et cum ras., B* 412. Quom *F.* Cum *ceteri* es confessus *ex* confessus es *m. Camer. in B* es, e *ex al. litt., D,* *ex* est *ras. O* diuicias *B* diutias *O* 413. exemisti *Lambinus.* emisisti *libri* uinclis *Pylades.* uinculis *libri* tuum *libri* herũ *OFZ* (*) 414. Fecisti *J* cmemoras *E.* commemoras *ceteri,* e *ex corr. B* est *libri* (*) 415. Sed merito *Brixius.* Merito *libri* philo crates *O* (*) 416. erga me *D.* me erga *ceteri* (*) 417. ad imat *D* nam quasi *Fleckeisenus.* nam si *libri* (nāsi *O*) seruos *Guietus.* seruus meus *libri* setius *DO.* se tuis *E.* secius *BFZ* (*) 418. Ere, mihi ℭ. Mihi *libri* (Michi *EJ*) Di *D.* dii *JF.* Dii *O* uostram *OF.* urām *BDE* (*)

HEGIO

Di uostrám fidem,
Hóminum ingenium líberale! ut lácrumas excutiúnt mihi!
Vídeas corde amáre inter se: quántis laudauít * 420
* * * * * * * * *
Súom erum seruos cónlaudauit.

PHILOCRATES

Pól istic me haud centénsumam 421
Pártem laudat quam ípse meritust út laudetur laúdibus.

HEGIO

Érgo quom optumé fecisti, núnc adest occásio
Bénefacta cumuláre, ut erga hunc rém geras fidéliter.

PHILOCRATES

Mágis non factum póssum uelle quam ópera experiar
pérsequi: 425
Íd ut scias Iouém supremum téstem do laudo, Hégio,
Me ínfidelem nón futurum Phílocrati.

HEGIO

Probus és homo.

PHILOCRATES

Néc me secus umquam eí facturum quícquam quam memét
mihi.

426. *Nonius p. 335, 10:* laudare etiam significat nominare .... Plautus Captiuis 'Id ut scias ..... egio'

419. *Verba* hominum ingenium *adplicantur versui 418 in libris, qui dein vocabulis* corde, seruus, partem *versus claudunt: corr. Pylades* lacrimas *E* ex cutiunt *BD* michi *E* 420. laudauit *DEOJF.* laudibus *Z et B, sed* ibus B^2 *in ras. Lacunam significauit* ☞ *ad hoc exemplum:* quantis laudauit ⟨suom Seruolum hic modo laudibus, tum quam sincere suam uicem⟩ Suom *e. q. s.* (*) 421. suum erum (herum *OJFZ*) seruus Collaudauit (Colladauit *E*) *libri* Pol *BDO* haud, d *ex* t, *B* centessimã *O.* centessimam *J.* centesimam *BDEFZ* 422. meritus est *libri* ut E^3 *ex corr.* laudibus *ex* laudabilis *D* 423. quom *F.* cum *ceteri* optune *J* ad est *BDE* 424. Bene facta *BDE* cumilare *E* 425. (*) 426. suppremum *BDE* do laudo ☞ *praeeunte* laudo do *Pareo*^{3}. laudo *Nonius.* do *libri* egio *OJFZ cum Nonio* (*) 427. me *cum spat. init. BD* in fidelem *B.* infidem *F* 428. PH. *om. BE* quicquam quam *BEZ.* quicquam *D.* quam *OJF* me met *DOE*

TYNDARVS

Ístaec dicta tua éxperiri re ét opera et factís uolo,
Ét quo minus dixí quam uolui dé te animum aduortás uolo.
Átque horunc uerbórum causa cáue tu mi iratús fuas.
Séd, te quaeso, cógitato hinc meá fide mittí domum
Te aéstumatum et méam esse uitam hic pró te positam pígneri,
Né tu me ignorés, quom extemplo meo é conspectu abscésseris,
Quóm me seruom in séruitute pró ted hic relíqueris
Túque te pro líbero esse dúcas, pignus déseras,
Néque des operam pró me ut huius réducem facias fílium.
[Scíto te hinc minís uiginti aéstumatum míttier.]
Fác fidelis sís fideli, cáue fidem fluxám feras,
(Nám pater scio fáciet quae illum fácere oportet ómnia.)
Sérua tibi in perpétuom amicum me átque hunc inuentu
ínueni.
Haéc per dexterám tuam te déxtera retinéns manu
Ópsecro, infidélior mihi né fuas quam ego súm tibi.

439. *Nonius p. 512, 29:* Fidele pro fideliter Plautus Captiuis 'fac fidele caue .... feras': *cf. Reblinius de Non. Marc. l. Pl. (ed. Gryphisw. a. 1886) p. 84*

429. TY *om. BEO: cf. ad v. 430* Istec *BDE* tua experiri re ℭ. te (dictate *BDE*) experiri *libri, nisi quod* experire B^1 (*corr.* B^2), experi *E* opera *DOEJFZ.* operis *B* uolo, u E^3 *ex corr.* (*) 430. TY *BEO: cf. ad v. 429* quo *BDE.* quod *O.* quod *JFZ* (*) 431. horum *OJFZ* caueto mihi (michi *J*) *libri: corr. Bothius, Bentleius* (*) 432. Set^{te} *E.* Sete *J* queso *BDEO* mea *Camerarius (etiam in B).* te mea *libri* (*) 433. estunatum *B.* estimatum *DE.* estumatum *F* pigneri *Pareus.* pignori *libri* 434. quom *F.* qum *BD.* quum *E* extemplo *B, sed* templ *in ras.* B^2 abscesseris *B, sed* a B^2 *e corr. et post 3 litt. ras.* (*) 435. seruon *F* pro ted *Bothius.* pro te *libri* 436. ducas *om. EJFZ* deseras *Z.* ŧ deseras B^2 *in marg.* desideras B^1DEJF' 437. Atque *FZ.* Atquae *J* huius huius *BD* fatias *E* 438. *Vncos posuit Brixius* Scitote *BD.* Scio te *EJ* hinc *om. EZ* estumatum *BDEF* mitier *D.* mitier *E* 439. fidelis sis fideli *libri.* fidele *Nonius* caue fidelem *F* feras *Nonius, nisi quod* referas *Harl.*[1]. geras *libri* (*) 440. *Seclusit* ℭ *praeeunte Muellero Pros. p. 574* Nunc scio pater *F'* fatiet *F* face re opotet *E* 441. Seruo J^1, *corr.* J^2 imperpetuum *BD.* in perpetuum *EFZ* hõ *E* inuentu ℭ. inuentum *libri* (*) 442. tua te *J* 443. Opsecro *D.* obsecro *ceteri* mihi me fuas *J*

Hóc age tu: tu míhi erus nunc es, tú patronus, tú pater:
Tíbi commendo spés opesque meás.

PHILOCRATES

Mandauistí satis.

Sátin habes mandáta quae sunt fácta si referó?

TYNDARVS

Satis.

PHILOCRATES

Ét tua et tua húc ornatus réueniam ex senténtia.
Númquid aliud?

HEGIO

Vt quam primum póssis redeas.

PHILOCRATES

Rés monet.

HEGIO

Séquere me, uiáticum ut dem á tarpezitá tibi:
Eádem opera a praetóre sumam sýngraphum.

TYNDARVS

Quem sýngraphum?

HEGIO

Quem híc ferat secum ád legionem, hinc íre huic ut liceát domum.
Tu íntro abi.

TYNDARVS

Bene ámbulato.

PHILOCRATES

Béne uale.

HEGIO

Edepol rém meam

447. *Rufinus comm. in metra Ter. p. 561, 8 K.:* (Sisenna) in Captiuis sic 'hic ornatu s litteram metri causa amisit'. *Cf. Ritschelius Parerg. p. 383 et Hermannus ibid. p. 384 adn. (ad v. 997)*

---

444. Hoc age tu : tu *Spengelius T. M. P. p. 227.* Tu hoc age tu *BDJF.* Tu hoc age *EZ* (*) 445. opes que *B* mandauistis *E ante corr.* (*) 446. Satui *E* TY *om. E* 447. PH B^2. *om.* B^1E Et tua huc (*om.* et tua) *JFZ cum O ut vid.* hucor natus *E* reueueniam *J* 448. Num quid *B.* Numqid *D* HE ☙. TY *libri* Vt *B* Res *BO* 449. Sequere *ex* Sequare *B* trapazaeta *J.* (tr)apazeta *O.* trapezita *ceteri, sed* dem atrapezita B^2 *in ras.* (*) 450. apretore *BD.* aptore *E* sumam *D.* sūmam *B.* sūma *E.* sumas *JFZ* singraphum *EJF* Quem *BO* singraphum *DEOF* 451. Quę *E* liceat, a *ex al. litt., D* 452. Bene *bis BO* Edepol *BO.* ędepol *D*

Cónstabiliui quóm illos emi dé praeda a quaestóribus:
Éxpediui ex séruitute fílium, si dís placet.
Át etiam dubitáui hosce homines émerem an non emerém diu!
Séruate istum súltis intus, sérui, ne quoquám pedem
Écferat sine cústode: ego desúbito adparebó domi.
Ád fratrem modo éo captiuos álios inuisúm meos:
Eádem percontábor equis hunc ádulescentem nóuerit.
Séquere tu, te ut ámittam: ei rei prímum praeuortí uolo.

---

453. quom *F.* cum *ceteri* illo *E.* illum *JF* depreda *BD.* de p̄da *cum 6—7 litt. sp. E* questoribus *BDEO* 454. Ex pediui *B* diis placet *OJF.* displicet *E* 455. Ac *Z* etiam, ti *ex* u, *B* hosce *Beckerus in Studem. Stud. I p. 268 (cf. Schmidtius de pron. dem. p. 12. 38).* hos *libri* (homines hos *F*) non emere *E* 456. Seruare *F* stultis *B* 457. Ecferat *B.* Ec ferat *DE.* Efferat *OJFZ* desubito ☙. *om. libri* apparebo *libri* (*) 458. modo eo ☙. modo *libri* captuos *E* inuisum ☙. inuisu *DE.* inuiso *BOJFZ* (*)

459. Eadem *E* percunctabor *BEJF.* per cunctabor *DO* ec quis *DE.* ecquis *BOJFZ* hunc adolescentem (ad olescentem *D*) *BDE.* adolescentem *OJFZ* (*) 460. Seq̄re *E* tu te *E.* tute *BDOJF.* te *Z*

ACTVS III

ERGASILVS

Míser homost, qui ipsús sibi quod edit quaérit et id aegre
ínuenit.
Séd illest miseriór, qui et aegre quaérit et nihil ínuenit.
Ílle miserrumúst, qui quom se rúpit, quod edit nón habet.
Nam hércle ego huic dié si liceat óculos ecfodiám lubens:
Íta malignitáte onerauit ómnis mortalís mihi.
Néque ieiuniósiorem néc magis ecfertúm fame
Vídi nec quoi mínus procedat quídquid facere occéperit:
Íta uenter guttúrque resident ésurialis férias.
Ilicet parasíticae arti máxumam malám crucem:
Íta iuuentus iám ridiculos ínopes ab se ségregat.
Níl morantur iám Lacones ími subsellí uiros,
Plágipatidas, quíbus sunt uerba síne penu et pecúnia.

472. *Gloss. cod. Vatic. 1469* (*saec. X*): plagipatida est qui plagas patitur ut seruus uel (*add.* parasitus). *Cf. Most. v. 356*

Act. III Sc. 1 PARASITVS DV *BE.* PARASITVS *OJFZ. unius v. sp. D* 461. homo est *libri* ipsus *Bothius.* ipse *libri* quę et id *E* egre *BE* (*) 462. Set *E* ille est *libri* aegre, r *cx* e, *D.* egre *BE* nichil *E* 463. miserrimus est *libri* quom *F.* cum *ceteri* se rupit *B.* esse cupit *libri* edat *OJFZ* (*) 464. ego *s. v. O, om. FZ* diei *libri, corr. Bothius* effodiam *libri, corr. Bothius* lubens *OF.* libens *BDE* 465. honerauit *DO.* honorauerit *J.* onerauerit *F* omnis *F.* omnes *vel* oms *BDOE* michi *E* 466. Nequae *J* neque *libri, corr. Bothius* ecfertum *B.* ec fertum *D.* ecfr tū *E.* effractum *OJFZ* (*) 467. nec quoi *F.* nec cui *OJ.* ne cui *Z.* nec qui *BDE* quicquid *libri* occepit *J* (*) 468. Ita *Pylades.* Itaque *libri* 469. Ilicet *BD.* Licet *EOJFZ* maximam *BDE* (*) 470. inopes *Gulielmius Qu. in Capt. p. 357 ex ms. Lang.* inopesque *libri, nisi quod* inopes que *B,* opesque *E* ab se *Camerarius.* ab sese *libri* segiagat *D ante corr.* (*) 471. Nihil *libri* (Nichil *E*) locones *O ante corr.* imi *FZ.* uni *ceteri* sub selli *BDE.* subsellii *FZ* (*) 472. Plagi patidas *DE*

Eós requirunt, quí lubenter quom éderint reddánt domi.
Ípsi obsonant, quaé parasitorum ánte erat prouíncia:
Ípsi de foró tam aperto cápite ad lenonís eunt
Quam ín tribu ante apérto capite sóntis condemnánt reos.
Néque ridiculos iám terunci fáciunt: sese omnés amant.
Nám ego ut dudum hinc ábii, accessi ad ádulescentis in foro:
'Sáluete' inquam. 'quo ímus' inquam 'ad prándium?' atque illí tacent.
'Quís ait: hoc? aut quís profitetur?' ínquam: quasi mutí silent,
Néque me rident. 'úbi cenamus úna?' inquam: atque illi ábnuont.
Díco unum ridículum dictum dé dictis melióribus,
Quíbus solebam ménstrualis épulas ante adipíscier:
Némo ridet. scíui extemplo rém de conpectó geri.
Né canem quidem ínritatam uóluit quisquam imitárier.
Sáltem si non ádriderent, déntis ut restríngerent.
Ábeo ab illis, póstquam uideo mé sic ludificárier:
Pérgo ad alios, uénio ad alios, deínde ad alios — úna res!
Ómnes de conpécto rem agunt quási in Velabro oleárii.

484. *Charisius inst. II p. 197, 13 K.:* de conpecto Plautus in Captiuis 'spem de compecto gero' 489. *Osbernus p. 615:* uelum . . . inde . . . et hoc uelabrum ri ·i· uas in quo oleum contunditur uel in quo frumentum purgatur. Plautus 'omnes rem gerunt quasi in uelabro olei'

473. lubenter *F.* libenter *BDEZ* quom (cum *JZ*) ederint *JFZ.* comederint (o *ex* õ *E*) *BE.* comederunt *D* 474. Ipsi, p *ex* s *ut vid., BE.* Laesi *Z* ĕat *D* 475. Isi *E* operto *Z* capite, e *ex* o, *D* lenones *libri* (*) 476. ante aperto ℭ. aperto *BDEJ.* operto *FZ* sontes *libri* condempnant *BEJ, sed* d B^2 *ex* t (*) 477. iam *B ex corr. E.* tam *B ante corr. DJFZ* terunci *F.* terrunci *BJZ* (*ex* terrerunci *J*). terrunti *D.* terrumci *E* fatiunt *E.* faciunt quam *F* 478. Nam ego *Bothius*[3] (*cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 20*). Nam *libri* ad *om. F* adulescentes *F.* ad olescentes *D.* addolescentes *J.* adolescentes *BEZ* (*) 479. imquam *E* imus inquam ℭ. imus una inquam *libri* (imquam *E et* una E^3 *in ras.*): *cf. ad v. 481* (*) 480. agit hoc *OF'* at quis *F* profiteor *J ante corr.* imquam *E* (*) 481. Vbi *BO* una inquam ℭ: *cf. ad c. 479.* inquam *libri* (imquam *E*) Atq. *O* abnuunt *libri* (*) 482. dictis, d *ex* u, *B* 483. solebam, o *ex* e, *D* menstrualis *DOF.* menstrualis *E.* menstruales *BJ.* mestruales *Z* (*) 484. Sciui *O.* sclui E^3 *e corr.* exemplo *D* spem *Charis.* compacto (c̄pacto *E*) *libri: at cf. testim.* gero *Charis.* 485. Nei *J.* Nec *OF* irritatam *libri* 486. arriderent dentes *libri* 487. post quam *D* 488. (*) 489. de *Fleckeisenus. om. libri* compacto *libri:*

(Núnc redeo inde, quóniam me ibi uídeo ludificárier.
Ítem alii parasíti frustra obámbulabant ín foro.)
Núnc barbarica lége certumst iús meum omne pérsequi:
Qui ín concilium iére, quo nos uíctu et uita próhibeant,
Ís diem dicam, ínrogabo múltam, ut mihi cenás decem
Meo árbitratu dént quom cara annóna sit. sic égero!
Núnc ibo ad portum hínc: est illic mi úna spes cenática:
Si éa decolabít, redibo huc ád senem ad cenam ásperam.

HEGIO. (ARISTOPHONTES)

Quid est suáuius quam bene rém gerere
Bono público,
Sicút ego feci herí,
Quom emi hósce homines? ubi quísque uident,

---

496. *Osbernus p. 115:* coenaticus a um ·i· ad coenam pertinens, unde Plautus in Captiuis 'est illic una spes coenatica mihi' 497. *Diomedes art. gr. I p. 365, 4 K.:* decollo decollaui: hoc uerbum apud ueteres decipio (*sic BM.* dicipio *A.* decapito *b: cf. Loewii Prodr. p. 380*) significat, ut apud Plautum 'una est decollauit'*: cf. Winterus Pl. fab. deperd. fragm. ed. Bonnae a. 1885 p. 16* 503. *Osbernus p. 513:* a praeterito restiti dicitur restito as ·i· saepe in diuersis locis restare, unde Plautus in Captiuis 'me miserum restitando lassum reddiderunt'

---

corr. Pareus[3] *Versum 490 Fleckeisenus inclusit, in cuius societatem proximus adsciscendus erat* (*) 490. inde inde *OJ* quoniam *B.* quom *DEF.* cum *OJ.* quum *Z* 491. ob ambulabant *D.* obambulant *F* 492. certũst *E.* certum est *ceteri* iussũ, *er.* sũ, *E* 493. in concilium iere ℰ. concilium iniere *libri* quos *J* prohibebant, *alt.* b *ex corr. J* (*) 494. Is B^1DE. His B^2JFZ dicat *D* irrogabo *libri* multam, a *ex* u, *D* 495. quom *F.* cum *ceteri* annona (na *ex* sa) sit sit egero *D* 496. portum, r *ex* s, *D* mihi *libri* cęnatica *E* 497. decolabit *'quidam' apud Lambinum.* decollabit (de collabit *O*) *libri.* decollauit *Diomedes* (*)

Act. III Sc. 2 HE GIO *B.* HEGIO. *E.* Egio senex *F.* *unius v. spat. D.* EG̃ *versui 498 sine sp. praescr. O* 498—503. *sic B:*

Quid est suauius quam bene rem gerere bono publico sicut ego feci heri
Cum emi hosce homines? ubi quisque uident eunt obuiam
Gratulanturque eam rem. ita me miserum restitando
Retinendoque lassum reddiderunt

itemque ceteri, nisi quod v. 501 Quom *F* enim hosce *J* hoscẽ *E* Vbi *O* quisquam *Z*

Eúnt obuiám gratulánturque eám rem:
Íta me miserum réstitando rétinendo assum réddiderunt.
Vix éx gratulándo misér iam eminébam.
Tandem ábii ad praetorem: íbi uix requieui: ílico
Rogo sýngraphum : datúr mihi:
Dedi Týndaro : ille abiít domum.
Domo índe ilicó praeuortór, postquam id áctumst.
Eo prótinus ad fratrem índe, ubi mei súnt alii captíui:
Rogo: Phílocratem equitem ex Álide
Écquis hominum nóuerit?
Tandem híc homo exclamat eúm sodalem síbi esse: dico esse ápud me.
Hic éxtemplo orat óbsecratque eum síbi uidere ut líceat.
Iussi ílico hunc exsólui: nunc tu séquere me,
Vt quód me orauisti ímpetres, eum hóminem uti conuénias.

---

v. 503 Ita *O* *post* lassum *6—7 litt. spat. E* redderunt *D* (*in quo iam cetera deficiunt tribus foliis vacuis relictis*) retinendo *Hermannus.* retinendoque *libri* assum ℬ. lassum *libri* (*) 504. egratulando *F* 505. habii *J* ad pretorem *BOF. om. E* ubi *J* requieui ilico ℬ: *cf. ad v. 506.* requieui *libri* (*) 506—508. *sic B:*

Rogo syngraphum datur mihi ilico dedi|ǁ (*1 litt. er.*) tyndaro ille
abiit domum

Inde ilico reuortor domum postquam id actum est

itemque ceteri, nisi quod v. 506 simgraphum *E.* singraphum *F* *v.* 507 de tyndaro *OJFZ.* de tindaro *E* *v.* 508 praeuortor *OJZ.* preuortor *EF* 506. mihi ℬ. mihi ilico *libri: cf. ad v. 505* 508. Domo *post* domum ℬ. domum *ante* postquam *libri* (*) 509. inde ubi mei *Brixius praeeunte Spengelio.* inde abii mei ubi *libri* (*) 510—514. *sic B:*

Rogo philocratem ex alide ecquis omnium
Nouerit tandem hic ex clamat eum sibi esse sodalem
Dico esse apud me (eum *add. B*³) hic extemplo orat obsecratque
Eum sibi ut liceat uidere iussi ilico hunc ex olui nunc tu sequere me

itemque ceteri, nisi quod v. 510 phylocratem et *J* exalidæ *E.* ex aulide *FZ* *v.* 511 ec quis *OE* *v.* 512 tandem *om. OJFZ* Hic *O* exclamat *O* (*suprascr. m. 2*) *J.* aristophontes exclamat *F* eum esse *OJFZ.* eam esse *E* *v.* 514 lussi *O* ex olui B^1. exolui *O.* exsolui *E cum* B^2 seq̃re *E* 510. Philocratem equitem ℬ: *cf. v. 31.* philocratem *libri* (*) 511. hominum *Hermannus.* omnium *libri* 512. hic homo ℬ. hic *libri* sodalem sibi esse ℬ. sibi esse sodalem *libri* esse *Spengelius cum* B^1. esse eum B^2. eum esse *ceteri* 513. uidere ut liceat *Hermannus.* ut liceat uidere *libri* (*) 515. llrauisti *E* uti *Hermannus.* ut *libri*

TYNDARVS

Nunc íllud est quom mé fuisse quam ésse nimio máuelim:
Nunc spés opes auxíliaque a me ségregant spernúntque se.
Hic íllest dies quom núlla uitae meaé salus sperábilist:
Neque éxitium existióst neque adeo spés quae hunc mi aspellát metum.
Nec súbdolis mendáciis mihi úsquam mantellúmst meis.
(Nec sýcophantiís nec fucis úllum mantellum óbuiamst.)
Neque déprecatió perfidiis meís nec malefactís fugast.
Nec cónfidentiae úsquam hospitiumst néc deuorticulúm dolis.
Opérta quae fuére aperta súnt: patent praestrígiae.
Ómnis res palámst nec latitat: néque de hac re negótiumst,
Quín male occidam óppetamque péstem mortemque éri uicem.
Pérdidit me Arístophontes híc, qui intro uenít modo:
Ís me nouit: ís sodalis Phílocrati et cognátus est.
Néque iam Salus seruáre si uolt mé potest: nec cópiast,
Nísi si nimis scitam áliquam corde máchinor astútiam.

---

521. *Philargyrius ad Verg. georg. IV, 377:* Mantilia: huius singulare mantelum. Plautus in Captiuis 'nec hi sycophantes .... obuiam est'. *Praeterea huc traxit Bothius Festum p. 133, 30 M.:..* Plautus hoc significare uidetur quibus quotidie paruae noxae extergeantur. frequens enim antiquis ad manus tergendas usus fuit mantelorum: *v. Leidolphus de Festi Paulique l. Pl. p. 250*

Act. III Sc. 3 TYNDARVS *BEJFZ* 516. quom *F.* cum *BEZ* nimio, o *ex corr., B.* nemo *EJFZ* 517. opesq; *F* auxilia que *et* spernunt que *B* se *Gulielmius Veris. p. 300.* me *libri* 518. ille dies est quom *F.* ille est dies cum *BEJZ* sperabilis est *libri, cui* mecum *add. EFZ: cf. ad v. 519* 519. exitium *Pontanus ad Macr. Sat. VI, 2 'ex cod. vet.'.* exilium *libri* exitio est *libri* hunc mi *Bothius.* mihi hunc *libri* metum *om. EFZ: cf. ad v. 518* 520. mendaciis (mendatiis *B.* mendat' *E*) subdolis *libri: inv. Pylades* mantellum est *libri* (*) 521. Nei *BE.* Ne *J* sicophantiis *BJ.* sicophant' *E.* hi sycophantes *Philarg.* mantelum *Philarg.* obuiam est *libri* 522. deprecatio *B.* precatio *JFZ.* p̃catio *E* fuga est *libri* 523. hospicium *B* est *libri* deuerticulum *E.* diuorticulum *F.* diuerticulum *BJZ* 524. Opera *J* praestigiae (prest. *BEOF*) *libri* 525. palam est *libri* nec latitat ℭ. *om. libri* negotium (negociũ *O*) est *libri* (*) 526. mortemque eri uicem ℭ. eri (heri *OFZ*) uicem meamque *libri* (*) 527. Perdiditque *Z* aristophontis *B.* astriphontes *J* intro uenit modo *Camerarius.* uenit modo intro *libri* (*) 529. seruare salus *ex* salus seruare *Camer. man. in B* copia est *libri* (*) 530. Nisi si, *1 litt. er., B.* nisi *F* nimis scitam ℭ. *om. libri* astuciam *B* (*)

Quám, malum? quid máchiner? quid cónminiscar? máxumas
Núgas, insidiás ineptas íncipisso: em, haéreo.

HEGIO. ARISTOPHONTES. TYNDARVS

HEGIO

Quo illúm nunc hominem próripuisse fóras se dicam ex aédibus?

TYNDARVS

Núnc enim uero ego óccidi: eunt ad te hóstes, Tyndare. eí mihi
Quíd loquar? quid fábulabor? quíd negabo aut quid fatébor? 535
Res ómnis in incertó sitast: quid rébus confidám meis?
Vtinám te di prius pérderent quam périisti e patriá tua,
Arístophontes, qui éx parata re ínparatam omném facis.
Occísast haec res, nísi reperio atrócem mi aliquam astútiam

HEGIO

Sequere: ém tibi hominem, adi átque adloquere.

TYNDARVS

Quís homost me hominum míserior? 540

ARISTOPHONTES

Quíd istuc est quod meós te dicam fúgitare oculos, Týndare,
Próque ignoto me áspernari, quási me numquam nóueris?
Équidem tam sum séruos quam tu, etsi égo domi libér fui,
Tu úsque a puero séruitutem séruiuisti in Álide.

---

531. Qua *BE* cominiscar *J.* comm. *vel* cõm. *ceteri* maxumas *OF.* maximas *BE* 532. insidias ineptas incipisso em *S.* ineptias incipisse (incepisse *OJFZ*) *libri* hereo *OF* (*)

Act. III Sc. 4 HEGIO . TYNDARVS ARISTOPHONTES *BEJ.* EGIO . TYNd. ARISTOPHONTES *O* 533. HẼ *praem.* B^2 proripuiisse *E* edibus *BEF* 534. TŸ B^2. *om.* B^1E ego *om. Z* tindare *E* ei mihi *Lindemannus: cf. ad v. 535. om. libri* (*) 535. fatebor *Lindemannus.* fatebor? mihi *BOZ.* fatebor mihi *EJF: cf. ad v. 534* 536. sita est *libri* Quid *O* 537. dii *OJF* prius *s. v. O* peristi *BEOJZ* 538. expata *E* impęratam *cum 2 litt. sp. B.* imparatam rem *Z.* imparatam *EJF* 539. Occisa est *libri* hec *EF* repperio *E* atrocem mihi *libri* (*invertit in B Camer. man.*) 540. *ante* em *1—2 litt. ras. B.* hem. *JFZ* alloquere *OFZ* Quis *B.* quist *E* homonst *E* homo est *OFZ* (*) 541. ARl/t B^2. *om.* B^1 me os *E* tindare *E* 542. Proque, e *ex* a, *B.* Proquę *E* 543. sem *J* seruos *F.* seruus *ceteri* quantũ *E* et sego *J.* et si ego *B* 544. Tuusque B^1E (*disi.* B^2). Tu usquam *J* seruitutem seruitutẽ *E, sed m. 1 alt. del.* aulide *FZ*

HEGIO

Édepol minume míror, si te fúgitat aut oculós tuos
Aút si te odit, qui ístum appelles Týndarum pro Phílocrate.

TYNDARVS

Hégio, istic homó rabiosus hábitus est in Álide:
Né tu quod istic fábuletur aúris inmittás tuas.
Nám istic hastis ínsectatus ést domi matrem ét patrem
Ét illic isti qui ínsputatur mórbus interdúm uenit.
Proín tu ab istoc procúl recedas.

HEGIO

Vltro istum a me.

ARISTOPHONTES

Ain, uérbero?
Mé rabiosum atque ínsectatum esse hástis meum memorás patrem?
Ét eum morbum mi ésse, ut qui med ópus sit insputárier?

HEGIO

Né uerere: múltos iste mórbus homines mácerat,
Quíbus insputarí saluti fúit atque is prófuit.

ARISTOPHONTES

Quíd tu autem? etiam huic crédis?

HEGIO

Quid ego crédam huic?

ARISTOPHONTES

Insanum ésse me?

---

545. Edepol, l *ex al. litt.*, *E* minime *libri* (hoc *in B adscr. Cam. ut vid.*) site *B*, si B^2 *in ras.* iste *E.* is^{si}te *O* (si O^2). is si te *JFZ* (*) 546. tindarum pro philocrate (e *ex* è) *E* 547. istic *Luchsius Comment. pros. I (ed. Erl. a. 1884) p. 6 sq.* hic *libri* abitus *E* aulide *FZ* (*) 548. istuc *EF* aures *ex* auris O^1 immittas *libri praeter E* 549. hastis] istis *E* 550. qui insputatur *Pylades 'ex cod. ant.'* qui sputatur *libri* (quis putatur *E*) (*) 551. abstoc *J* 552. |||atque||c *corr. inter 2 litt. ras B* (*) 553. mihi *BFZ.* michi *E.* $\overset{i}{\text{n}}$ *O* med *Bothius.* me *libri* (*) 554. HE̅ B^2. *om.* B^1 istaec *Z* 555. iis *B ante corr. EZ.* his *B ex corr. JF* (*) 556. Quid tu autem? *pro* Quid, tu autem *Bothius* Quid ego *B.* Quid *om.* ego *J* m *ante* esse *er. in B*

TYNDARVS

Víden tu hunc, quam inimíco uoltu intúitur? concedi óptumumst.

Hégio, — id quod tíbi ego dixi — glíscit rabies: cáue tibi.

HEGIO

Crédidi esse insánum extemplo, ubi te áppellauit Týndarum.

TYNDARVS

Quín suom ipse intérdum ignorat nómen neque scit quí siet.

HEGIO

Át etiam te suóm sodalem esse aíbat.

TYNDARVS

Haud uidí magis:
Ét quidem Alcumeus átque Orestes ét Lycurgus póstea
Vna opera mihi sunt sodales qua íste.

ARISTOPHONTES

At etiam, fúrcifer,
Mále loqui mi audés? non ego te nóui?

HEGIO

Pol planum íd quidemst
Nón nouisse, qui ístum appelles Týndarum pro Phílocrate.
Quém uides eum ignóras: illum nóminas quem nón uides.

ARISTOPHONTES

Ímmo iste eum sese aít qui non est ésse et qui uerost negat.

---

557. noltu|||| (*1—2 litt. er.*) *B*. udt nu *E* intuitur *Bothius, Bentleius*. intuetur *BJFZ*. in (nuin) tuetur *E* optumumst *E*. optumunst *B*. optumum est *FZ*. optunum est *J* 558. id ℔. fit *BJ*. sit *E*. sic *FZ* (*) 559. apellauit *B* 560. Quin *Is. Pontanus*. Quia *BEFZ* suum *libri* interdum ipse *F* quid siet *J* (*) 561. Aut, *er.* u, *E* suum *libri* agiebat *E*. aiebat *BJFZ* haud||uidi magis, *er.* i, *B*. audiui di magis *EJ*. audiui di (dii *F*) magni *FZ* 562. Alcumeus *Ribbeckius Annal. phil. t. LXXVII p. 193: atque* alc,^{u} meus (^{u} *er.*) *E*, alc||meus *B ex corr.* alcmeus *J*. alcinous *FZ* aque *J* licurgus *EF*. ligurgus *BJ* (*) 563. At *B* 564. loqui mihi (michi *J*) *EJFZ*. mihi loqui mihi B^{1}. mihi loqui B^{2} Pol *B* planum *B*. p^{h}anum *E*. phanum *JF*. phanō *Z* quidem est *BZ*. quidē *E*. quid est *JF* 565. nouisse, *alt.* s *e corr.*, *B* istum *om. JF* appellas *EJF* (*) 566. quem^{non}uides *B* (: *rubr.*, non *ead. m. quae v. 377* rem) 567. ait *B ex ras. FZ*. aut *B ante ras. EJ* uero est *libri*

TYNDARVS

Tu énim repertu's, Phílocratem qui súperes ueriuérbio.

ARISTOPHONTES

Pól ego ut rem uideó tu inuentu's, uéra uanitúdine
Quí conuincas. séd quaeso hercle agedum áspice ad me.

TYNDARVS

Em.

ARISTOPHONTES

Díc modo:

Tún negas te Týndarum esse?

TYNDARVS

Négo inquam.

ARISTOPHONTES

Tun te Phílocratem
Ésse ais?

TYNDARVS

Ego inquam.

ARISTOPHONTES

Túne huic credis?

HEGIO

Plús quidem quam tibi aút mihi:
Nam ílle quidem, quem tu ésse hunc memoras, hódie hinc abiit Álidem
Ád patrem huius.

---

569. *Nonius p. 184, 2:* uanitudo pro uanitate Plautus 'pol ego ..... uanitudine'

---

568. TY *om. E* repertus *libri: corr. Lambinus* ||ueri uerbio (*1 litt. er.*) *B.* ueri uerbio *EJF* (*) 569. AR *om. E* utrem *B* inuentus *libri* uero a uanitudine *Nonius* 570. queso *EFB*^{1} (quęso *ead. m. quae v. 566. 377*) age dum *BE* adme dic modo *JF* hem *Z* 571. Tun negas te *Bosscha.* Te negas *libri* tindarum *E* Tunte *B.* tu te *EZ.* tute *JF* philocrate *E* (*)? 572. ||ais *B* (*1 litt. er.*). aias *E* TY *add. E*^{2} Tune *B.* tu ne *E* Plus quidem quam tibi aut mihi *BJ.* Plus tibi quidem quam aut michi *E.* Tibi plus quidem quam aut mihi *Z.* Plus quidem quam tibi mihi aut *F* (*) 573. tu esse hunc memoras *Bothius.* tu hunc memoras (e *ex* æ *ut vid.*) esse *B.* tu memoras (o *E*^{2} *ex* e *ut vid.*) esse *EJFZ* aulidem *FZ* (*)

ARISTOPHONTES

Quém patrem? qui séruos est.

TYNDARVS

Et tú quidem
Séruos es, libér fuisti: et égo me confidó fore,
Si húius huc recónciliasso in líbertatem fílium.

ARISTOPHONTES

Quíd ais, furcifér? tun te, gnatum íme, memoras líberum?

TYNDARVS

Nón equidem me Líberum, sed Phílocratem esse aió.

ARISTOPHONTES

Quid est?
Vt scelestus, Hégio, nunc íste te ludós facit.
Nám is est seruos ípse neque praetér se umquam ei seruós fuit.

TYNDARVS

Quía tute ipse egés in patria néc tibi qui uiuás domist,
Ómnis inueníri similis tuí uis. non mirúm facis:
Ést miserorum ut máleuolentes sínt atque inuideánt bonis.

ARISTOPHONTES

Hégio, uide sís, ne quid tu huic témere insistas crédere:
Átque ut perspició, profecto iám aliquid pugnae édidit:
Fílium tuom quód redimere se aít id ne utiquam míhi placet.

TYNDARVS

Scío te id nolle fíeri: ecficiam támen ego id, si di ádiuuant.

---

574. Quem *B* seruos *F*. seruus *ceteri* (*item v. 575*) Et *B* 575. es *Fleckeisenus*. et *libri* 576. hunc *E* reconliasso *B* 577. ime memoras *S*. memoras *libri* (*) 578. Liberum *Pontanus Anal. I 13*. liberum *ed. vet.* Quid *B* 579. egio *E* iste te *Gruterus*. iste *libri* ? B^2 *in fine v.* (*) 580. preter *BF* se umquam *B*. eũ q̃ *E*. eum quisquam *JFZ* ei *s. v. in B ead. m., quae v. 377* seruos *F*. seruus *ceteri* *ante* fuit *4 litt. ras. in B* 581. tu te *E* do mist *B*. domi est *FZ* 582. inueniri *Camerarius*. inuenire *libri* tui *Fleckeisenus*. tibi *libri* (*) 583. misero|||rum *B* (o *et* r *e corr., 1 litt. er.*) male uolentes *BE* indeant *B* 584. AR *om. E* nequid *B* 585. ut perspitio *E*. ut prospicio *F*. perspicio *J* profecto iam *in* iam profecto *corr. m. rec. in B* ędidit *B* (*) 586. tuum *libri* quem *F* ne utiquam B^1 (*coni.* B^2). ne imq̃ *E*. ne inquam *JF*. ne unquam *Z* 587. TY *om. E* eficiam *E*. efficiam *BJFZ* ego, e *ex* i, *B* si dii *JF*. sibi *E* ad iuuant *E*

Íllum restituam huíc, hic autem in Álidem me meó patri:
Própterea ad patrem hínc amisi Týndarum.

ARISTOPHONTES

Quin túte is es:
Néque praeter te in Álide ullus séruos istoc nóminest.

TYNDARVS

Pérgin seruom me éxprobrare esse, íd quod ui hostili óptigit?

ARISTOPHONTES

Énim uero hau queo cóntineri.

TYNDARVS

Heus, aúdin quid ait? quín fugis?
Iám illic hic nos ínsectabit lápidibus, nisi illúnc iubes
Cónprehendi.

ARISTOPHONTES

Crúcior.

TYNDARVS

Ardent óculi: ui opust, Hégio.
Víden tu illi maculári corpus tótum maculis lúridis?
Atra bilis ágitat hominem.

ARISTOPHONTES

At pól te, si hic sapiát senex,
Píx atra agitet ápud carnuficem tuóque capiti inlúceat.

TYNDARVS

Iám deliraménta loquitur: láruae stimulánt uirum.

---

588. aulidem *FZ* meo *ex* memoro E^1 *et* E^2 589. tindarum *E* Quin *B* tu te *EF* 590. preter te *BF*. praeter . . te *J* aulide *FZ* seruos *F*. seruus *ceteri* nomię nest *E* est *FZ* 591. Pergim *E* seruon *F* in hostili *F* obtigit *JFZ* 592. AR *om. EJ* hau queo ℭ. iam nequeo *libri* TY *om. JZ. 6 litt. sp. E* heus audin quid B^2 *in ras.* (*ead.* quin fugis, qu *in ras., scr.*). hŭs inquid ait *E*. Heus tu quid agis *JFZ* (*) 593. Iam B^2 *in 6 litt. sp.* insectabitur *JF* illūc *B* (B^2 *ut vid.*) 594. Conprehendi *B*. Cŏphrehendi *E* crutior *E* ui opust ℭ. fit opus *BEJ* (fune *m. Camer. in B*). fune opus est *FZ* (*) 595. Videntu *E* 596. Atrabilis *BE* agitant *J* 597. Pix atra *Lindemannus*. Atra pix *libri* aput *J* carnuficem *F*. carnificem *B* (a *ex* r) *et EJZ* capiti *ex* capite *J* illuceat *FZ* (*) 598. de liramenta *E* larue B^1EF (larųe B^2)

HEGIO

Heu,
Hércle. quid si hunc cónprehendi iússerim? ·

TYNDARVS

Sapiás magis.

ARISTOPHONTES

Crúcior lapidem nón habere mé, ut illi mastígiae
Cérebrum excutiam, quí me insanum uérbis concinnát suis.

TYNDARVS

Aúdin lapidem quaéritare?

ARISTOPHONTES

Sólus te solúm uolo,
Hégio.

HEGIO

Istinc lóquere, si quid uís: procul tamen aúdiam.

TYNDARVS

Námque edepol si adbítes propius, ós denasabít tibi
Mórdicus.

ARISTOPHONTES

Neque pól med insanum, Hégio, esse créduis
Néque fuisse umquám neque esse mórbum quem istic aútumat.
Vérum si quid métuis a me, iúbe me uincirí: uolo,
Dúm istic itidem uínciatur.

TYNDARVS

Ímmo enim uero, Hégio,
Ístic qui uolt uínciatur.

ARISTOPHONTES

Táce modo: ego te, Phílocrates

---

600 *sq. Osbernus p. 359:* mano as ·i· decurrere et inde uerbalia et haec mastigia ac ·i· monstrum quodlibet et dicitur mastigia quasi ex Styge manans, unde Plautus 'crucior . . . excutiam'

---

599. Heu, hercle *B*. Hercle *EJFZ*. Quid B^2 *in ras.* quid *sequenti deleto* conp̄hencli *E*. comprehendi *ceteri* (*) 600. Crutior *EJ* mastigie *BF* 601. concinat *EJZ*. con|||cinat, *1 litt. er. ac dein* c *et* a *e corr., B* 602. Aud inlapidem *E* queritare *BEF* Solus *B* (*) 603. istinc *ex* istic *B* siquid *BE* 604. si habites *JF*. si addites *Z* hos denas abit *E*. os desañabit (ał denasabit *in marg.*) *F* 605. med *Bothius*. me *libri* (insanum me *F*) creduis *E, sed* e *ex* u E^2 insanum esse credius *J* (*) 606. quem *in marg.* B^2 607. siquid *BE* uinciri *EFZ*. uincire *B*. uincinri *J* (*) 608. uĩtiatur (*del.* ˜) *E* uero *add.* B^2 609. uintiatur *E* Tace *B* te *s. v.* B^2. *om.*

Fálse, faciam ut uérus hodie réperiare Týndarus.
Quíd mi abnutas?

TYNDARVS

Tíbi ego abnuto?

ARISTOPHONTES

Quíd agat, si absis lóngius?

TYNDARVS

* * * * * * * * *

HEGIO

Quíd ais? quid si adeam húnc insanum?

TYNDARVS

Núgas: ludificábitur,
Gárriet quoi néque pes umquam néque caput conpáreat.
Órnamenta absunt: Aiácem hunc quóm uides, ipsúm uides.

HEGIO

Níhili facio, támen adibo.

TYNDARVS

Núnc ego omnino óccidi. —
Núnc ego inter sacrúm saxumque stó nec quid faciám scio.

HEGIO

Dó tibi operam, Arístophontes, sí quid est quod mé uelis.

ARISTOPHONTES

Éx me audibis uéra quae nunc fálsa opinare, Hégio.
Séd hoc primum me expúrigare tíbi uolo me insániam

---

*B*¹*EJFZ* 610. fatiam *E* tindarus *EZ* longius *in fine huius* r. *EJFZ: cf. ad v. 611* 611. mihi (michi *J*) *libri* Tibi *B* abnuto, o *ex* u, *B* AR. *Lessingius: Tyndaro continuant libri* abis longius *B.* absis *EJFZ: cf. ad v. 610* (*) *Post hunc v. Tyndari verba quaedam intercidisse praeeunte Fleckeiseno significavit* ☞ *ad hoc exemplum:* Quin hic te uidet insanum esse, et si non absit longius (*) 613. HĒ *B*² (H *in ras.*). AR̄ *E* qđ si ad eam *E* Nugas *B: post quam vocem recte distinxit Acidalius Div. p. 88* ludificabit *Z* 614. quoi *Acidalius l. s. s.* quod *BJZ.* in quo *F* unquam *BF* capuđ *E* cōpareat *vel* comp. *libri* (*) 615. Ornamenta *BF.* Hortamenta *J.* Ortamenta *E.* armenta *Z* quom *F.* cum *ceteri* (*) 616. HĒ *B*² *in ras.* AR̄ *E* Nihili *Lambinus.* Nihil *BFZ.* Nichil *EJ* fatio *E* Nunc *B* omnino ego *F* 617. ergo *EJZ* fatiam *E* (*) 618. HĒ *B*² *in ras.* AR̄ *E* siquid *BE* 619. AR̄ *B*². *om. EF* 620. h̄ *E.* hec *JF* ne *F. om. Z* expurigare *Ritschelius Opusc. II p. 431.* ex purgare *B.* expurgare *EFZ.* expugnare *J* *post* tibi *3 litt. spat. E* (*)

Néque tenere néque mi esse ullum mórbum, — nisi quod séruio.
Át ita me rex deórum atque hominum fâxit patriae cónpotem,
Vt istic Philocratés non magis est quam aút ego aut tu.

HEGIO

Eho díc mihi,
Quís illic igitur ést?

ARISTOPHONTES

Quem dudum díxi a principió tibi,
Hóc si secus repéries, nullam caúsam dico, quín mihi
Ét parentum et líbertatis ápud te deliquió siet.

HEGIO

Quíd tu ais?

TYNDARVS

Me túom esse seruom et té meum erum.

HEGIO

Haud istúc rogo.
Fuístin liber?

TYNDARVS

Fúi.

ARISTOPHONTES

Enim uero nón fuit, nugás agit.

TYNDARVS

Quí tu scis? an tú fortasse fuísti meae matri óbstitrix,
Qui íd tam audacter dícere audes?

ARISTOPHONTES

Púerum te uidí puer.

· 626. *Huc rettulit Deuerlingius Placidi glossam p. 32, 16:* deliquio: oblivio*: maiore saltem probabilitate quam p. 84, 7* (tenax) *v. 289 et p. 7, 11* (aequabiles) *v. 302 adscripsit*

---

621. nn *J.* mi *ceteri* 622. ||||' At (*pers. nota er.*) *BE* faxit, x *e corr., B* ɔpotem *E.* compotem *ceteri* 623. autu *E* Eho *B.* eho *E* 624. Quem *B* a principio dixi *F* 625. sicecus J^1 (*corr.* J^2) repperies *E* michi *E* 626. aput *J et B ante corr.* de liquio *E.* deli|¦quio, *er.* n, *B* fiet *B* (*corr. m. Camer.*) (*) 627. tuas *E* Me *B* tuum *libri* seruon *F.* seruum *BEZ* Haud istuc rogo *proximis adplicant libri: corr. Pylades* 628. Fui *B* Enimuero *B* 629. an||, e *ut vid. er., E* obstetrix *JFZ* (*) 630. qui (quid *EJF*) id tam *in fine v. 629 libri: corr. Pylades* Puerum *B*

TYNDARVS

Át ego te hodie uídeo maior máiorem: em rursúm tibi.
Meám rem non curés, si recte fácias: num ego curó tuam?

HEGIO

Fúitne huic patér Thensaurochérsinicochrýsides?

ARISTOPHONTES

Nón fuit, neque égo istuc nomen úmquam audiui ante húnc diem.
Phílocrati Theodóromedes fuít pater.

TYNDARVS

Pereó probe.

Quín quiescis? í dierectum, cór meum, ac suspénde te:
Tú subsultas, égo miser uix ádsto prae formídine.

HEGIO

Sátin istuc mihi éxquisitumst fuísse hunc seruom in Álide
Néque esse hunc Philocratém?

ARISTOPHONTES

Tam satis quam númquam hoc inueniés secus.

HEGIO

Tum ígitur ego derúncinatus deártuatus súm miser

640. *Nonius p. 95, 17:* deartuare est quasi per artus concidere. Plautus Captiuis 'tum igitur .... miser' *Osbernus p. 8:* ab arceo hic artus tus, unde .... et artuo as, quod non est in usu, sed componitur .... et deartuo ac similiter pro diuidere et inde deartuatus a

631. hodie ℭ. *om. libri* hem *libri: corr. Brixius* tibi rursum *F* (*)
632. meam rem *in fine v. 631 libri: corr. Pylades* (Rem meam *inverteus*) fatias *E* Num *B. arist.* num *F* cura *E* tua *BEZ*
633. fuitne huic *in fine v. 632 libri: corr. Pylades* thensauro (theusauro *E.* thesauro *FZ*) chrysonico chrysides *libri: cf. ad. v. 285* (*)
634. non fuit *in fine v. 633 libri: corr. Pylades* nomen *ex* nomem *B* unquam *BF* 635. theodoro medes B^1J (*coni.* B^2) Pereo *B*
636. Quin *B, sed* ui B^2 *in ras.* i *Gulielmius Qu. in Capt. p. 357: om. libri* die rectum B^1E (*coni.* B^2). di. erectum *J.* dic ereptum *F* (*)
637. sussultas *B* (as B^2 *e corr.*) *Z.* sus sultas *E.* susultas *F* adsto *F.* asto *ceteri* preformidine *BF* 638. Satin *E, sed* atin E^2 *e corr.* Satine *J* istuc *om. JF* ex quisitum *B* est *libri* seruon *F.* seruum *ceteri* aulide *FZ* 639. esse *add.* E^2 phicocratem *B ante corr.* Tam *B.* lam *J.* ta *E* nunquam *BJF* inuenies hoc *JF* *Post hunc versum in libris sequitur, quem post v. 644 collocavit* ℭ (*) 640. igitur *ex* ego *B* deruncinatus *membr. Turn.: cf. Adv. XIV 7.* erumnatus *BEFZ.* erumpnatus *J.* deunciatus *Non. Harl.*[1] *cum. Guelf.* deuniatus *Harl.*[1]. denuciatus *Par.* deunctus *Leid.* de artuatus *J.* dearmatus *Z* (*)

Huíus scelesti téchinis, qui me ut lúbitumst ductauít dolis.
Séd uide sis.

ARISTOPHONTES

Quin éxploratum díco et prouisum hóc tibi.

HEGIO

Cérton?

ARISTOPHONTES

Quin nihil, ínquam, inuenies mágis hoc certo cértius:
Phílocrates iam inde úsque amicus fuít mihi a pueró puer.
Séd ubi is nunc est?

HEGIO

Vbi ego minume atque ípsus se uolt máxume.
Séd qua faciest túos sodalis Phílocrates?

ARISTOPHONTES

Dicám tibi:
Mácilento ore, náso acuto, córpore albo, oculís nigris,
Súbrufus aliquántum, crispus, cíncinnatus.

HEGIO

Cónuenit.

TYNDARVS

Vt quidem hercle in médium ego hodie péssume procésserim:
Vaé illis uirgis míseris, quae hodie in térgo morientúr meo.

HEGIO

Vérba mihi data ésse uideo.

TYNDARVS

Quíd cessatis, cónpedes,
Cúrrere ad me méaque amplecti crúra, ut uos custódiam?

---

um, unde Plautus in Captiuis 'ego erumnatus et deartuatus sum miser' *idem p. 193:* aerumpnatus inops factus. Plautus 'aerumpnatus .... miser' 641. *Huc rettulit Loewius Anal. Pl. p. 211 glossam* techinis: fraudibus dolis *Osbernus p. 160:* ducta as uerb. frequent., unde Plautus in Captiuis 'hic me ut libitum est ductauit dolis'

641. techinis *Ritschelius Opusc. II p. 477: cf. testim.* thechnis *BE.* tech.nis *J.* technis *FZ* est *libri* 642. Quin *B* tibi *B, sed* ti *e corr.* B^2 643. Qui nihil *B.* qui nichil *E* inquam B^2 *ex* inuenies *ut vid.* imquam *E.* unquam *Z* certotercius *J* 645. *Hic v. in libris extat post v. 639 (v. s.), ubi* HE *praem. BE, om. nota ante* ubi (*sed* Vbi *B*) nunc is *F'* minime *libri* maxime *E* 646. fatie *E* tuus *libri, sed* tuis E^1 (*corr.* E^2) Dicam *B* 647. oculis *Guietus, Bothius, Bentleius.* et oculis *libri* 648. Subruffus *F' post* aliquantum *distinguunt FZ* cicinnatus *EZ.* cinnatus *J* Conuenit *B* (*) 650. Ve *BEF* illi *Z* 651. Quid *B* compedes *libri* 652. meaque, *priore* e *ex* a, *E* crura *B, sed* crur B^2 *in ras.*

HEGIO

Sátine me illi hodié scelesti cápti ceperúnt dolo?
Íllic seruom se ádsimulabat, híc sese autem líberum.
Núculeum amisí, retinui pígneri putámina.
Íta mi stolido súrsum uorsum os súbleuere offúciis.
Híc quidem me numquam ínridebit. Cólaphe, Cordalió, Corax,
Íte istinc, ecférte lora.

LOLARII

Núm lignatum míttimur?

HEGIO. LOLARII. TYNDARVS. ARISTOPHONTES

HEGIO

Inícite huic manicas máxumas mastígiae.

TYNDARVS

Quid hoc ést negoti? quíd ego deliquí?

HEGIO

Rogas?
Satór sartorque scélerum et messor máxume.

---

655. *Nonius p. 137, 29:* putamina non solum arborum sunt, uerum omnium rerum purgamenta: nam quidquid ex quacunque re proicitur, putamen appellatur. Plautus in Captiuis 'nuculeum .... putamina' *Donatus ad Ter. Ad. V 3, 10:* putemus] tractemus, purgemus: nam et hinc putamina purgamenta dicta sunt, ut Plautus in Captiuis ait 'nucleum .... putamina' *Osbernus p. 450:* hoc putamen nis ·i· alicuius materiae recisio, unde Plautus in Captiuis 'nucleum amisi reliqui pignori putamina' 661 *sqq. Nonius p. 7, 24:* sartores

---

653. Satine *inter alia Ritschelius N. Exc. Pl. I p. 94 adn.* Santin *B.* Satin *EFZ* hodie illi *F* capiti *B ante ras. JZ* cæperunt *B.* coeperunt *J* (*) 654. seruon *F'.* seruum *BEZ* sese *F* adsimulabat *F.* assimulabat *BEZ* se se *E* 655. Nuculeum *B cum Nonio.* Nucleum *EJFZ cum Donato* retinui *Donatus.* reliqui *BFJ cum Nonio.* reliquit *FZ* pigneri *Nonius.* pignori *libri.* pignoris *Don. ed. princ.* (*) 656. mihi *libri* (michi *J*) uersum *B.* uorsus *F.* uersus *EJZ* subliuere B^1EJFZ (*corr.* B^2) offutiis *EJ.* officiis *B ante corr.* (*) 657. irridebit *libri* 658. Iste *E* istinc *Guietus, Bothius.* istinc atque *libri* ec ferte *BE.* haec ferte *J.* hec ferte *F* CO *BEZ.* COLAPH. *JF* Num *B* (*)

Act. III Sc. 5 HEGIO (EGIO *JFZ*). LORARII. (Lorarius *Z. om. F*). TYNDARVS. ARISTOPHONTES (ARISTOPHOFONTES *J*) *BEJFZ* 659. HE *praem. BE* Inicite, icite *in ras., B.* Iniicite *FZ* maxumas *Spengelius Philol. XXXVII p. 442. om. libri* mastigie *BF*(*) 660. negotii *BEZ.* negocii *JF* Rogas *B* 661 Sator satorque *EJZ.*

TYNDARVS

Non óccatorem dícere audebás prius?
Nam sémper occant príus quam sariunt rústici.

HEGIO

At ut étiam confidénter mihi contra ádstitit!

TYNDARVS

Decet ínnocentem uél seruom atque innóxium
Confídentem esse suom ápud erum potíssumum.

HEGIO

Adstríngite isti súltis uehementér manus.

TYNDARVS

Tuós sum: tu has quidém uel praecidí iube.
Sed quíd negotist? quam ób rem suscensés mihi?

HEGIO

Quia mé meamque rém, quod in te unó fuit,
Tuís scelestis fálsidicis fallácíis
* * * * * *
Delácerauisti deártuauistíque opes,

---

dicti non solum a sarciendo, uerum etiam a sariendo (serendo *libri*). Plautus in Captiuis 'sator .... maxume'. et in sequentibus aperuit 'non .... rustici' 672 *sq. Nonius p. 95, 17 (cf. ad v. 646)*: deartuare . . . idem in eadem 'deartuasti dilacerauisti atque opes confecisti'

---

sartor satorque *Nonii Harl.* sartor que scelerum (l *e corr.*) *B* maxime *E* 662. Non *om. EJFZ* hoccatorem *E* debebas *E*^{3}*FZ* prius audebas dicere *Nonius* 663. *Post* prius *3—4 litt. spat. E* sariunt *Nonii Harl.*^{2} *cum Bamb. aliis.* sarriunt *BEJF* (*ex* sarciunt) *Z* (*) 664. HE *om. E* At ut etiam ℭ. At ut *libri* michi *E* astitit, *prima* t *e corr., B.* adsistit *F.* astitit *ceteri* (*) 665. uel ℭ. *om. libri* seruum *F* (*) 666. suum *libri* aput *J* potissimum *BE.* postissimum *J* 667. adstringinte *J.* astringite *FZ* sultus *E* 668. Tuus sum *BEJZ.* Tuus seruus *F* tu has *E*^{3}*JF.* tuas *BE*^{1}*Z* precidi (*alt.* i *B*^{2} *in ras.*) *BEF* (*) 669. negoti est *B*^{1}*E.* negotii est *B*^{2}. negocii est *JF.* negotii *Z* quam obrem *B.* quam obsem *E* suscensus *E.* succenses *BJFZ* michi *E* 670. inte *BE.* te in *F* 671. falsis dicis *E* fallatiis (ii *ex* u) *B* *Lacunam signavit* ℭ *ad hoc exemplum:* Perturbauisti perdidisti funditus. 672. de artua uistique *E* *Cf. testim.* (*)

Confécisti omnis rés ac rationés meas.
Ita mi éxemisti Phílocratem fallácíis.
Illum ésse seruom crédidi, te líberum:
Ita uósmet aiebátis itaque nómina
Intér uos permutástis.

TYNDARVS

Fateor ómnia
Facta ésse ita ut tu dícis et fallácíis
Abiísse eum abs te méa opera atque astútia:
An, óbsecro hercle te, íd nunc suscensés mihi?

HEGIO

At cúm cruciatu máxumo id factúmst tuo.

TYNDARVS

Dum ne ób malefacta péream, parui exístumo.
Si ego híc peribo, ast ílle ut dixit nón redit,
At erít mi hoc factum mórtuo memorábile
Me méum erum captum ex séruitute atque hóstibus
Reducém fecisse líberum in patriam ád patrem,
Meúmque potius mé caput perículo
Praeóptauisse quam ís periret pónere.

HEGIO

Facito érgo ut Accherúnti clueas glória.

---

673. omnes *B* 674. mihi *libri* (michi *J*) ex emisti *B, sed* x B^2 *e corr.* et emisti *EJ*. emisisti *FZ* fallatiis *BE* 675. seruon *F* credi te *B.* (*corr. m. Camer.*) credite *E* 676. uos met *E* itaque uos *F* nomina, *post 2 litt. ras. et* om *e corr. B* (*) 677. Ita^{n} ter *E* p mutastis *B* Fateor *B* 678. ut tu *Camerarius* (*etiam in B*). ut *libri* fallatiis *BE* 679. Abisse *BEJ* astucia *B* 680. succenses *JFZ* 681. crutiatu maximo *E* factumst *E*. factum est *BFZ* 682. male facta *E* existumo *Bothius*. estumo *EJF*. estimo *BZ* (*) 683. rediit *F* (*) 684. mihi *libri* (michi *E*) 685. Me meum *Fleckeiscnus, Bentleius*. Meum *libri* herum *JFZ* (*) 686. Reduce *E* *Versibus* 677—689 *binos v. coni. J, v.* 687—690 *item BE, dein v.* 691—725 *his verbis versus terminantur:* sutelas, praedicent, faxis, afforet, negotii, patria, uelim, malam, quicquam, mihi, prosunt, seruatum, meus, recte, tuo, emitteresne, responde, fidelior, nuperum, illi, petito, compedes, lapidarias, confeceris: *corr. Pylades* 687. capud *E* periclo *BEJ* 688. preoptauisse *BF*. promptauisse *Z* perieret *F* (*) 689. acherunti *BEZ*. acheronti *F*. acherunta *J* dueas B^1 (cl B^2). ducas *EJFZ* gloriam *JFZ*

TYNDARVS

Qui pér uirtutem périt, abit, non ínterit.

HEGIO

Quando égo te exemplis péssumis cruciáuero
Atque ób sutelas tuás te Morti mísero,
Vel te ínteriisse uél periisse praédicent:
Dum péreas, nihil intérdico aiant uíuere.

TYNDARVS

Pol si ístuc faxis, haúd sine poena féceris,
Si ille húc rebitet, sícut confido ádfore.

ARISTOPHONTES

Pro di ínmortales: núnc ego teneo, núnc scio
Quid hoc sít negoti: méus sodalis Phílocrates
In líbertatest ád patrem in patriá domo.
Benést: nec quisquamst mi aéque melius quoí uelim.
Sed hóc mihi aegrest me huíc dedisse operám malam,
Qui núnc propter me méaque uerba uínctus est.

HEGIO

Votuín te quicquam mi hódie falsum próloqui?

---

690. *Nonius p. 422, 4:* perire et interire plurimum differentiae habet quod perire leuior res est et habet inuentionis spem et non omnium rerum finem. Plautus Captiuis 'qui per . . . . interit' *Osbernus p. 189:* a pereo perito as ·i· perire uerb. frequent., unde Plautus in Captiuis 'quod per uirtutem peritat non interit' 703. *Osbernus p. 619:* uoueo . . . inde . . . et uoto as ·i· uouere . . . Plautus 'uotaui te ego quicquam hodie falsa proloqui'

---

690. perit abit ☙. peritat *BEJFZ.* perit at (*sic Harl. Leid.*[1] aut *Leid.*[2] *al.*) *Nonius* (*) 691. extemplis *J* pessumus *J.* pessimis *E* cruciauero *Bothius.* excruciauero *libri* (excrẽtiauero *E*) (*) 692. obsutelas *BE.* obsubtelas *J* morti *vulgo* 693. predicent (c *ex* d *ras. E*) *BEF* 694. nichil *E* aiant *Fleckeisenus.* dicant (*ex* dicat *J*) *libri* (*) 695. pena *EF* 696. rebitet *quidam apud Pareum.* redibit et *libri* confide *J* affore *Pius.* afforet *BEFZ.* aud (?) *J* (*) 697. dii *JF* immortales *BFZ* 698. qđ *E.* quod *Z* hoc sit *Bothius.* sit hoc *libri* negotii B^2EJ. negocii *FZ* philo crates *B* (*) 699. est *libri* inpatria, a *ex* r, *B* domo ☙: *cf. Stichi v. 406. Merc. 831. om. libri* 700. Bene est *libri* est mihi (michi *J*) *libri* ęque melius cui *BEZ.* atq; quoi melius *F* (*) 701. aegre (egre *EF*) est *libri* dixis *ante* dedisse *m. 1 del. in E* 703. Votuin te *Pareus.* Votu inte B^1E (*coni.* B^2). Votauin te *J.* Vetauin te *F.* Vetuin te *Z* quicquam, c *ex al. litt., B.* quiqnam *E* Mihi *BEFZ.* michi *J* (*)

TYNDARVS

Votuísti.

HEGIO

Quor es aúsus mentirí mihi?

TYNDARVS

Quia uéra obessent ílli quoi operám dabam:
Nunc fálsa prosunt.

HEGIO

Át tibi oberunt.

TYNDARVS

Óptumest:
At erúm seruaui, quém seruatum gaúdeo,
Quoi mé custodem addíderat erus maiór meus.
Sed málene id factum tu árbitrare?

HEGIO

Péssume.

TYNDARVS

At ego áio recte, qui ábs te sorsum séntio:
Nam cógitato, sí quis hoc gnató tuo
Tuos séruos faxit, quálem haberes grátiam?
Emítteresne nécne eum seruóm manu?
Essétne apud te is séruos acceptíssumus?
Respónde.

HEGIO

Opinor.

TYNDARVS

Quór ergo iratús mihi's?

HEGIO

Quia illí fuisti quám mihi fidélior.

---

704. Votuisti *Pareus*. Votauisti *BEJ*. Vetauisti *F*. uetuisti *Z* quor *F*. Cur *BJZ*. Cũ *E* (*hoc non* · he · *rubr.*) 705. quoi *FZ*. cui *BE* 706. optũ est *E*. Optume est *BJ*. optumũst *Z*. optumum est *F* 707. ad *E* serua tum *J* Gaudeo *B*, *sed* Gaud *in 3 litt. ras.* B^2 708. quoi *F*. cui *BEZ* seruatũ *post* custodem *del. m. 1 in E* 709. male ne *E* tu *Pylades. om. libri* (*) 710. seorsum *FZ* (*) 711. siquis *BE* 712. Tuus seruos *F*. tuus seruus *BEŻ* (*) 713. emitteres ne *E* Nec ne *BE* seruum *libri* (*) 714. esset ne *BEF* aput *J* acceptissimus *BE* 715. Oppinor *E*. opinior *J* Quor *F*. Cur *BEJZ* ingratus *JF* mihi es *libri* 716. (*)

TYNDARVS

uid tu? úna nocte póstulauisti ét die
ecéns captum hominem núperum nouícium
e pérdocere, ut mélius consulerém tibi
uam illí quicum una a púero aetatem exégeram? 720

HEGIO

rgo áb eo petito grátiam istam. dúcite,
bi pónderosas crássas capiat cónpedis:
ıde íbis porro in látomias lapidárias:
ɔi quom álii octonos lápides ecfodiúnt, nisi
ottídiano sésquiopus conféceris, 725
escéntoplago nómen indetúr tibi.

---

717 *sq. Nonius p. 143, 10:* nuperum pro recenti positum ab eo uod est nuper id est ante non multum temporis. Plautus Captiuis uid tu . . . . . nouicium' *Priscianus inst. III p. 96, 3 H.:* no- en enim positiuum (*scil.* superlatiui nuperrimus) in us desinit ut apro uidetur nuperus cuius accusatiuum Plautus profert in Captiuis ecens . . . . . nouicium' et bene ut super superus sic nuper uperus debet esse (*cf. XIIII p. 44, 9 H.:* inferus ueluti nuperus uod approbat Caper): *v. Osannus de Flavio Capro p. 12 sbernus p. 376:* nouicius a um, quod aliter dicitur nuperus a um actum ab hoc aduerbio quod est nuper, unde Plautus in Captiuis postulauisti hominem nuperum atque nouicium' et dicitur uperus nuper adueniens, nouicius autem ad noua paratus 723. *sbernus p. 329:* latoma ubi lapides caeduntur Plautus 'ibis pol in tomas lapidarias'

---

717. Qđ *E* Quid tu? *Seyffertus Stud. Pl. p. 18.* Quid? tu *vulgo* 718. captum, t *ex* s, *E* nuperum nouicium *Nonius.* nuperum et ouicium *libri cum Prisciano, nisi quod* nuper Et nouici|||um, *1 litt. er.*, ! (nuperum *m. Camer.*), nuperum *in fine v. om. E,* nouitium *EF,* et uperum et nouitium *Z* 720. Qui cum *BEF* una a *Pylades, B m. am.* una *libri* etatem *BEF* exegeram *B, sed* egera B^2 *in ras* 721. abeo *J* gratiam istam *Pylades, B m. Camer.* Istam gratiam *libri* Ducite *B* (*) 722. cpedes *E.* compedes *BFZ.* 723. inla- omias, s *ex* m, *E* 724. cum *F* octonos (octo^{n} B^2, ^{n} *ob litt.* on *gaturam*) *B.* octo nos *J.* octones *F* effodiunt *BEFZ. om J in fine v. post* nisi *apex er. B* nisi *huc traxit Bentleius ad Ter. Heaut. V 5, 7, ad v.* 725 *Pylades* (*) 725. Cottidiano *Gulielmius Qu. in Capt. 357 ex libris, Lipsius ad Tac. Ann IV p. 115.* Cotidianos *BEJ.* quoti- ianos *F.* cotidianus *Z* sesquiopus *Z.* ses que opus *BJ.* es q' opus *C.* sequiopus *F* confeceris] quem feceris *J* 726. Ses cento plago *B.* sescento plago *E.* sextento plago *J.* sexcentoplago *FZ* uidetur tibi] mihi *F*

ARISTOPHONTES

Per deós atque homines égo te obtestor, Hégio,
Ne tu ístunc hominem pérduis.

HEGIO

Curábitur:
Nam nóctu neruo uínctus custodíbitur,
Intérdius sub térra lapides éximet.
Diu ego húnc cruciabo, nón uno absoluám die.

ARISTOPHONTES

Certúmnest tibi istuc?

HEGIO

Nón moriri cértius.
Abdúcite istum actútum ad Hippolytúm fabrum,
Iubéte huic crassas cónpedis inpíngier:
Inde éxtra portam ad meúm libertum Córdalum
In lápicidinas fácite deductús siet.
Atque húnc me uelle dícite ita curárier,
Ne quí deterius huíc sit quam quoi péssumest.

TYNDARVS

Quor égo te inuito me ésse saluom póstulem?
Periclum uitae meaé tuo stat periculo.
Post mórtem in morte níhil est quod metuám mali.
Et sí peruiuo usque ád summam aetatém, tamen
Breue spátiumst perferúndi quae minitás míhi.

---

727. te ego *EZ* obˢ testor *J* 728. istunc, c *ex* t *ras.*, *E*. istūc *B* (ⁿ B^1) Curabitur *B V*. 729—745 *his voc. terminantur in BEJ:* eximet, istuc, fabrum, meum, siet, sit, postulem, in morte, tamen, mihi, uale: *corr. Pylades* 728. nocte *J ante corr.* 730. inter diu *E*. interdiu *JFZ* eximet *add.* B^2 *ut vid.* 731. ego hunc *F, Pylades*. hunc ego *BEZ*. hunc ergo *J* crutiabo *E* 732. Certumne (Certum ne *BF*) est *libri* cercius *B*. certius *cum 4—5 litt. spat. E* (*) 733. ac tutum *EJ* ippolytum *F*. ypolitum *BEJ* 734. Iube te *E* compedes *libri* impingier *Z*. impigier *F* 735. ex tra *B* cordalium *JF* 736. diductus *BEF* 737. me uelle dicite ita *Fleckeisenus*. ita me uelle dicite (ducite *E*) *libri* (*) 738. Nequid *EJFZ* quoi *FZ*. cui *BE* pessume est *libri* 739. Quor *F*. cur *BEJFZ* saluum *libri* 740. Periculum *libri, corr. Pylades* (*) 741. inmortē *E, ut vid.* Nichil est quid *E* mali, a *ex* e, *E* (*) 742. Et si *Brixius*. Etsi *vulgo* & si p uiuo *ras. ex* & supuiuo *E*. etsi super uiuo *B* etatem *EF* (*) 743. spatium (spacium *BEZ*) est *libri* michi *E*

Vale átque salue, etsi áliter ut dicám meres.
Tu, Arístophontes, dé me ut meruisti, íta uale:
Nam míhi propter te hoc óptigit.

HEGIO

Abdúcite.

TYNDARVS

At únum hoc quaeso, si húc rebitet Phílocrates,
Vt mi éius facias cónueniundi cópiam.

HEGIO

Periístis, nisi iam hunc é conspectu abdúcitis.

TYNDARVS

Vis haéc quidem herclest ét trahi et trudí simul. —

HEGIO

Illic ést abductus récta in phylacam ut dignus est.
Ego illís captiuis áliis documentúm dabo,
Ne tále quisquam fácinus incipere aúdeat.
Quod ábsque hoc esset, quí mihi hoc fecít palam,
Vsque óffrenatum suís me ductarént dolis.
Nunc cértumst nulli pósthac quicquam crédere:
Satis súm semel decéptus: sperauí miser
Ex séruitute me éxemisse fílium —
Ea spés elapsast. Pérdidi unum fílium,
Puerúm quadrimum quém mihi seruos súrpuit:
Neque eúm seruom umquam répperi neque fílium:

---

744. et si *B*. etiamsi *F* 745. meruisti isti ita *E* *V*. 746—749. 752—759 *binos v. coniungit J, v.* 758 *sq. etiam BE* 746. hoc te *Z* optigit *EJ*. obtigit *BFZ* Abducite *B* (*) 747. Atque, *er.* que, *B*. Aut *J* unum, *alt.* u *e corr., B* queso *BEF* huc *om. J* rubitet *ut vid. E*. redicet *F* 748. mihi *BEFZ* conueniundi, iu *ex* ie *B*, *ex* icu *E* 749. Peristis *BEJF* ni *J* iam hunc *Pylades*. hunc iam *libri* (*) 750. hercle est *libri* 751. inphilacam ut *BE*. inphilatamut *J*. in philacham ut *F* 752. captiuus *J* 753. Natale *E* incipere, c *ex* p, *B* 754. michi *E* 755. offrenatum *Gulielmius Veris. III 1 p. 299 itemque Acidalius*. ofere natum *B*. offerre natum *EJFZ* 756. certum est *BEFZ* posthac *Bothius ex Guelf.* post haec (hęc *E*. hec *F*) *libri* 757. deceptis *E* 758. seruite, e *extrema in 3 litt. ras., B* me *om. J* ex emisse *B* 759. eabsa est *B e corr.* elapsa est *B ante corr. cum ceteris* 760. seruus *BE* surpuit *Camerarius*. surripuit *BJFZ*. subripuit *E* 761. seruon *F*. seruum *B* (*alt.* u *e corr.*) *E* unquam *BF* reperi *J* repperi umquam *E* nec *JFZ* (*)

Maiór potitus hóstiumst. quod hoc ést scelus?
Quasi in órbitatem líberos produxerim.
Sequere hác: redducam te úbi fuisti. néminis
Miserére certumst, quía mei miseret néminem.

ARISTOPHONTES

Exaúspicaui ex uínclis: nunc intéllego
Redaúspicandum esse ín catenas dénuo.

762. *De Nonio p. 498, 25 cf. ad v. 92* 764 *sq. Nonius p. 143, 14:* neminis positum pro nullius. Plautus captiuis 'neminis me (me *om. Harl.*[1]) miseret nam me miseret neminem' *Cominianus apud Charisium II p. 159, 33 = Diomedes I p. 333, 33 = Excerpta [ex arte Charisii] ex cod. Bob. p. 561, 17 K.:* conuincitur uero haec opinio (*scil.* nemo pronomen non habere genetiuum) auctoritate Plauti qui ita dixit in Captiuis 'neminis ..... neminem' *Charisius I p. 138, 7 K.:* neminis Plautus in Captiuis 'neminis misereri certum est' *Priscianus inst. II p. 106, 7 H.:* neminis . . . Plautus in Captiuis 'neminis ..... nemo' *Quae testimonia ad Caprum redeunt. Ceterum cf. Reblinius l. s. s. p. 45*

762. potitus *B in ras.* hostium est *libri* quid *J* 763. filios *JF* per duxe||rim, x *er., E.* perduxerim *JFZ* *V.* 764—767 *his uocibus terminantur in BEJ:* certum est, uinculis, denuo*: corr. Pylades* 764. reducam *libri* Neminis *B* 765. Miserere *Spengelius ad Truc. II 1, 13 (223).* misereri *libri* (mifereri *E*) *cum grammaticis, nisi quod* me miseret *Nonius* certum *Priscianus.* certum est *libri cum ceteris praeter Nonium* Quia B^1. Quia mei B^2EJFZ *cum grammaticis, nisi quod* qua me *Diom. ABM,* qui me *cod. Bob.,* nam me *Nonius* (miseret mei *Prisciani A*) nemine *Charisii N.* nemo *Z cum Prisciano* (*) 766. AR. *Pylades: Hegioni continuant libri* *Verba* exauspicaui ex uinculis *om. B* (*add. m. Camer.*) exauspiçaui *E* uinculis *EJFZ: corr. Lambinus* 767. redauspicandum, spi *e corr. B* catenis *F* (*)

IV 1, 1—10

ACTVS IV

ERGASILVS

Iúppiter supréme, seruas mé measque augés opes:
Máxumas opímitatis ópiparasque offérs mihi:
Laudém lucrum, ludúm iocum, festíuitatem férias,
Pompám penum, potátionis sáturitatem, gaúdium.
Néc quoiquam homini súpplicare núnc certumst mihi quód domist:
Nam uél prodesse amíco possum uél inimicum pérdere.
Íta hic me amoenitáte amoena amoénus onerauít dies:
Síne sacris heréditatem sum áptus ecfertíssumam.
Nunc ád senem cursúm capessam hunc Hégionem, quoí boni
Tantum ádfero, quantum ípse a diuis óptat atque etiam ámplius.

---

769. *Nonius p. 146, 5:* optimitas ab optimo Plautus Asinaria ... idem Captiuis 'maximas .... mihi': *cf. Reblinius l. s. s. p. 43*
769. *Osbernus p. 390:* opiparus a um ·i· habundans, unde Plautus in Captiuis 'opes maximas opiparasque offers mihi'

Act. IV Sc. 1 PARASITVS ERGASILVS B^2. PARASITVS ERGA IIIOS. (S ERGA IIIOS. *in ras.*) *E*. ERGASILVS. PARASITVS *JFZ* 768. Iupiter *F* suppreme *B* (*alt* p *e corr.*) *et E*. supre me *J* · meas que *B* 769. Maximas *BEJ* opimitates *B*. opimates *EZ*. epimates *J*. optimitas *Nonius*. optimitates *F* opiparas que *B*. opi parasque *EJ* offert *Nonius* michi *E* 770 *sq. Sic distinxit* ☙: Laudem, lucrum, ludum, iocum *etc. vulgo* potationes *JFZ* 772. Hec *F* cuiquam *BE* me nunc *JF* certum est *libri* mihi quod domist ☙ *conl. Rud. 1335. Bacch. 225. Mil. 190 sq.* mihi *libri* (michi *E*) (*)
773. Nam t, t *in ras., B* (*) 774. *Trochaice Spengelius l. s. s. p. 444: iambice vulgo* me dies *Z* [a]moenitate *B*. moenitate *E* onerauit B^2 *in ras.* honerauit *J* dies *Pylades duce Z*. mihi *BEJF*. me *Z* 775. hereditatem *B* adeptus *JFZ* effertissumam *F*. effertissimam *BEJZ* (*) 776. legionem *E* cui *BEZ* 777. affero *B*. offero *EJFZ* a diuis *Bothius*. adis *BEZ*. adiis *JF* (*)

Nunc cérta res est, eódem pacto ut cómici seruí solent,
Coníciam in collum pállium, primo éx med hanc rem ut aúdiat:
Speróque me ob hunc núntium aetérnum adepturúm cibum.

HEGIO. ERGASILVS

HEGIO

Quanto ín pectore hánc rem meó magis uolúto,
Tantó mi aegritúdo auctiór est in ánimo.
Ad íllum modúm sublitum ós esse mi hódie!
Neque íd perspicere quíui.
Quod quóm scibitúr, tum per úrbem inridébor:
Quom extémplo ad forum áduenero, ómnes loquéntur
'Hic íllest senéx doctus, quoí uerba dáta sunt'. —
Sed Érgasilus éstne hic procúl quem uideo? óhe!
Conlécto quidémst pallió: quidnam actúrust?

ERGASILVS

Moue áps te morám moram atque, Érgasile, age hánc rem.
Éminor intérminorque, né quis mi obstet óbuiam,

---

779. conitiam *E.* coniiciam *FZ* collam *J* med *Bothius.* me *libri* (*) 780. ob hoc *JF* numtium *E.* nuncium *BZ* ad epturum *E* (*)

Act. IV Sc. 2 SENEX . PARASITVS B^2. hegio. Senex. ERGASILVS PARSITVS (*sic*) *E.* SENEX . ERGASILVS . PARASITVS *J*

781. S *praem. E* hac *J* inpectore *post* magis *iterat E* meo magis rem *F* uolupto *J* 782. mihi *libri* (michi *J*) egritudo *BEF* auctiorẽ *E* 783. sublitum *FZ.* subitum (sub B^2 *e corr.*) *BEJ* mi hodie *Bothius, Reizius.* hodie mihi *BEZ.* mihi *JF* (*) 784. *Priori adiungunt BEJ* 785. cum *E.* com (comscibitur) *B* scibitur tum *Lindemannus.* scibitur *libri* irridebor *EFZ* (*) 786. Cum *BEZ* ex templo *BE* uenero *F* aduenero ad forum *invertit in B m. Camer.* 787. doctus *Dousa Centur. I 19 cum aliis* (*ut ms. Lang.*). ductus *libri* quo B^1E. quoi B^2FZ. cui *J* dota J^1, *corr.* J^2 (*) 788. erga silus *E* est ne B^1EJ, *coni.* B^2 uideo? ohe ℰ. uideo *libri* (*) 789. Collecto *FZ* quiđ est *B.* quidem est *EFZ* quid nam *BEJ* acturus est *F* 790. P *BE. om. J* (*usque ad v. 810* P *Ergasilum,* S *Hegionem notant BE, dein* E *et* H *iterumque illis*) Mone *J* apste *B.* abs te *ceteri* moram moram ℰ. moram *libri* erga sile *E* (*) 791. nequis *BE* mihi *libri* (michi *J*) obstet *Spengelius conl. Stichi v. 287.* obstiterit *libri* (*ex v. 793*) (*)

Nísi qui satis diú uixisse sése homo arbitrábitur:
Nám qui obstiterit, óre sistet.

HEGIO

Híc homo pugilatum íncipit.

ERGASILVS

Fácere certumst. proínde ita omnes ítinera insistánt sua,
Né quis in hanc plateám negoti cónferat quicquám sui:
Nám mihi hoc ballísta pugnumst, cúbitus catapultást mihi,
Vmerus aries: túm genu ad quem adiécero, ad terrám dabo.
Déntilegos omnís mortalis fáciam, quemque offéndero.

HEGIO

Quaé illaec eminátiost nam? néqueo mirarí satis.

(ERGASILVS

Fáciam ut huius dié locique meíque semper méminerit,

---

796. *Nonius p. 552, p. 13:* catapulta iaculum celer uel sagitta... Plautus in Captiuis 'nam meus.....mihi' *Grammaticus de dubiis nominibus p. 587, 12 K.:* pugnum Plautus genere neutro dixit 'mihi haec balista pugnum est'. sed melius masculinum est 798. *Osbernus p. 178:* dentilegus qui fractos habet dentes. Plautus 'omnes mortales dentilegos faciam' 800. *Cf. Terentius Eun. v. 801*

---

792. qui *Gruterus.* quis *libri* (qui homo '*quidam libri*' *Lambini*) se se *E.* se *F* abrbitrabitur *E.* arbitratur *B* 793. are B^1. ore B^2 pugillatum *BEF* 794. P *B. om EJF: cf. ad v. 795* certust *B.* certum est *FZ* pro inde *B* ita *Fleckeisenus.* ut *BEFZ.* ut ut *J* (*) 795. $\overline{P}$ *praem. E,* PAR *JF* Nequis *BJ* in hanc plateam *Bothius*[2]. in hac platea *libri* negotii *BE.* negocii *JFZ* 796. mihi hoc ☙. mihi haec *gramm. d. d. n.* meus est *libri cum Nonio* pallista *B, sed* lista B^2 *in ras.* balista *JF cum Nonio* (ballista *Leid.*[1]) *et gramm. d. d. n.* pugnum est *gramm. d. d. n.* pugnus *libri cum Nonio* cata pultast mihi *B.* catapultast (c *ex* a) $\overset{i}{m}$ *E.* catapulta est mihi *Nonius.* catapulta est *JFZ* (*) 797. Humerus *JFZ* ad quem adiecero ☙. adquemque (ad quenq; *F*) iecero (ce B^2 *in ras.*) *libri* (*) 798. Dentilegos *F, Osb., Saracenus.* Dentilecos *BEJ.* Dentiloquos *Z* omnes mortales *BEFZ* fatiam *E* (*) 799. Quę B^2E. Que B^1F illec eminatiost? *B.* ille cominatio est *E* est nam? *Acidalius Div. p. 98.* est? nam *vulgo cum B* namquco *J* *Versus* 800—802 *ut dittographiam versuum* 791—799 *praeeunte Spengelio seclusit* ☙ (*) 800. Fatiam *E* huius *EJFZ.* eius *B* die *Bothius.* diei *libri*

Quí mi in cursu opstíterit * * * * *
* * * fáxo uitae is éxtemplo opstiterít suae.

HEGIO

Quíd hic homo tantum íncipissit fácere cum tantís minis?)

ERGASILVS

Príus edico né quis propter cúlpam capiatúr suam:
Cóntinete uós domi, prohibéte a uobis uím meam.

HEGIO

Míra edepol sunt ní hic in uentrem súmpsit confidéntiam.
Vaé misero illi quóius cibo iste fáctust imperiósior.

ERGASILVS

Túm pistores scrófipasci quí alunt furfuribús sues,
Quárum odore praéterire némo pristinúm potest,
Eórum si ego quoíusquam scrofam in público conspéxero,
Éx ipsis dominís meis pugnis éxculcabo fúrfures.

HEGIO

Sátur homost, habét profecto in uéntre confidéntiam.

ERGASILVS

Túm piscatorés qui praehibent pópulo piscis foétidos,
Qui áduehuntur quádrupedanti crúcianti canthério,

---

807. *Osbernus p. 561:* scrophipascus qui pascit porcos. Plautus 'scrophipasci qui alunt furfure sues' 813. *Hunc versum respexit Ausonius Epist. XXI 2, 39:* trinodem dactylum Vidi paratum crucianti cantherio *Cf. Fronto p. 220, 6. 184, 16 ed. Nab.*

---

801. mihi *BEFZ* opstiterit *B.* obstiterit *EJFZ: cum 2 litt. spat. E Lacunam significavit* ☙ *ad hoc exemplum:*
Quí mi in cursu obstíterit capite aut cúbito aut pedibus aút genu:
Nám qui obstiterit, fáxo *e. q. s.*
uite *BF* is *om. F,* extemplo *JF* obst. *libri* (*) 803. nequis *BF*(*) 804. Continere *Z* domi *ex* domu *B* 806. Ve *BEF* cuius *BEZ* imperiosior *B, sed* riosior *add. B*^{2}. impensior (o *ex* a *ut vid.*) *E cum JFZ* (*) 807. scrophi pasci *BEJF.* scrophipaci *Z* furfuribus *Luchsius in Studem. Stud. I p. 56.* furfure *libri* (*) 808. preterire *BF* pistrinium *E* 809. si ego quoiusquam ☙ (*cf. v. 815. 821*). siquoius quam *B.* si quo uis quam *EJ.* si quoiusquam *F.* si quouisquam *Z* scropham *libri* (*) 810. fur fures *J Post hunc versum libri habent quem inter v. 816 sq. interposuit* ☙ 811. homust *E.* homo est *FZ* (*) 812. praebent *libri* (prebent *BE.* populo prebent *F*) pisces *libri* fetidos *BF.* fe ͦtidos *E* 813. quadrupedancia *B*^{1}, *corr. B*^{2} crutianti *E* canterio *F*

ıórum odos subbásilicanos ómnis abigit ín forum,
ís ego ora uérberabo súrpiculis piscáriis:
t sciant, aliéno naso quam éxhibeant moléstiam.

HEGIO

ísilicas edíctiones átque imperiosás habet.

ERGASILVS

ím lanii autem, quí concinnant líberis orbás ouis,
ıí locant caedúndos agnos ét dupla agninám danunt,
ıí petroni nómen indunt uérueci sectário:
órum ego si in uiá petronem pública conspéxero,
; petronem et dóminum reddam mórtalis misérrumos.

HEGIO

ígepae! edíctiones aédilicias híc quidem habet,
írumque adeost ni húnc fecere Aetóli sibi agoránomum.

ERGASILVS

ón ego nunc parasítus sum, sed régum rex regálior:
ntus uentri cónmeatus méo adest in portú cibus.

---

814. *Priscianus inst. I p. 31, 19 H.*: odos pro odor Plautus in ptiuis 'quorum ..... forum' 820. *Festus Pauli p. 336, 8 M.*: tarius ueruix (uerbex *Gu.*): qui gregem agnorum praecedens ducite: *Leidolphus l. s. s. p. 236* 826. *Priscianus inst. VI p. 158, 23 H.*: us cibi, quamuis et huius cibus antiqui protulisse inueniuntur. utus in Captiuis 'tantus ..... cibus'

. subbasilica nos *BJ.* subbalsicanos *E.* sub basilica nos *FZ, corr. lades* omnes *BE* abegit *BJZ.* ab egit *E.* adegit *Priscianus.* igit *F* (*Camer. m. in B*) (*) 815 ergo *EJ* hora *J* sirpiculis *Z* 816. exhibeant *B, sed* ex B^2 *in ras.* 817. *Hunc versum libri gioni una cum v. 811 dant* (*v. s.*) *v. 816. 818 parasito continuantes* edictiones *Z.* editiones *BEJF* 818. lanii B^2FZ. lanu B^1. lanũ lanum *J* orabas *J* oues *libri* 819. cedundos *BEJF* gnos *B*, gn *er. et* g *ex* o (⌣ B^2) dupla *Rostius Opusc. I p. 41.* plam *libri* (*) 820. uerueti *BEJ* 821. Eorum *Brixius.* Eum *ri* publico *J* 822. mortales *libri* miserumos *J* 823. Eugepe *ubi* pe . . . . habet B^2 *scripsit in lacuna.* Euge pe *E.* Euge *JFZ* edictiones *BZ.* editiones *EJF* edilicias *BF.* editias *E* (^{1} E^2). elicias *J* (*) 824. Mirum que *B* adeo est *FZ* *post* adeost *itt. sp. E* *Verba* ni .... agoranomum B^2 *add. in lacuna*

E. nisi *Z* fecere *B.* fecerunt *EJFZ* Aetoli sibi *Guietus, Hernnus Act. litter. Lips. a. 1830 p. 2423.* sibi aetoli *libri* (etoli *B.* holi *J.* etholi *F*) agora nomum *E* (*) 826. cõeatus *E.* comeatus *sciani DHLK.* commeatus *ceteri* ad est *E* inportucibus *E.* orticibus *J*

Séd ego cesso hunc Hégionem oneráre laetitiá senem?
Quín hoc homine adaéque nemo uíuit fortunátior.

HEGIO

Quaé illaec est laetítia, quam illic laétus largitúr mihi?

ERGASILVS

Heús ubi estis? écquis hic est? équis hoc aperit óstium?

HEGIO

Híc homo ad cenam récipit se ad me.

ERGASILVS

Áperite hasce ambás foris,
Príus quam pultando ássulatim fóribus exitium ádfero.

HEGIO

Perlúbet hunc hominem cónloqui: Ergásile.

ERGASILVS

Ergasilum quí uocat?

HEGIO

Respíce.

ERGASILVS

Fortuna quód tibi nec fácit nec faciet mé iubes.
Séd quis est?

HEGIO

Réspice ad me: Hégio sum.

ERGASILVS

Ó mihi,

832. *Nonius p. 72, 22:* assulatim ut minutatim Plautus Captiuis 'priusquam .... dabo': *cf. Reblinius l. s. s. p. 44*

827. concesso *F* egionem *E* honerare *J* letitia *E.* leticia *BF.* laeticia *J* (*item v. 829*) 828. Quin hoc homine *E.* Qui homine *BZ.* Qui hominẽ, *sed* ẽ *m. 3 in ras., E.* Qui hominem *J.* Qui hominum *F* ad eque *B.* adeque *EF.* adaequae *J* furtunatior *J* (*) 829. illec *BF.* illa hęc *E* letus *EF* lagitur B^1, r *s. v.* B^2 830. est is *ex* estis B^2 ecquis hic est ecquis *Bothius.* ecquis *libri* (ec quis *BE*) hoc *B, sed* oc B^2 *in ras. om. E* hostium *EJF* (*) 831. Aperite *B.* aperite *cum 2 litt. sp. E* fores *libri* (*) 832. Prius quam *B.* Priusquam *ceteri* pulsando *Nonius* assulatim *Nonius.* uel assultatī *B, sed* tatī B^2 *in spat.* uel absultatī ī assultatim *E.* uel assultatim *J.* uel assulatim *F.* assultatim *Z* affero *FZ.* dabo *Nonius* (*) 833. Periubet *E* cõloqui *E.* colloqui *BFZ* erga sile *E* erga silum *E.* hergasilum *B* (*) 834. tibi *om. J* ne *F* facit *B, sed* it B^2 *in ras.* fatiet *EZ* me *Brixius.* hoc me *libri* (*) 835. quis est *F.* qui est *BJ.* quid est *EZ* Respice *B* ego sum *J* oh *BEFZ*

Quántumst hominum óptume, in témpore eopse áduenis.

HEGIO

Nescío quem ad pórtum náctus es, ubi cénes: eo fastídis.

ERGASILVS

Cédo manum.

HEGIO

Manúm?

ERGASILVS

Manum, inquam, cédo tuam actutúm.

HEGIO

Tene.

ERGASILVS

Gaúde.

HEGIO

Quid ego gaúdeam?

ERGASILVS

Quia ego ímpero: age gaudé modo.

HEGIO

Pól maerores fámiliares mi ánteuortunt gaúdiis. 840

ERGASILVS

Iám ego ex corpore éxigam omnis máculas maerorúm tibi. Gaúde audacter.

HEGIO

Gaúdeo, etsi níl scio quod gaúdeam.

ERGASILVS

Béne facis: iubé —

HEGIO

Quid iubeam?

ERGASILVS

Ígnem ingentem fíeri.

---

865. Proin tu deum hunce *Camerarius, Fuhrmannus Annal. phil. XCVII p. 854: cf. Muellerus 'Nachtr.' p. 131.* Proinde tu deum hunce *Parcus* (*itemque, sed* hunc *Bentleius, Fleckeisenus,* Proinde deum tu hunc *Geppertus*). Proin deum tu hunc *Brixius obloquente Scyfferto l. s. s. p. 1350, Abrahama l. s. s. p. 204, Kaempfio l. s. s. p. 37. Ceterum v.* 867 *pudice om. Camerarius: recte personis distribuit Meursius Exerc. cr. I p. 59, nisi quod aut interruptam post* puer *orationem aut deficientem habuit. Ibid.* consuetus *om.* es *'firmissimum' habet Olsenius l. s. s. p. 32.*

870. He. Non tu mihi places, abi *Acidalius Div. p. 100.* — stultu's

Muellerus Pros. p. 290 adn. (*cf. Olsenus l. s.*). *In v.* 870 *sq. distribuendis explicandisque nugatur Pylades.*

877. I in malam rem *Camerarius* (*cf. Ter. Phorm. v. 368*). Abi malam rem *Muellerus Pros. p. 345.* — amassit *Guietus.*

881. *De μὰ et ναὶ adde Hertzium Ann. phil. t. CIX* (*a. 1874*) *p. 264 sq. νὴ τὰν Σόραν Camerarius, etiam in B, ubi graece in marg. nomina adscripsit. Κόραν vindicavit Meursius l. s. s. Ceterum cf. Meinekius Men. et Phil. p. 16, Naekius Mus. Rhen. V p. 2, al.*

882. † Iam diu *Fleckeisenus.* Ain tu *Acidalius l. s. s.* Tuan fide *Buechelerus ad Petron. p. 186, 14.* Tam modo *Wagnerus* (*at cf. Muellerus Nachtr.' p. 7*). Iam dies — *Vssingius.* Iam diu *nunc servat Brixius: at nepta est quaestio* (*cf. etiam v. 873*).

883. *νὴ τὸν ἀλέτριναν Lambinus. νὴ τὰν Ἀλέτριαν Geppertus.*

885. uae uitae tuae *Fleckeisenus conl. Ritschelio ad Stichi v. 594: et v. Muellerus Pros. p. 723 et Lorenzius Philol. XXX* (*a. 1870*) *p. 431.* De sedulo *v.* 886 *cf. Buechelerus Mus. Rhen. XXXV p. 629 sq. V.* 887 hic *pro* Sed *Geppertus* (*ibid.* quóius érat tunc *praefert Brandtius de men. p. 67*).

891. uera si (*sic iam man. Camer. in B*) *ob allitterationem et hic et v.* 897 *praefert Fleckeisenus ep. crit. p. XXII. At cf. Rotheimerus de enunt. condit. Pl. ed. Gottingae a. 1876 p. 15.* De ain tu? *v.* 892 *adde Bentleium ad Ter. Phorm. V 8, 77.*

896. manticinatus (= *vaticinatus, μάντις!*) *Valla, Meursius, alii* unde hercle tu *Lindemannus ex Guelf.*, hercle ego *Fleckeisenus*, nisi hercle *Brixius olim*) *quasi omnino 'vaticinatus' sit parasitus et hoc loco aliud spectare possit atque v. 895.* manticulatus *Pylades inter alias mutationes, quod redintegrarunt Colvius, Acidalius Div. p. 171, alii.* anticinatus *Salmasius finxit.* mantiscinatus *obscurare nolui cum fortasse glossematicum potius sit quam corruptum* (*an derivandum a* tesco *ad analogiam verborum in* -ino-r, *ut sit manu tesca sibi facere 'eine schöne) Verwüstung anrichten'??*). *Eodem spectat 'de alieno manticinor impendo' apud Don. ad Ter. Eun. II 2, 27. Ceterum* plectito *Camerarius* (*corr. Acidalius l. s. s.*).

897. dapinato uictum *cum Pylade Bothius.* dapinabo cibum *Camerarius.* dapsilabo uictum *Guietus. Cf. ad v. 891.*

898. istuc *Schmidtius de pron. p. 84* (*adde Studemundum l. s. s. p. 4 sq.*): *at cf. Luchsius Comment. pros. I p. 13.*

900. potes *olim Brixius.* — *Proximos versus huic scaenae adiungendos esse post alios Spengelius demonstravit l. s. s. p. 278 sq.: cum libris comparat Baierus de Pl. fab. recens. ed. Vratisl. a. 1885 p. 112.*

906. alia si *Guietus, Bothius.* — quae uentris uictu conducunt *ms. Camp., al. Ceterum v.* 905 *suspectus, et ex his verbis et quia nimium quantum languet post v. 903 sq.*

907. ad meam praefecturam et *Pylades* (ad praefecturam meam *Muterus.* in *pro* ad (ut) *Gronovius alii,* ut ius *pro* et ius *Camerarius.* is ut *Bothius*[3]). ut geram praefecturam et *Beckerus de com. Rom. fab. 68.* ut properem in praefecturam, ut *Geppertus: de quo suo iure dubitavit Muellerus Pros. p. 575, cum non modo ab Ambrosiano abhorreat verum etiam a Plauto. Quae posui conl. Aul. v. 541. Epid. v. 25 etiam cum E conciliari possunt, siquidem inde aut fieri aut 'emendari' potuit* praefecturam ('*wobei mittelalterliche Anschauung — la prefettura —*

hereinspielt' Loewius, qui properem secturam *temptaverat ut spatio congruens: quod paululum excedit supplementum meum, nisi* AGÃ *fuerit). Vix huc pertinet Philoxenus p. 6, 48:* ad praefecturam *πρὸς τὴν ἐπαρχότητα.*

908. auxilium feram *om.* ut *Pylades 'ex cod.' itemque Guietus* Vt quae *corr.* auxilium adferam *Ballas gramm. Plaut. spec. I p. 14.*

912. ut *ante* metui *add. Pylades (sublata post* domum *distinctione),* quoque *post* in me *Lambinus,* si sit *post* quasi *Lindemannus,* fremuit *post* esuriens *Geppertus,* esset *ibid. Brixius praecunte Rothio Quaest. gramm. ed. Berol. a. 1876 p. 36.* mihi metui (*!*) *Gertzius.* ne etiam *vel* ne adeo *inter alia temptabat Brixius.* — faceret in med *Guietus. Ceterum v.* 911 Clades calamitas *Bothius: idem* Modo *ante* Quasi *v. 912 traiecit.*

912ᵇ. UBINOL———R———UM *Geppertus, unde suppl.* Vbi uolui illi morem gerere, ibi os pandebat improbum*: at* U *tam certe quarta littera est quam septima non est neque reliqua quadrant. Initio* Vbi uolt (inhia)r(e i)n *temptabat Loewius ut spatio congruens.*

914. decribrauit *pro* deturbauit *Palmerius Spicil. p. 879* (decribauit *ms. Lang.*). — carnibus *pro* cum carne *malit Bothius*[3]. carnecum *Guietus.* praetruncat *Camerarius.* — pecoribus *Lambinus (item v. 902).* tergóribus *h. l. praeferebat Bosscha (contra* tégoribus *v. 902). Cf. Fronto p. 141, 17 ed. Nab.*

917. percontabat *Guietus.* cunctabatur *Geppertus.* — possent *Bosscha: at cf. Muellerus Pros. p. 93. Inepte post hunc versum Geppertus 'Zschr. f. Gymn. w.' t. XX p. 442 inserebat fragmentum quod Nonius servavit (v. sub finem fabulae) sic conformatum:*

Tum píleum quem habuít deripuit eúmque ad caelum sústulit.

920. Dicam ut penum sibi aliud ornet *Guietus.* Dicam aliud ut penum sibi adornet *Bothius*[1] (adornet *ex ms. Lang.*). Dicam illi ut sibi penum aliud ornet *Fleckeisenus. Etiam h. l. (cf. ad v 796) testimonium de genere probabiliter ad Caprum Probumque revocaveris.* — si quidem se uti uolet *Guietus.* si quidem sese uolet Vti *Bothius*[3].

921. Nam isthuc quidem hic ut *Guietus.* Nam in hoc hic quidem ut *Pylades (ubi* Nam hoc *aut* Nam hic *Lindemannus,* ut hic quidem *Fleckeisenus) refutante Seyfferto cens. p. 1351.* Nam hiquidem ut istic homo *Luchsius Comment. prosod. II (ed. a. 1884) p. 14.*

923. *Versum iambicobaccheum (item v. 926 sq.) def. Studemundus de cant. p. 47 (ob* reducem *v. 931).* redducem *vindicarunt Seyffertus de bacch. p. 11 sq. et cens. p. 1350 Spengeliusque 'Ref.' p. 209.* te reducem nunc tuo *Fleckeisenus.* reducem te tuo *Brixius.*

925. *Versum aut delendum aut sic conformandum putabat Acidalius.* Quas dum te carendum, dum hic fuit *Guietus. An fuit:* exemerunt. Quae adhuc te carens, dum hic fui, sustentabam ⟨Mala, haud iam sunt mala quom in meam rem fuere⟩*?*

926. hunc nunc *Lindemannus.* hunc ego *Fleckeisenus.* istunc *Brixius.* — conspicio iam *Vssingius.* — in potestate conspicio nostra *Seyffertus de bacch. p. 43 (cf. Spengelius Philol. XXIX p. 185. XXXVII p. 449). Cf. ad v. 923.* hunc furem spicio *vel tale quid* ☞ *dubitans num* conspicere *et* conspicari in potestate *dici possit (cf. app. crit. ad Trin. v. 636).*

927. *Versum iambicobaccheum def. Seyffertus de bacch. p. 46 (c. ad v. 923) obloquente Spengelio 'Ref.' p. 283.* huius *pro* haec *Bothius.* haec est reperta *Guietus.*

928. *Anapaestos hunc v. cum sequenti fecit Muellerus Pros. p. 410* *admisso* macerăui hic*: cf. Spengelius 'Ref.' p. 139* (*ubi* hoc *retinet*). et cura et lacrumis *intercedente* satis me *coniunxit Pylades,* ex animo et cura *perversa locutione Winterus de cant. p. 17.* et cura me sat *Dousa.* et satis me cura *Guietus.* et cura satis me *Fleckeisenus.* et cura med *Brixius olim.* oh *pro* hoc *Gronovius,* ohe *Guietus:* hoc *repetendum ex v.* 930 *initio, scil. altero v. ab* Satis *incipiente praeceptum.*

933 *sqq.* promeritus (*om.* es) *Olsenus l. s. s. p. 23.* — Immo tu potes *Geppertus* (*et* ut poteris). Immo nunc potes *Muellerus Pros. p. 637.* Immo, mi pater, Et tu poteris *Brixius: cf. Em. in Pl. Capt. p. 16.* PHILOCR. Immo potes *Langenus 'Beitr.' p. 224 sqq. deletis versibus 934 — 936, quos tamen ut traditi sunt ne interpolator quidem scribere potuit: neque si delemus quadrat* Quid opust uerbis *v. 937.* benemerens noster (*i. e. nobis cum Philocrate communis*) *Tyndarus dicitur, quem quantopere liberatum cupiat erus scit Philopolemus.* — di potestatem eam *Pylades,* di potestatem *Bosscha* (*non improbante Ritschelio Proleg. p. CCCXXVII*). di ĕam potestatem *Muellerus Pros. p. 248 sq.* di eam postatem *Kochius Ann. phil. t. CIII* (*a. 1871*) *p. 828.* — *An:* danunt*? V.* 935 munerer (*sic Vssingius*) *vel* munerem (*sic Brixius*) *Gertzius. V.* 936 merito maxumo *Lindemannus.*

939 *sq.* qui mihi melior quum ipse sibi *Guietus.* mihi qui melior quam sibimet *Fleckeisenus: at cf. Kaempfius l. s. s. p. 35. V.* 940 uti par pretium *Weidnerus Advers. p. 13.*

941 *sq.* Quom bene feciśti *Fleckeisenus, Luebbertus Stud. gramm. p. 104.* — gratia, id quod postulas, Et id et aliud *Lindemannus distinxit.* gratia: et quod postulas Et si tu aliud quid *Brixius* (*cf. l. s. s.*).

948. abduc *Bothius.* abduce *Kampmannus de* AB *praepos. p. 7 adn.: sed* libera ducito *corruptum ex* libella *supraposito.*

950. Vbi uos estis *Bosscha, quod etsi ferri posse contra Muellerum Pros. p. 308.* '*Nachtr.' p. 41* (Vbi ĕstis uos? ite atque *suadente*) *demonstrat Langenus 'Beitr.' p. 227 tamen* Heus ubi estis *et usus commendat et* Vos ite *v. 951 oppositum, aliqua cum omnino opus sit mutatione.*

953. *Novam scaenam quam libri ordiuntur iniuria post Camerarium plerosque sustulisse Spengelius arguit l. s. s. p. 278.*

955. facere oportet, ubi *Pareus, Bentleius.* oportet facere, cubi *Ritschelius Opusc. III p. 139 obloquente Muellero 'Nachtr.' p. 28 sq., qui* facere oportet *defendens locos aliter comparatos comparat: nam hiatus nullus est* ubí *admisso.* — salsum *D. Heinsius. V.* 956 *recte iam Guietus alii intellegebant.*

957. Neque ego ero *Fleckeisenus Philol. II p. 98.* — unquam, ne tu spem *Camerarius.* unquam ne tu in spe *ex libro quodam Acidalius Div. p. 100* (in spem *Guietus, Fleckeisenus l. s. s. Anal. p. 41 sq.*). numquam, ne spem *Vahlenus Herm. t. XVII p. 602. De verborum* me bonae frugi fore *integritate dubitabat Bothius.*

959. rem tuam (tuam rem *Bosscha, Kampmannus de* EX *praepos. p. 18*) facies ex m. m. *Pylades. Versum del. Guietus, om. Bothius* (*cf. ad v. 968*) *dittographiamque et Osannus Anal. p. 200 et alii statuerunt.* tua ex re (*scil.* erit *vel.* facies): facies *Vahlenus l. s. s. hiante et lingua et dialogo.* tua ex re est, facies *Langenus Stud. Pl. p. 28. V. praef.*

961. Quid ego fatear*? redintegravit Luebbertus l. s. s. p. 83.* Quid ego haud fatear *Guietus.* credi pudeat † quom autumes. *Vssingius. Veram*

Lambini interpretationem repetiit Vahlenus l. s. s. V. 960 neque recte usque adhuc *Guietus.* neque dum recte adhuc *Geppertus.*

962. in robur *Lipsius ad Tac. Ann. IV 65 p. 107.*

963. credin inperito plagas minitari mihi? *Geppertus.* — minitabis *conl. Brixio ad Mil. v. 505 et 396.*

964. dicque *Camerarius* (ac dic *in B*). dice *Gruterus.* id dic *Beckerus in Studem. Stud. I p. 129* (*cf. p. 148*). — quid adfers *Geppertus.* — ut scias *Gifanius.*

965 *sq.* facundus *om.* es *Olsenus p. 49.* dictis uolo compendium *Bothius: cf. Langenus Anal. I* (*ed. a. 1882*) *p. 10. De* bene morigerus *v.* 966 *idem Anal. II* (*ed. a. 1882*) *p. 9 sq. et quem adfert Woelfflinius* '*Lat. u. rom. Compar.*' *p. 14: ubi* fui *cum Leid. scribens totum v. Stalagmo dedit Bothius.* Quiduis fiat *Bosscha ex Leid.* (fit *pro* fuit *alii*). Quid uis fiat? *Geppertus.*

968. res tuas (tuas res *Pylades*) feceris *Saracenus.* tuam rem facies ex mala *vel* tuis e rebus feceris *Bothius hoc loco* (*cf. ad v. 959*). tuas res facies ex malis *Kampmannus l. s. s. p. 18 adn. melius sane quam interpolator rem agens.* — tua uel paulo feceris *Guietus.*

972. Et quia fugi *Guietus.* Quin et fugi *Bentleius.* Quia ego et fugi *Hermannus Annal. phil. t. XXXV p. 191.* Quia (*vel* Quia ego) fugi *Brixius olim.* Quoniam et fugi *Geppertus.* Quia et aufugi *Spengelius Philol. t. XXXVII p. 449: at non sine lusu poeta* Pauca ecfugiam ...quia ecfugi *videtur dedisse. V.* 973 Polyplusio Theodoromedi in Alide *Fleckeisenus. V.* 976 et méd *Bothius*[3], *Fleckeisenus commendante Ritschelio Nov. Exc. Pl. I p. 41. 47. Opusc. III p. 122: at cf. Studemundus Annal. phil. XCIII p. 59 sq. Muellerusque Pros. p. 548.*

977. tuum ingenium ted obsecro *Guietus. Cf. Bentleius ad Ter. Andr. I 5, 54.* tuom te genium obtestor *Geppertus.* te tuom genium obsecro *Muellerus Pros. p. 549 obloquente Seyfferto Kaempfioque l. s. s. p. 21.* exobsecro *etiam Mil. v. 69 libri praeter A obscurarunt. Possis etiam* oro obsecro.

985. mos obliuisci est *Bothius.* iam mos est obli(ui)sci *Fleckeisenus et in edit. et in Annal. phil. t. CI* (*a. 1870*) *p. 73: cf. Bergkius Opusc. I p. 92 adn.* (*de* iam mos est liuisci *cogitans*) *Spengeliusque T. M. P. p. 95.*

988. mihimet *Fleckeisenus* (*idem v.* 978 quadrimulum tibi: *cf. Luchsius in Studem. Stud. I p. 32*). *Acidalius Div. p. 100 aut versum intercidisse aut* ST. Is *in fine huius v. addendum esse opinabatur. Ceterum* Istic huius *dederat Brunckius.*

991. hic quidem *Geppertus ad Trin. p. 170: at cf. Poen. 664 al.* — argumenta hic *Bothius.*

994. *Post hunc versum plus quam ieiune Geppertus supplebat velut* Fortunatus quoniam inueni quem ego puerum perdidi (*similiter Brixius Vssingiusque*) *neque recte comparatur Trin. v. 1169 sq., cum hic aperta fortunae significatio praecedat.*

995. Eheu qur *Camerarius* (*at cf. Luebbertus l. s. s. p. 104 sq.*). *De* plus minusque *corrupto cf. Preussius de bimembris dissol. ap. scr. Rom. usu sollemni* (*ed. Edenk. a. 1881*) *p. 47.* — feci illi quam *Pylades.* feci quamde *Gulielmius Qu. in Capt. p. 358.* feci praequam *Geppertus* feci quam quae *Spengelius T. M. P. p. 226 sq.*

1000. Quam ubi *Fuhrmannus Ann. phil. t. XCVII* (*a. 1868*) *p. 842.* —

illic ibi demumst *Bothius.* ilicine demumst *Geppertus. V.* 1001. omnis est *primus Pylades.* omni exigunda est corpore *Guietus.*

1002. monetulae *Camerarius.* monerulae *def. Ausonius Popma de usu ant. loc. I 3 p. 15 cum Meursio Exerc. crit. p. 60 ante Lachmannum in Lucr. p. 205* (*cf. ibid. p. 16 de* anites *forma, pro qua post Saracenum* anates *dabant*). — Nam illo ubi aduenì, ut patriciis *Guietus.*

1004. haec aduenienti mi *Bothius.* mi aduenienti haec *Fleckeisenus.*

1005. eccum herum *cod. interpol.* — est *subaudiebat Lindemannus. Cf. Langenus 'Beitr.' p. 5 sq.*

1006. exoptate salue *Guietus.* — salueto *Fleckeisenus: cf. Muellerus Pros. p. 596. 680.* — Em quid *male Spengelius.*

1007 *sq.* scio cur? te .... filium, quia *distinxit Is. Pontanus. De* cur *cf. Langenus Anal. II p. 3.* patrem quor ted adsimules et ☠. *Cf. Meyerus l. s. s. p. 80. De* lucis tuendi *vide Bergkium 'Beitr.' p. 146 sqq., Hertzium Vind. Gell. alt. p. 58 sq. et Annal. phil. CXI (a. 1875) p. 507, Vsenerum Annal. phil. t. CXVII (a. 1878) p. 77 sq. Ceterum v.* 1009 (EXI)GUO *A cum B teste Studemundo apud Caesarem de Pl. mem. ap. Non. Argentor. ed. a. 1886 p. 35.*

1011. seruost *Fleckeisenus Brixiusque non obloquente Olseno.*

1014 *sq.* Indicium illic *Guietus.* — Ille *Bothius.* Illi (*scil.* in Alide) ☠. Hic *Geppertus.* Nunc *Vssingius.* Illic *vix recte ex* is *praecedente def. Brixius simul* una *pro* hunc *reposito, quoniam cum Fleckeiseno sequentem versum totum Philocrati continuavit* Quin *initio corr.*

1016. Quid ais? (tu *ante* capteiuum filium *traiciens*) *Guietus.* — illum (illunc *Bothius*) huius captiuum filium *Pylades.* illum captiuom huius filium *Fleckeisenus. Cf. Muellerus Pros. p. 549.*

1018. *Hunc versum cum v. 1011 eidem poetae tribui posse negans Brixius assentiente Muellero Pros. p. 430 de altera recensione cogitat, ut olim post v.* 1010 *hic subsecutus sit a* Nam tibi *pro* Nunc tibi *incipiens. Cf. etiam Goetzius Act. soc. phil. Lips. VI p. 266. At non sine arte descripsit poeta quomodo Tyndarus ex Accherunte rediens vix recte audiat fortunamque miram inexpectatamque aegre capiat. Cf. similes Aristophanis locos a Bambergio tractatos 'Zschr. f. d. Gymn. w.' XX p. 222, Exerc. crit. in Aristoph. Plutum ed. Berol. a. 1869 p. 38.*

1019. nunc *cum Boxhornio multi praetulerunt, unde* At nunc *Lindemannus dedit om.* ego (*cf. v. sq.*).

1020. Meritus est. ⟦ ergo edepol merito *Gruterus.* Meritus est. ⟦ Ergo edepol illi *Guietus.* Meritust. ⟦ Ergo ego edepol merito *Lindemannus in adn.* huic *addiderat Camerarius* (*etiam in B ut vid.*).

1021. oro te *Bothius*[3] (ted oro *Kaempfius l. s. s. p. 30*). obsecro *Geppertus itemque Lochius de imperat.* (*ed. Memel. a. 1871*) *p. 14 et Heerdegenus 'Vnters. z. lat. Semasiol.' III* (*ed. Erl. a. 1881*) *p. 20. 25.* — Tune meus es genitor *Guietus.* — Ego is sum *Bosscha* (*et antea* tune pater es meus). Egone ☠ *duce B.*

1022 *sq. Hos versus sic contraxit Bothius:* Edepol demum in memoriam nunc regredior quom cogito, *sic autem Weidnerus Advers. p. 21:* Nunc demum in memoriam redeo et quasi per nebulam cogito Audiuisse me H. m. p. u. *Dittographiam statuit Osannus Anal. p. 200, versum* 1023 *ut glossema prioris post Guietum inclusit Fleckeisenus in*

editione mox contrarium suadens Annal. phil. LXI p. 28, quod plerique secuti sunt (cf. etiam Goetzius l. s. s. p. 236). Nugatur Niemeyerus 'Zschr. f. Gymn. w.' XXXIX (a. 1885) p. 360. Cf. Langenus Stud. Pl. p. 278. Vide praef. Ad removendum hiatum v. 1024 Nebulam quasi per *Guietus*, nebulas *Fleckeisenus*, nebulam tum *Geppertus*, nebulam olim (*pro* olim audisse me *vel* audisse me olim) *Muellerus Pros. p. 596*, nebulam hoc ☠: *cf. Rud. 246. Versu* 1022 Nunc ego *supplebat Camerarius* (*etiam in B*) Hegio ego *Bothius*[3], *v.* 1025 te quaeso *Bosscha.*

1026. huic *recepi conl. v. 1019 sq.* — principium *def. Bosscha conl. Cat. de r. r. 157: at cf. Abraham Stud. Plaut. p. 224.*

1028. Cui peculi nihil est (*scil.* des). Recte feceris *Boxhornius.*

1031. argenti nec *Guietus.* aut argenti *Bosscha: cf. Muellerus Pros. p. 291. V.* 1032 clam patrem suum liberet *Guietus* (*idem del. v.* 1035).

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT

INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS

AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI IV FASCICVLVS I

CASINAM CONTINENS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXC

T. MACCI PLAVTI

CASINA

RECENSVIT

FRIDERICVS SCHOELL

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI IV FASCICVLVS I

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCXC

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

VIRO · CLARISSIMO · CANDIDISSIMO

HERMANNO · RASSOW

GYMNASII · VIMARIENSIS · QVONDAM · PRAESIDIO

DE · HVMANITATIS · STVDIIS · OPTIME · MERITO

MORALIVM · ARISTOTELIS · EMENDATORI · SAGACI

HANC · FABVLAE · PVRGATAE · NON · PVRAE · EDITIONEM

D · D · D

FRIDERICVS · SCHOELL

OLIM · ALVMNVS

SEMPER · GRATVS

PRAEFATIO

CLERVMENOE Diphili quam latine Casinam fecit Plautus non nisi per barbarum poetam innotuit: nam ex graeco exemplari ne verbum quidem servatum est neque ullum ex incertae sedis fragmentis Diphilianis huic fabulae vindicari potest.*) At Plautina fabula nosmet videmus iam quam valde placuerit: quam et aequales Titi Macci iuniores probarunt, cum senescens doceret**) non sine lascivia iuvenili, et qui annis triginta fere post mortem poetae pro novis studiose expetebant veteres fabulas primam spectarunt, itemque certatim imitati sunt qui post renatas litteras antiquas scaenae operam dabant restaurandae, velut Hieronymus Berrardus ***), Nicolaus Macchiavellius†), Ludovicus Dulcis

*) Nam verum non est quod Ladewigius contendit Mus. Rhen. III p. 186 fragm. 21 M. [102 K.] *ἀνδρὸς φίλου καὶ συγγενοῦς γὰρ οἰκίαν | αὐτοῦ νομίζειν δεῖ τὸν ὀρθῶς συγγενῆ* cum veri similitudine tribui posse Alcesimo in scaena III 1. Haec enim verba aperte eius sunt qui alterum castiget potius propterea quod amici cognatique domum pro sua non habuerit: neque omnino cognatus est Alcesimo Lysidamus. Quod vero 'incertiore ratione' cum v. 616 sqq. comparavit fragm. 26 M. [107 K.] illi loco minime convenit sententiamque praebet generalem aliis argumentis multo accommodatiorem. Contra recte Ladewigius monuit p. 194 cum alia prae se ferre originem Diphilianam tum summam intercedere inter scaenam II 6 et Rudentis IV 4 similitudinem.

**) Cf. Ritschelius Parerg. p. 180—204. XVIII (adde Opusc. II p. 659 sq. et Mommsenum hist. Rom. I^6 p. 892).

***) Notandum ex huius imitatione, quod inducto Euthynico [Teuthuirinico] ita fere argumentum pertractavit, ut Diphilum dedisse Ladewigius l. s. s. p. 191 demonstrabat ipsumque adeo ab initio Plautum conformasse Teuffelius opinabatur 'Stud. u. Char.' p. 257 sqq.: vide infra p. IX. Ceterum errat Vssingius vol. III p. 128 Ladewigium 'istam fabulam a posterioribus retractatam' habere contendens, cum ille de Plauti ipsius mutationibus disputet.

†) Memorabile videtur, quod in scaena III 5 eam particulam omi-

eumque secutus Petrus Lariveius, aliique, de quibus diligentius nuper Reinhardstoettnerus exposuit.

Iam cum certum sit ex prologo nos exemplar tenere ex ea aetate, qua fabula relata sit, tamen retractationis scaenicae vestigia nequaquam tam conspicua sunt, quam in Bacchidibus, Milite, Poenulo, Pseudolo, al. Dittographiam enim vix unam cum aliqua probabilitate deprehendimus ac de paucissimis tantum versibus singulis*) suspicionem moverunt homines suspicacissimi. Velut Guietus tres tantum in hac fabula proscripsit versus: atque v. 119 rectissime, v. 961 sq. ineptissime, denique v. 1003 vix recte, quamvis iudicio subscripserint viri primarii. De versibus nonnullis ab aliis damnatis sobrie, ut solet, considerateque iudicavit Langenus Stud. Pl. p. 278 sqq. (cf. p. 28 sqq.) saepius integritatem fabulae praedicans.

Et hic rerum status et canticorum non exiguus ambitus respiciendi erant eis, qui mirati sunt**) 'longam' dici hanc fabulam (v. 1006) quae versuum numero, ceteras si conferimus, nullo modo emineat ac tertia fere parte minor quam Pseudolus 'Plautina longa fabula' in scaenam venerit. Quare decurtatam esse Casinam ex hoc certe loco evinci nequit. Quamquam quaedam contracta esse aut intercidisse etiam praeter detrimenta quae mox uberius pertractanda erunt, cum alia monstrant tum Lysidami nomen in ipsa fabula nusquam comparens.***) Atque multa liberius pauloque rudius tractata esse quamvis libenter concedamus, tamen nimis incerta ac lubrica sunt, quae de scaenis aut adiectis aut im-

---

sit ille, quam Fuhrmannus ex dittographia repetebat (cf. append. ad v. 670 sqq.): quamquam omnino plura decurtavit liberiusque immutavit in aliis verbum fere de verbo efferens.

*) Nam Weisius de com. Pl. p. 83 sqq. quod inter alia sibi persuadebat scaenas II 1 et 2 impudenter interpolatas esse ab homine artis et ethicae et metricae ignaro atque adeo scaenam V 2 mutilatam impostori deberi 'manifesto', vix commemorandum, certe non impugnandum erat.

**) Ladewigius l. s. s. p. 190, alii.

***) Cf. Hauptius Opusc. III p. 457 et Studemundus Emend. Pl. (ed. Gryphisw. a. 1871) p. 7. Mihi valde probabile est inter versus 520 et 521 nimis abruptos quaedam deesse, ubi optime Alcesimus alloqui potuit Lysidamum. Vide infra p. XVII.

mutatis Ladewigius commentus est*) p. 192 sqq., qui unde imaginem de Diphili indole virtuteque conceperit, haud facile dixeris. Vnum videtur certum esse, apud graecum auctorem *ἀναγνώρισιν* legitimasque cum Euthynico nuptias, quas nostra fabula prologo tantum epilogoque tangit, sollemni ratione pertractatas fuisse.**) At 'Plautum' quae 'noluisse' prologus diserte dicit, per retractatorem demum dempta esse Teuffelius censuit. Quae sententia Goetzio meo, Langeno, Reinhardstoettnero, aliis probata satis debili nititur fundamento neque certiore iudicio aut stabiliri aut refutari potest. Equidem certe non video cur fidem denegemus prologo atque ipsum iam Plautum putaverim resecuisse, quae tritiora et ieiuniora post spissas falsarum nuptiarum facetias tam ipsi quam spectatoribus viderentur.

Minus etiam recte post Rappium aliosque Reinhardstoettnerus (p. 365) contendit propter ipsam obscoenitatem locorum quorundam truncatam videri memoriam. Nam lacunae etsi ex parte sane hauserunt versus spurciores, tamen et relictae sunt particulae vix minus inmemorabiles et dempti saepius loci ad pudicos mores facti, cum omnino haec mutilatio ex archetypo madore fissuraque affecto derivanda non ad hanc unam fabulam pertineat.

Itaque iam redeundum est ad quaestionem quam in Rudentis praefatione p. XV—XXII tractare incohavi, cum illius fabulae memoriam revocarem ad exemplar, quod viginti versus in unaquaque pagina habuerit — ut undeviginti *A* — quodque saepius aut perforatum aut in marginibus laesum fuerit. Idem vero luculentius etiam de Casina probare possumus***).

---

*) Interdum ad meras argutias nugasque descendit, velut p. 194 sq. ubi ex verbis 'quod haud Atticam condecet disciplinam' v. 652 efficit apud poetam Atticum eiusmodi commentum admissum non fuisse.

**) Cf. Ladewigius p. 191, Teuffelius l. s. s. et hist. litt. Rom. § 97, 6, Goetzius in Act. soc. phil. Lips. VI p. 277 adn., Langenus Stud. Pl. p. 129. 228, Reinhardstoettnerus 'Plautus' p. 369, alii.

***) Ceterum consulto singulas fabulas seorsum pertracto: quare nolo hoc loco ad ea respicere ac respondere, quae de hac re ex parte contra me disputavit Seyffertus in censura Rudentis a me editae. Sed satis gravem in re critica factitanda quaestionem ne neglegant homines docti iterum moneo: ut nuperrime neglexit Iulius Lange Rud. v. 237 in Ann. phil. CXLI (a. 1890) p. 192 perverse tractans.

In qua quae huc pertineant commodius ita percensebo, ut a fine exordiar.

Nam versus 982 pars posterior in *P* cum deficiat sequente lacuna maiore, quis dubitare potest quin cum hoc defectu cohaereat quod antea prior pars versus 965 desideratur una cum versibus sequentibus? Quod vero priore loco post plenum versum 965 *A* septem tantum versus praebet totidemque vacuos relinquit *B*, posteriore vero post plenum versum 982 novem *A* habet (aut certe octo bipartito uno) totidemque vacuos *B*, plane intellegimus in archetypo ex versibus 965—972 duos bipartitos fuisse aut vero duobus versibus vel uno bipartito auctiorem illum fuisse.*) Sine dubio autem folii dimidia pars tota deinde abscissa erat. Iam post priorem lacunam ante versus 982—991 cum extent novem versus, ex quibus antepaenultimus non potuit non bipartitus esse, viginti versuum paginas certa computatione efficimus, quarum altera v. 973—991 complexa sit, altera v. 951—972. Nam v. 951—962 cum scaenae inscriptione in archetypo octo versus occupasse (ferme ut in *B*) propterea affirmare possumus, quia similem defectum, sed paulo intricatiorem in praecedenti folio detegimus.

Ac primum quidem versuum 943—950 priores partes desiderantur continui plane ut versuum 923—929 partes posteriores: ubi quod septem lacunae oppositae sunt octo lacunis facile inde declaratur, quod v. 929 non potuit non bipartitus esse. Idem cadit in v. 922, qui maiorem hiatum proxime antecedit: in quo cum ante finem (olim seorsum perscriptum) minorem lacunam tam versus quam *B* ostendat, patet cum hoc defectu cohaerere, quod v. 940 ineunte *nia* pro *Omnia* traditum est: simulque colligimus v. 941 seorsum scriptum (non versui 940 adiunctum, ut in *B*) eodem folii loco extitisse, quo ultima v. 922 verba in pagina recta. Verum enim vero etiam v. 934—936 ita comparati sunt, ut Reiziani sint deficientibus usque in medio syllabis duabus: quas perforatione aliqua olim deletas fuisse eo rectius cer-

*) Atque si versu 971 *permutabo* (non *permutaui*) vera scriptura sit, lacunam potius statuendam esse concesserim.

tiusque sumere potui, quia quos in pagina recta oppositos fuisse plane verisimile est versus 916 sqq. item tam metro quam sensu additamenta quaedam requirebant.*) Atque pagina versa cum sic v. 930—950 continuerit intercedente inscriptione, versus 937—940 duobus (ut in *B*) comprehensos fuisse probabile est, pagina recta autem ante v. 916 quattuor versus etiam adhibuit: ad quos quoniam versum 912 (ex parte saltem) pertinuisse consentaneum est, nihil iam tribuendum est ei rei, quod inter *hercle* et *non* lacunam maiorem *B* signare videtur: quam neque sensus neque versus in pagina versa respondens confirmat. Contra et metrum et sermonis usus probant *non* (ut saepius) pro *hau* interpolatum esse hoc versu, cum *hercle non* tam inauditum sit pro *non hercle* quam *hercle haud* usitatum (cf. Kellerhoffius de colloc. verb. Pl. p. 22 [68]—25 [71]).

Atque huic quoque quod praecedit folium marginibus abscissis ac fortasse etiam locis perforatis insignem labem traxit: nisi quod in hoc folio et scriptionis et discriptionis ambiguitas interdum dubitationem affert de locis respondentibus. Quamquam quod v. 880—889 (ex quibus v. 883 certe bipartitus fuit) decem continui exitus mutilati sunt sponte suapte coniungitur cum versuum 902—908 initiis mutilatis; sed in utraque parte etiam quae praecedunt quaeque secuntur apertos hiatus produnt, qui ex parte saltem cohaereant. Videtur autem totum hoc folium complexum esse fere v. 873—910 cum una inscriptione: quae quam facile quadraginta versibus discribi potuerint, in oculos incurrit.

Quod si statuimus iterum quod praecedit folium in fine maxime truncatum fuisse apparet. Nam versuum 865—872 lacunae, quarum sedem ex archetypi discriptione in versuum initiis fuisse sumendum erit**), plane respondent versibus

---

*) Ceterum lacunosum in fine v. 919 versui inscriptioni vacanti respondere veri simile est.

**) Itaque v. 864—869 non una de causa rectius sic discripsissem (praesertim si v. 867 UOLO, non TEUOLO ab initio supplendum est cum *As*):

Nil íllum quidém nequiórem arbitro ésse
* * * * * qui locúm praehibet ílli.

846—851 in fine mutilatis: atque v. 852—872 cum inscriptione viginti versuum paginae prorsus accommodatae sunt.

Iam antecedens folium non tam in inferiore quam in media parte lacerum fuisse videtur, siquidem v. 801. 802. 804—806 in exitu deficientes manifeste cohaerent cum v. 821. 823. 825—827 principio destitutis: unde simul patet v. 821 sq. olim unum versum effecisse, sed v. 823 sq. iam antiquitus separatos fuisse. Atque hoc quoque loco intervallum inter utramque lacunam intercedens solito spatio prorsus sufficit.

Idem cadit in locum insequentem vel potius praegredientem. Nam v. 744—751 exordia quinque, v. autem 766—771 exitus quattuor abrupta sunt: atque cum in universum lacunae congruant, ipsum discrimen facile ex lyricorum discriptione expediri potest. Sed praeter labem principalem hoc quoque folium antea perforatum fuisse concludimus. Cum enim v. 757, quem quartum fuisse in pagina probabili computatione conicimus, syllabae complures ad complendum Reizianum desiderentur, prorsus congruit, quod v. 736 quem oppositum fuisse eadem ratione computamus, item ex discriptione nostra lacuna significanda erat: quo calculus adicitur sententiae aliunde conceptae.

Quem vero extremo loco statuimus vel potius stabilimus defectum, vel antiquior est ceteris, cum etiam ad Ambrosianum pertineat, qui in eis quae adhuc percensuimus exemplis ubi exstat labe immunem se praestat. At eandem observationem cum iam in Rudente fecerimus, tum in hac ipsa fabula novis documentis probare possumus.

Nam in posteriore Casinae parte cum tot folia lacunosa sese excipiant et inter se conueniant, ne in prioribus quidem

---

* * * * * nunciám praesidém *
* híc, Pardalísca esse, qui hínc exeát, tu
Eum ut lúdibrio habeas.

PARDALISCA
Lubens fécero et soléns.

Vbi v. 864 *Nil illum* pro *Ne illum* (et *arbitro*[*r*] cum Bothio) et 867 sq. *tu Eum ut* pro *Vt eum* vel *cum ut* scripsi, v. 865—867 sic iam fere redintegrans:

⟨Stuprí liberúm⟩ qui locúm praehibet ílli.
⟨Ludíque et iocí⟩ nunci[illegible] [illegible]ém ⟨te
Volo⟩ híc *e. q.*

orsus desunt similis corruptelae vestigia, quorum nonnulla rique recensioni communia sint.

Quod dubito*) an cadat in versuum 662 et 663 detri-ɜnta cum versuum 678 et 681 detrimentis facile coniun-nda, cum v. duodeviginti qui ex Ambrosiani discriptione in-ɾcedunt paulo aliter discripti etiam plenam paginam facere tuerint.**) At nullo modo casui tribuam, quod post v. 616 rsum intercidisse cum certa ratione effecerimus, in v. 635 sq. n minus certum est detrimentum iam ab aliis observatum.

Porro et v. 468 et v. 488 quae supplenda erant neces-rio, per se ita comparata sunt, ut facillime ex simplici omis-ɔne librariorum derivari possint. At memorabile saltem est ɜtum paginae spatium intercedere inter utrumque hiatum.

Certius huc revocaverim versus 197. 198 in priore parte ancos, quibus et iusto interuallo et apto loco plane re-ondeant versuum 220. 221 detrimenta.***)

Denique ab ipso principio fabulae fortasse repeti potest ɪsmodi exemplum. Nam versu 8 medio certum est *alias* pplementum itemque qui antecedit versus eodem, ut con-ntaneum est, loco pede deficit. Quae cum ita sint, vix sui tribuendum videtur versu 27 unam vocem ex medio rsu (*poscunt*) quae facile vel ex coniectura addi potuit non

*) Item dubito an v. 534 deficiens cum v. 550 claudicante cohae-ɜt vel v. 244 dehiscens cum perturbato v. 262 sq. aliaque id genus. ɾrsuum vero 685. 691. 726 defectus siquidem talem originem habue-ɪt, non neglegendum est ex breviculis qui oppositi sint versibus ex-ɾcari posse quod nihil lacunarum respondeat. Denique v. 1004 in ɜdio claudicans vacuum post finem fabulae spatium oppositum habet.

**) Quod v. 678 et 681 pro *sin* et *di* in *P* decurtatis pleniorem ɾipturam *A* exhibet, certe non impediret lacunarum congruentiam ominus statueremus, praesertim cum etiam de antiquis supplemen-cogitari posset, sicut altero loco novicium in *B* supplementum bemus.

***) Quod v. 183 ac fortasse etiam v. 185 aliquid desideramus, hil desideramus in locis respondentibus, item ex brevioribus qui ponantur versiculis vel ex ipsius inscriptionis spatio opposito decla-ri posset: itemque v. 72 in fine mutilus potuit locum vacuum habere positum, si quidem in archetypo (ut in *A*) plures versus post pro-gi finem scriptura vacabant. At certe v. 49 et 283 lacunas ex duo-s hemistichiis neglectis ortas esse elucet, quamquam altero loco cum eo spatio congruere defectus potuit, si forte ante monologum q. inscriptioni in archetypo locus erat.

suo loco legi, sed post finem adiectam esse: versu vero 28 *autem* mire positum iam alios offendit (quamvis defendi possit), ut hanc quoque vocem fortasse non traditam, sed suppletam esse sumere possimus: unde conieci *reddunt* ⟨*nummum*⟩ *nemini* quod traditae scripturae certe praestare videtur.

Sed de hoc loco similibusque liberum iudicium esto: de summa rei iusta dubitatio oriri nequit. Sat gravem autem observationem esse ad crisin recte exercendam facile demonstrare possum ex perversis virorum doctorum sententiis, qui aut apertas lacunas exstare negaverint aut locis alienis supplementa adhibuerint aut omnino rem neglexerint. Sed nolui longus esse in eiusmodi sententiis exagitandis satisque habui ipsam rei veritatem aut probabilitatem paucis adumbrasse.

Atque compluribus locis intelleximus etiam de versuum in archetypo discriptione iudicium plus minusve certum ex hac computatione capi posse.

Haec autem discriptio in alterius recensionis codicibus ($BVEJ = P$) dici nequit quantopere per Casinam maxime perturbata sit. Nam vel in simplicioribus metris plurima confusa sunt, cum tamen summa in ipsa perversitate consensio inter libros servetur.*) Atque in canticis hanc quoque rem in apparatu accuratissime descriptam dedimus: item ex aliis scaenis suo loco quaedam notavimus. Quae restant, ne inutiliter apparatum oneremus, congestis vocibus extremis libuit hic subiungere. Atque lineola addita significamus versus interstitium cum metri interstitio aliquo concinere, litteras autem maiusculas in mediis versibus servatas (v. adn.) uncis inclusas addimus: et his quidem ( ), ubi nova non accedit persona, his vero [ ] ubi personarum mutatio incidit, ut dici nequeat, utrum propter metri an propter personae interstitium**) maiuscula adhibita sit.

V. 89—143*:* — *cogitare* — *sequere* — *persequi* | — *decretum est* — *sutelis tuis* | — *postulas* | — *inpudens* | — *Libet*

*) Nisi quod verae discriptionis in litteris maiusculis vestigia haud raro *B*, interdum etiam *V*, rarissime aut nusquam ceteri servarunt.

**) Nam quanta inconstantia post personas *B* (itemque *V*) maiusculas modo adhibeat modo non adhibeat ex apparatu apparet.

— *est tibi* — *abstines* | — *Abi rus abi* — *sum* [sed *Chaline*] — *tamen* | — *istanc* — *conseruam tuam* | — *incubabo* — *hercle me* [sed *Tu*] — *mortuum* | — *induas* | — *preda est* | — *si uiuo* — *facies* [sed *Quid*] — *facem* | (et *Primum*) — *locorum* (sed *Post id*) — *semita* | — *plena* (sed *Quę*) — *faciam* (sed *Ita*) — *ruri nisi tu**) (sed *Post*) — *postules* | — *ieiunium est* — *fueris* (sed *Post id*) — *curabitur* | — *firmiter* | — *dicet* (sed *Cum*) — *festiuitas* | — *amari* (sed *Sine*) — *lepus* | — *in medio* — *postules* [sed *Nunc*] — *quidem pol* (sed *Hic*) — *arbitro* |

V. 260—274**)*:* — *commode* | — *homini* [sed *Qui*] — *oportet* — *magis* — *equius est* (sed *Illum*) — *homo* [sed *Tu*] — *friguttis* [sed *Egon*] — *detur* [sed *Vt*] — *exoro* [sed *Quid*] — *autem* — *impetrassere* | — *foras* | — *Iam hic* — *blandior* |

V. 309—352*:* — *condito* | — *opera a me* (sed *Era*) — *audio* [sed *Saluus*] — *tuus* | (et *Vna*) — *fieri* | — *qua tu* [sed *Cum*] — *quasi* [sed *Quam*] — *exigis* — *necasinam* — *ipsi me* [sed *Negaui*] — *seruassint mihi* | — *ego illam* — *siquidem tu* [sed *Credo*] — *amatio* (sed *Verum*) — *filius* | — *hic dum* (sed *Vnus*) — *feceris* | — *emoriantur* — *emortuus* | — *tuum* | — *cruribus* | — *impetramus ut* — *posse ita* [sed *Non*] — *sic agam* | — *ita rem* — *depugnarier* | (et *Necessu*) — *euenerit* | — *sperauimus* | — *litio* | — *sed tamen* | — *parum*⟨*per*⟩ — *sortibus* | — *depugnauimus* |

V. 425—436*:* — *inimicis* — *equidem* — *uilico* | — *expetiuisse* — *nuberet* | — *susultabat* — *foras* | — *dabo* |

V. 437—514*:* — *furca* — *oportet* [sed *Ita*] — *mittere* | [et *Volui*] — *nostro* — *parietem* [sed *Recessim*] — *mihi* | — *macerat* | — *loculi* — *acheruntē* — *obsequens* [sed *Vt*] — *tecum* — *ament* — *deosculer* — *tua* [sed *Quid*] — *Ecquid* — *licetne* — *quia te* [sed *Vt*] — *apage te* [sed *Vltro*] — *hercle* — *senex sectari* | — *idē me* — *subianua* | — *fui* | — *bona multa* [sed *Vt ego*] — *demum* (sed *Nunc*) — *abeo* — *prius* [sed *Sine*] — *fieri* [sed *At*] — *te posse* — *sunt* [sed *Enim*] — *duos* | — *paratus* — *locum* — *reperi* | [et *Quid*] — *secum* — *mea* | — *duces* — *nuptias* | — *docte* — *uiuitis* | — *marsuppium* | —

*) *Sic B cum As: unde corr. v.* 126 'ruri nisi tu aceruom ⟨erui⟩ ederis.'

**) *Ad v.* 261 *corr.: (usque ad v.)* 274 *pro* 279.

ut ipsa — lolligiungas | [et *Emitto*] — *potius* [sed *Soleas*] — *nequissime — domi est* | — *presenti — abis* | — *hoc etiam — abeo — ego illis — omnem rem — meos* | — *lis est — uicimus — uicissim — siet* | — *erat* |

V. 521—530*:* — *certum est — sed facito — cibo — sutrium* | — *scitus es* | — *ambula* | — *uocent* | — *amare* [sed *Quid*] — *mihisis — domi* |

V. 563—590*:* — *amatorem — siet* | — *cuidam — gaudeo* | — *oportet — aduocet* | — *ante* (sed *Sed*) — *audierit* | — *propius* [sed *Accedā*] — *praestolabar* [sed *Te*] — *tuam* | (et *Iam ne*) — *sodalis — suae* | — *istuc* [sed *Vitium*] — *est* [sed *Non*] — *subblandirier* | — *opus* | — *aliquem — amasium* |

V. 591—609*:* — *uxorem — commodum* | — *pretii* | — *quid est* | — *ad nos — occasio — arcessituram — dixisse te* [et *Ergo*] — *mihi* | — *ea ipsa* [sed *Quin*] — *arceserem* | — *bene est* | — *aegre — quin erit — quidem* |

V. 759—779*:* — *ludos — ludificabiles* | — *totis — agitis — oppo* | — *candide* | — *ambulat* | — *ornant* | — *dissimulant* | — *coqui* | — *peruortunt — senem* | — *uentres* (sed *Vt*) — *cibi* | (et *Noui*) — *ostium* |

V. 780—795*:* — *cocta — uolo* | — *abripiat — atque istam* (sed *Sed*) — *ero* | — *conuiuium* | — *mulieres — misit* [sed *Ego*] — *speculare* [sed *Quid*] — *festinant — illec* (sed [*Abi* et] *Iamne*) — *esurit* |

De scaenarum inscriptionibus personarumque notationibus nihil habeo quod addam itemque de ipsis personarum nominibus vix quidquam aliorum disputationibus adiciendum. Sperandum autem est fore, ut tandem aliquando 'Stalinonis' monstrum cum furca expellant homines docti, quod vel nuperrime in dissertationibus commentationibusque scriptum vidi. Nam Lysidamum senem audire primus pridem Ritschelius significavit Opusc. II p. 381 (cf. p. 484 adn., 682 adn. et III p. 321 sq.) tribusque annis post accuratius demonstravit Studemundus (Emend. Pl. p. 3 sqq.). De Pardalisca vero quod olim Fleckeisenus (misc. crit. a. 1864 p. 6 ad v. 11) obiter dubitationem movebat an rectius Pardilisca scribatur, haec forma, quam raro exemplo *B*, constantius *F* praebet, omni auctoritate destituta est. Iam illud non

tam ad scripturam quam ad pronuntiationem pertinet quod Seyffertus Philol. XXIX p. 387 adn. consentientibus Muellero Richteroque Cleostratam potius Cleustratam audivisse coniecit. Verum est nusquam quadrisyllabum esse nomen: sed cogitari potest etiam de Clostrata atque adeo Clostrata pronuntiatione latina (cf. 'deorsum, dorsum' al.), quamvis ex graecae linguae consuetudine Cleustrata praestet. Denique nuper demum accessit Coci nomen Citrio ex Studemundi apographo in scaenae III 6 inscriptione quamvis dubia. Quae si probatur primum quidem Coci quoque nomen olim in ipsa fabula lectum esse sumendum est (vide supra p. VIII), tum omnino paulo maiores illius partes fuisse. Atque ipsum nomen nescio an derivari possit ex *Κεδρίων* forma et explicandum ex *κεδρίδος* citrique condimento sit.

Iam et hac observatione et aliis quae praemisimus delapsi sumus ad librorum memoriam, de quibus nunc paucis absolvamus.

Atque in Ambrosiani *A* reliquiis dimidia fere pars Casinae superstes est, quas haec tabula monstrat:

A. a [= Casinae didascalia et Arg.?]		[XXV]*)
B. b [= Prol. 1—18. 19—37]		
87. 88	= 38—56. 57—75	
85. 86	= 76—88. 89—105	
91. 92	= 106—124. 125—144	
89. 90	= 144—164. 165—188	
C. c		
D. d		
291. 292	= 535—551. 552—567	XXVII**)
81. 82	= 568—586. 587—603	
293. 294	= 604—620. 621—642	
363. 364	= 643—661. 662—679	
365. 366	= 680—700. 701—720	
303. 304	= 721—736. 736—754	
95. 96	= 755—767. 768—784	
305. 306	= 785—801. 802—817	

*) Quaternionis XXV duo folia extrema cum quaternione XXVI continebant v. 189—534 i. e. 8 inscr. + 135 sen. + 148 sept. + 25 oct. + circa 36 v. lyr.: quibus ita spatium respondet, ut certe auctior vix uno versu fuisse Ambrosianus videatur.

**) Extat numerus in fine fol. extr.

357. 358 = 818—837. 838—854
69. 70 = 855—872. 873—883
E. e
F. f
79. 80 = 957—975. 976—992
371. 372 = 993—1011. 1012—subscr.
} XXVIII*)

Has Ambrosiani reliquias a. MDCCCLXXXVIII per sedecim dies pertractavi quantum potui diligentissime. Ex hac descriptione, quam adhibitis Ritschelii Geppertique collationibus**) singulisque Studemundi testimoniis confeceram, cum contextus apparatusque non modo digestus, sed etiam typis exscriptus esset, diu exspectatum prodiit Studemundi apographum, quod in appendice tantum ita adhibere potui, ut gravissima saltem enotarem. Nam quas in apparatu commemoravi Studemundi lectiones (*As*), eas sciendum est non ex apographo desumptas esse, sed ex adnotationibus antea aut ab ipso aut a discipulis factis.***) Iam inter nostram Studemundique lectionem etsi graviores haud raro intercedunt discrepantiae, quibus plerumque (non semper) illum veriora vidisse libenter concesserim†), tamen non dubito, quin aequi iudices de opera mea satis benigne iudicaturi sint. Nam persaepe consentiunt testimonia, etiam ubi prio-

*) Extat numerus in fine fol. extr. Media autem folia non quattuor, sed duo intercidisse, ut ternio pro quaternione fuerit, ex versuum computatione locique ipsius ratione plane efficitur. Nam ex nostra editione intercedunt v. 73 cum inscriptione, ut nihil fere desideretur ad duo folia explenda.

**) Vtramque (*Ar* et *Ag*) raro diserte commemoravi: complurибus autem paginis nihil fere Ritschelius adscripsit, nisi miserrime habitas esse vel perpauca agnosci posse. Neque tamen desunt, quae optime iam ille expediverit.

***) Ceterum etiam alter fasciculus 'Studiorum in priscos scriptores latinos collatorum' prodiit, cum pars huius editionis iam typis exscripta esset. Posterius etiam in manus meas pervenit Klotzii liber de re metrica veterum poetarum latinorum, de quo doleo, quod non possum non iniquius iudicare, etsi hic illic verum viderit. At Klotzius quoque eorum auxit numerum, qui non intellegant caecutire artem metricam ab arte critica destitutam.

†) Z nota, quam manu antiqua ad v. 961 in marg. adscriptam vidi (nihil *As*), nescio an cohaereat cum ZASTRAPHIV̄ scriptura nondum expedita in *B* Truc. 209.

res aut nihil aut alia enotaverant, neque neglegendum est me semel tantum per temporum angustias fabulam pertractasse, quam ex a. MDCCCLXV iterum iterumque Studemundus inspexerat omnino in hoc negotio exercitatissimus. Ceterum nolui diligentius respicere, ubi in locis per se non dubiis ille aut pauciores aut plures quam ipse litteras dispicere sibi visus est aut ubi aliquid alteri incertius alteri vix dubium visum est, praesertim cum hoc maxime ex iterata demum ter quaterve lectione aliquatenus definiri possit, ut ab initio minus huic rei intentus fuerim.

Dein *B* codicem veterem post Ritschelium Loewius a. MDCCCLXXVII contulerat et codicem Ambrosianum *E* a. MDCCCLXXX: tum utrumque ipse excussi a. MDCCCLXXXV et proximo anno *F* Lipsiensem adiunxi additis ex Schneideri programmate editionis principis *Z* discrepantiis. Codicis autem *J* Britannici Goetzius praebuit collationem ab homine quodam Anglo satis sane neglegenter factam: ad hanc accedebant Vssingii testimonia item sane satis neglegenter concepta. At operae pretium visum non est accuratius iterum hunc librum inspici, cum fere ubique longe superetur et *E* codice et eo, quem in hac primum fabula adhibuimus *V* i. e. Vossiano Q. 30, quem saeculo duodecimo ineunte scriptum esse et de Vries vidit, qui in bibliotheca universitatis Lugdunobatavae libris manuscriptis praeest, et Zangemeisterus noster confirmavit.

Sed de *V* priusquam accuratius dicam, libet adnotare, quod cum aliae fabulae tum haec demonstrant: artiore vinculo ut *E* cum *Z* contineri, ita *F* cum *J*. Velut *EZ* consentiunt in *hoc* servato v. 164, quod ceteri omittunt (*A* vero alio loco habet), item in *ego* omisso v. 241 et 437 et in *sum* omisso v. 621, tum in scriptura *permittam* v. 270 (*permittat* ceteri) magisque memorabili *impera atq;* v. 833 (*impera cito* ceteri), denique in verbis traiectis v. 345 et 833. Quae sic cum conveniant nihil ei rei tribues, quod v. 354 in verbis traiciendis *EF* coeunt. Nam *JF* potius consentiunt in vocabulis omissis v. 243. 331. 867. 895, in traiectionibus v. 39. 53. 326, denique in scripturis singularibus v. 555. 573. 683. 700. 849. Vnde colligas Italos fundamentum recensio-

nis interpolationisque alios *E* alios *J* vel geminos illorum habuisse. Nequaquam autem singularis est consensus recensionis Italae cum codice *V*, cum is tamen proxime cum ac *J* tum ad *E* accedat.

191—195. *Sic B* (*cum lineola ante* ius *et* quae meo *et* sed): M. Mira sunt uera si predicas nam uiri ius suum ad mulieres obtinere haud queunt CLE. Quin mihi ancillulam ingratis postulat quę mea est quae meo Educata sumptu siet uilico suo se dare sed ipsus eam amat *itemque ceteri, nisi quod* miraꝭ ů si *V*, p̄dicas *VE*, optinere *F*, aut q̃unt *E*, que *bis JF* (q̃ *E*), siet et *F*, ulico *E*, s' *E: ubi* ingratiis *et* educta *c. cod. Lang. et* se suo *corr. Bothius Bentleiusque*, meam *pro* mihi ☙ *cum Gepperto, deinde* mihi *pro* mea *adhibens* (*) 196—199. *Sic B* (*cum lineola ante* licet *et* nam peculi): M. Obsecro tace nam hic nunc licet dicere nos sumus. CLE. Ita est M. Vnde ea tibi est nam peculi probam nihil habere addecet *itemque ceteri, nisi quod* nam nunc hic *EZ*, peculii *JF*, nichil *EJ: ubi personas corr. Acidalius*, non hic *pro* nam hic *scripsit* [*sic etiam Lachmannus*] *et lacunas signavit* ☙ *ad hoc exemplum explendas:*
Dícere? ⟨at líberae⟩ nós sumus. itást.
⟨Díc ergo, ancílla priua⟩ únde ea tibíst? (*)
200. uiro *JF* quando ☙. quae *BVZ*. q̃ *E*. que *JF* commode est *Lipsius Ant. lect. V 1.* commodi (comodi *E*) est *libri* (*) 201. Quin, n *E*² *in ras.* uiro *B, Pius.* uero *VJFZ*. ů *E* uel haud aut *J*. haud *V* inuenīt *E* 202. omne esse *JF* tuum est *libri* (*post* est *er.* est, *ut rid., B*)

CLEOSTRATA

Tú quidem aduórsum amicam ómne loquerís.

MYRRHINA

Tace sís, stulta, et mi auscúlta.
Nolí sis tu illi aduórsari:
Sine amét, sine quod lubet íd faciat,
Quandó tibi nil domi délicuomst.

CLEOSTRATA

Satin sána's? nam tu quidem áduorsus
Tuam istaéc rem loquere.

206 *sq. Varro de l. l. VII 106:* In Casina 'sine amet [casinea(m)ēēs *F*] sine . . . . delicuum est.' Dictum [Nihil delicuum est dictum *A. Spengelius duce Aldo*] ab eo quod deliquandum non sit [s̃ *F*. ad deliquandum non sunt *A. Spengelius*], ut turbida quae sunt deliquantur, ut liquida fiant. Aurelius scribit delicuum esse ab liquido, Claudius ab eliquato. siquis alterutrum sequi malet, habebit auctorem apud Atilium 'per laetitiam liquitur animus': ab liquando liquidum fictum. *Festus Pauli p. 73, 10 M.:* deliquum apud Plautum significat minus. *Osbernus p. 178:* Deliquium distillamen. Plautus 'tibi domi nihil deliquium est'. *idem p. 311:* componitur etiam liqueo deliqueo . . . . et inde deliquus . . . . et hoc deliquium . ii. degustatio, destillamen: unde Plautus in Cassia 'tibi domi nihil deliquium est'.

203—205. *Sic B:*

CLE. Tu quidem aduorsum tuam amicam omnia loqueris
M. Ta ce sis stulta et mihi ausculta noli sis tu illi ad uorsari

itemque ceteri, nisi quod aduersum *VJ.* adũsum *E,* loq̃ris *E,* Tace *VEJFZ,* stulta/// *ex* stultus (*ut vid.*) *V,* illi] i *extr. add. E*² (*ut vid.*), aduorsari *VJFZ et, er* i *post* ri, *E: ubi* tuam *del. et* omne *corr.* ☞ (*) 206—212. *Sic B* (ue *ex* uerbo *in ras., ut vid.*):

Sine amet sine quod libet id faciat quando tibi nihil domi de-
licuum est
CLE. Satin sana es? nam tu quidem aduorsus tuam ista rem loquere
M. Insipiens
Semper tu huic uerbo uitato ab^s tuo uiro CLE. Cui uerbo M. Ei foras
mulier est

itemque ceteri, nisi quod quod lubet *JF.* quid libet *E,* facias (*et* ames?) *Varro,* nichil domi E^2J (h̃ E^1). domi nihil (nichil *F*) *Varro,* delicuũ est (*cum BV et Varrone*) *ex* deliqũ est E^2. deliquium est *J cum Osberno.* reliquum est *F.* dereliquium *Z,* Satĩ *E,* sanan es *F,* tu *ex* tũ (*ut vid.*) *E,* aduosus E^1 (^{r} E^2), istã rem *EJZ.* amicam rem ista *F,*

MYRRHINA

Insípiens, semper tu huíc uerbo
Vitáto abs tuo uiro.

CLEOSTRATA

Quoí uerbo?

MYRRHINA

Ei fóras mulier.

CLEOSTRATA

St.

Táce.

MYRRHINA

Quid est?

CLEOSTRATA

Ém.

MYRRHINA

Quis est, quém uides?

CLEOSTRATA

Vir éccum it.
Íntro abi, adprópera, amabo.

MYRRHINA

Ímpetras: ábeo.

CLEOSTRATA

Móx magis quom ótium míhi erit et tibí,
Ígitur tecúm loquar: núnc uale.

MYRRHINA

Váleas.

---

huc E^1(i E^2), abtuo B^1VEJF (s B^2, *ut vid.*), quoi F, M *ante* Ei *om.* B^1VE^1J (*add.* B^2E^2), Mvlier est V. Mulier est *rubr. in* E (*in marg.* cle E^1 *et* Mulier es E^3). CL. (Mi.) Mulier es $F'Z$: *ubi* istaec *pro* ista *Bothius*, mulier. CL. St. *Gruterus* (*) 213. CLE. *initio add.* B^2 *cademque reliquas pers. suppl. omissas a* B^1VE, *ante et post* hem *etiam a* JFZ quidem Z Em *Muellerus Pros. p. 138.* hem *libri* quid est F' q̄ uides (E^2 *ex* uir) eccum it E(*) 214—216. *Sic B:*

M. Intro abi adppera age amabo CLE. impetras abeo
M. Mox magis cum ocium mihi et tibi erit Igitur tecum loquar
Nunc vale CLE. Valeas

itemque ceteri, nisi quod M *ab initio om.* B^1VEJFZ (*add.* B^2), appropera B^1JF (*corr.* B^2), CLE *om.* $VEJZ$, impetrans VJ, magˢ E, quom F', otium $VEJZ$, et mihi (michi J) erit et tibi JF, ibi tum tecum '*prisca exemplaria*' *Pii: ubi personas corr. Dissaldeus*, age *del. Geppertus*, erit *ante* et *trai.* ☙ (*)

LYSIDAMVS. CLEOSTRATA

LYSIDAMVS

Omníbus rebus credo égo amorem et moríbus nitidis anté-
uenire,
Nec pótis quicquam commémorari quod plús salis plusque
lepóris habet.
Hodié coquos equidem nímis demiror, qui útuntur condí-
mentis,
Eos eó condimento úno non umquam útier, omnibus quód
praestat.
Nam ubi amór condimentum ínerit, quoiuis pátinam placi-
turám credo,
Neque sálsum neque suaue ésse potest quicquam, úbi amor
non admíscetur:
Fel quód amarumst id mél faciet: hominem éx tristi lepidum
ét lenem.
Hanc égo de me coniécturam domi fácio magis quam ex
aúditis,
Qui quom ámo 'Casiam' magis ínicio: mundítiis Munditiam
ántideo.

Act. II Sc. 3 STALITIO SENEX MULIER CLEOS *B itemque, sed* Stalino *VE*, Stalino *et* Cleostrata *JF*. Senes Stalino. Cleostrata mulier *Z* *Librorum discriptio servata est, nisi ubi contrarium indicatur*
SEŃ *praem.* B^2 *cademque vel* S *postea nota usurpatur* 217. mnibus *VE, ubi* O *praescr.* V^2 credo ego amorem *Hermannus El. d. m. p. 413.* ego amorem credo *libri, sed* ego E^2 *s. v.* et moribus nitidis ☙. et nitoribus itidis *BVE*. et nitoribus nitidis *JFZ* ante uenire *V* (*) 218 *sq.* habet. Hodie ☙ (habet *cum Spengelio*). hodie'' Habeat *libri, sed* at *B e corr.* coquos *EJF*. ᵒᵒcos *V* deminor *V* utunt *J* (*) 220. uno non umquam utier ☙. uno utier *BVEJ* (non *B mrg. m. rec., fort. Camer.*). uno non utier *FZ* ꝙ *E* prestat *BVJ* (*) 221. inerit *FZ*. inierit *V*. in ierit *BE* quoiuis *F*. cuiuis *BVJZ*. ć *E* patinam (*vel* escam) placituram ☙ *praeeunte Seyfferto*. placituram *BVE*. placiturum *JFZ* (*) 222. saluum B^1: *corr.* B^2 suauę *V* ad miscetur *B*. admiscitur *VE* 223. fatiet *V* 224. coniecturam, ectu *in ras.* (*fort. ex* ūctu) *B* (*) 225. Qui quom *Bothius, Reizius.* Qui quam *BEJ*. Quicquam *V*. Qui postquam *FZ* casiam *B*. casinam *ceteri* inicio *BJ*. initio *VFZ*. ĭnitio *E* mundiciis *BJF*. munditus *V* munditiam antideo *Camerarius*. munditianti deo *VZ et* (di *s. v.*) *E*. mundicianti deo *BJF* (*)

Myropólas omnis sóllicito: ubi quómquest lepidum unguéntum unguor,
Vt illí placeam: et placeo, út uideor. sed uxór me excruciat quía uiuit.
Tristem ástare aspició. blande haec mihi mála mers appellándast. —
Vxór mea meaque amoénitas, quid tú agis?

CLEOSTRATA

. Manum abi atque ábstine

LYSIDAMVS

Heiá, mea Iuno, nón decet esse té tam tristem tuó Ioui.
Quo núnc abis?

CLEOSTRATA

Mitte mé.

LYSIDAMVS

Mane.

CLEOSTRATA

Non máneo.

LYSIDAMVS

At pol ego té sequar.

CLEOSTRATA

Óbsecro, sánun es?

LYSIDAMVS

Sánus. quam téd amo.

226. *Osbernus p. 432:* haec myropola, ac · i · femina unguentaria. unde Plautus 'myropolas .... unguentum'. *Ceterum ex hoc versu Fulgentium s. v.* myropola *sua confinxisse statuit Lerschius p. 64. 81*

226. Miropolas B^2J. Miro pol has B^1VE oīs *BVEJZ* ubi cumque *B.* ubicumque *VZ.* ubiq̄que *E.* ubicunque *JF* est *JFZ.* es *V et, ex* os *corr., E.* ę̄s *B* unguentum, en *ex* iti *vel* itt, *B* ungor *FZ* 227. placeam *JFZ.* placeat *BVE* placeo *E, cr.* r s² *BE* 228. adstare *JF.* astāe *E* aspitio *VE* bland' *E* hec *JF.* ac *E* michi *J* mers *Brixius.* res *libri* est *libri* (*) 229. amęnitas *B.* amenitas *JF.* amo emitas *E* Abi atque abstine manum *libri: trai. Seyffertus Stud. Pl. p. 9 sq.* (*) 230. Heia B^1 *et* (H *rubr.*) *E.* Eia *JZ.* Eya *F* te esse *Z* (*) 231. Mitte *et* At (*non* Mane *et* Non) *B* (*) 232 CLE. *om.* VE^1 sanu es E^1 (*corr.* E^2). sanus es *J* quam ted amo B^2J. quamte damo *vel* clamo B^1. quāte clamo *V.* q̄ te dāmo *E.* quam (qui *F*) te deamo *FZ* (*)

CLEOSTRATA

Nólo ames.

LYSIDAMVS

Nón potes ímpetrare.

CLEOSTRATA

Énicas.

LYSIDAMVS

Véra dicás uelim.

CLEOSTRATA

Crédo ego istúc tibi.

LYSIDAMVS

Réspice, o mí lepos.

CLEOSTRATA

Némpe ita ut tú mihi's.

Vnde híc amabo unguénta olent?

LYSIDAMVS

Oh périi.

Manufésto miser teneór. cesso caput pállio detergére?
Vt té bonus Mercuriús perdat myropóla, quia haec mihi dédisti.

CLEOSTRATA

Eho tú, nihili, caná culex: uix teneór, quin quae decent té dicam.
Sénectan aetate únguentatus pér uias, ignáue incedis?

CLE. nolo ames S. non *adiungunt libri deinde* Potes . . . ego, Istuc . . . mihi es *comprehendentes* (*sed* Respice *V*, Nempe *B*): *corr. Bothius* 233. Potest *Z* enecas *JFZ*. enegas *BVE* 234. *Ante* dicas *er.* ue *vel* me, *ut vid.*, *B* crodo *B* *post* tibi E^1 *del* os 235. oh (h *er.* *E*) mi *et* mihi es *libri* ita *s. v.* *E* (*) 236. hec *F* amobo B^1: *corr.* B^2 unguenta olent *E ex ras.* *JFZ*. unguenta adolent *B*. ungent adolent *VE ante ras.* (*) 237. Manifesto *BFZ* inq̃ miser *F* (*) 238. miropola *BVEJ* h̃ *E*. hec *JF* (*) 239. Eho oh tu *E*. Eho o tu *Z* nihili cana culex *JFZ*. nihil (h̃ *E*) hic (h^1 *E*) anaculix *BVE* qnque̊ B^2 *in ras.* quinq. B^1V. quinque *E*. quin que *JF* te *om.* *J* dicam////////// *E* (*) 240. Senectan *duce Muellero Pros. p. 163.* Senecta *libri* unguentatus B^2. unguentus *VEJF*. unguentis B^1Z per uias ignaue B^2JF. puia signaue B^1E. puia signaue̊ *V*. perlitus ignaue *Z* (*)

LYSIDAMVS

Pól ego amico dédi quoidam operam, dum émit unguenta.

CLEOSTRATA

Vt cíto commentust.

Écquid te pudet?

LYSIDAMVS

Ómnia quae tu uís.

CLEOSTRATA

Vbi in lustrá iacuisti?

LYSIDAMVS

Égon in lustra?

CLEOSTRATA

Sció plus quam tu me árbitrare.

LYSIDAMVS

Quíd id est quod scis?

CLEOSTRATA

Té sene omnium ín senecta néminem esse ignáuiorem.
Vnde is, nihili? ubí fuisti? ubí lustratu's? úbi bibisti?
Mádes mecastor: uíde palliolum ut rúgat.

---

242 *sq. Nonius p. 333, 18 M.:* lustra dicuntur ferarum habitacula .... lustra etiam lupanaria dicuntur. Plautus Asinaria ... idem in Casina 'ubi in ... in lustra'. *Porphyrio ad Hor. Serm. I 6, 68:* lustra non ferarum cubilia tantum sed et popinae dicuntur. nam et Plautus in Casina ait 'ubi in lustra iacuisti.' 245. *Nonius p. 135, 7 M.:* lustratus luxuriosus: a lustris, abditis locis. Plautus Casina 'unde ... bibisti'; *cf. Caesar. l. s. s. p. 32.*

---

241. ego *om. EZ* amico, a E^3 *e corr.* cuidam *BVEJZ* Vt *B* ut cito E^2 *ex* ꝛ cato, *ut vid.* commentus est *Pylades.* commentatus est *JFZ.* commendatus est *V.* cōmendat' ē *B* (' ē *fort.* B^2). cōmedatus (ēd *corr.* E^2) est *E* (*) 242. S *praem. E* Ec quid *BE, in quo dein* ē *er.* que *JF* Vbi *B* inlustra *BV*E^3. illustra E^1 (*) 243. Egone (Ego ne *B*) in lustra *libri cum Nonio* (*ex* Ego enim *Leid.*) *nisi quod* inlustra *V.* illustra *E* Scio *et* Quid *B in quo deinde verba* id ..... tuscis *seorsum exhibentur inter spatia* q̄d' E^1 (*corr.* E^3) id *om. JF* id est *ex* id' E^3 quod E^3JZ. quid *BVF.* q̄d' E^1 scis *Geppertus.* tu scis *libri* (ci E^3, *ut vid., e corr.*) (*) 244. Te senum *F* in senecta ☙. senem *libri* (*) 245. is *E ex ras. JFZ.* his *BVE ante ras.* es *Nonius* nichili *E.* nihil *Nonius* lustratus *libri, Nonius in lemm.* (*corr. Lambinus*). lustretur *Nonii codices* ubi bibisti B^2JFZ. ubi uiuisti B^1VE. ibi bibatur *Nonii codices* (*) 246. Mades ☙ *coll. Most. 331.* Ad est *BVE.* Adest *JFZ* me castor *BE.* me ecastor *F*

LYSIDAMVS

Di me et te ínfelicent,
Sí ego in os méum hodie uíni guttam índidi.

CLEOSTRATA

Ímmo age ut lubét bíbe, es, disperde rém.

LYSIDAMVS

Ohe iám satis, uxor, ést:
Compríme te, nimium tínnis.
Relínque aliquantum orátionis, crás quod mecum lítiges.
Séd quid ais? iam dómuisti animum: pótius ut, quod uír uelit
Fíeri, id facias, quam áduorsere cóntra?

CLEOSTRATA

Qua de ré?

LYSIDAMVS

Rogas?
Súper ancilla Cásina: ut detur núptum nostro uílico,
Séruo frugi, atque úbi illi bene sit lígno, aqua calidá, cibo,
Véstimentis, úbique educat púeros, quos pariát, sibi:
Pótius quam illi séruo nequam dés armigero atque ímprobo,
Quói homini hercle hodié peculi númmus non est plúmbeus.

Di *B*. dę *V*. d' *E*. dem *JFZ* (dii *Pylades*) infaelicent *Pius*. infilicent *B*. infilicem *VE*. infelicē *JFZ* (*) 247—250. *Sic discripsit* ☙ (*v. 247 cum Studemundo*), *cum B habeat:*

Si ego in os meum hodie uini guttam indidi CLE. Immo age ut lubet
Bibe es disperdere S ohe iam satis uxor est cōprime te nimium tinnes

itemque ceteri, nisi quod hodie *om.* B^1VEJFZ (*add.* B^2), aget *Z*, iubet *VE* (*corr.* E^2), aes *J*, disperde rem *JFZ* (*item* B^2). disperderem *VE*, tinnis *JF*. tinnes VE^2. tinnues E^1. timis *Z* (*) 251. Relinquę *V* (*) 252. S› quid// (*er.* ē) *E* animum E^2 *e corr.* (*fuit* ame. *ut vid.*) quid *EZ* 253 *sq.* quam *Pylades*. potius quam *libri* aduersere *BVEZ* Qua *B* re, S Rogas super *libri* (S B^2E^2) casina, na *in ras.* (*ex* casi nā, *ut vid.*) *B*. cassina *E* ·S· ut VE^1 (*pers. del.* E^2) 256. ůque *E* (ů E^2, *ut vid.*) educet *JFZ* pariet *F* sibi ☙ (*ex* nisi *v. 257*). *om. libri* (*) 257. atque *Camerarius*. nisi atque *VEJ et, intercedente 3 litt. spatio, B: cf. ad v. 256*. nihili atque *Z*. nihilo atque *F* ĩprobo *E*. inprobo *V* (*) 258. Cui *BVEZ* hercle hodie *Bothius*. hodie *libri* peculii *JF* nummus *cum 2—3 litt. sp.* (*alt.* m *ex* in, *ut vid.*) *B* plubeus *J* (*)

CLEOSTRATA

Mírum mecastór senecta aetáte te officiúm tuom
Nón meminisse.

LYSIDAMVS

Quíd iam?

CLEOSTRATA

Quia, si fácias recte aút cómmode,
Mé sinas curáre ancillas: quaé meast curátio.

LYSIDAMVS

Quí, malum, homini scútigerulo dáre lubet?

CLEOSTRATA

Quia enim único
Nós oportet ópitulari fílio.

LYSIDAMVS

At quamquam únicust,
Níhilo magis ille únicust mihi fílius, quam ego illí pater:
Íllum mi aequiúst quam me illi quaé uolo concédere.

CLEOSTRATA

Tú ecastor tibi, hómo, malam rem quaéris: subolet, séntio.

LYSIDAMVS

Égone?

---

267. *Varro de l. l. VII 104:* (multa ab animalium uocibus tralata in homines partim quae sunt aperta partim obscura . . . minus aperta, ut . . .) Macci [Maccius *cod.*] in Casina a fringuilla 'quid friguttis

259. mecastor *Camerarius in annot.* ecastor *libri* senecta aetate te *Pylades.* te senecta (n *ex* c, *ut vid., B*) aetate *libri* tuum *libri* (*) 260. Quid *et* Quia *B* recte *FZ.* certe *BVEJ* aut *B in ras.* et *VEJFZ* comode *E* 261. Me sinas curare *B.* Curare me sinas *VEJFZ* que *JF* est *libri* *De perturbata usque ad v. 279 discriptione vide praef.* 262 *sq.* Quid *F* Scutigerulo, ru *ex* ro (*ut vid.*) *B.* Scurigerulo *F* iubet *VEZ* Quia *B* enim filio nos oportet ‖ Opitulari unico *libri: ubi* unico *et* filio *permut. Bothius* ///S At *B* (*er. 1 litt. mai.*) quanquam *BVJ* unicus est (ē *BE*) *libri* (*) 264. nichilo *E* ille unicust mihi *Geppertus.* unicus est ille mihi *BVEJZ.* unicus est mihi ille *F* ego *B partim in ras.* (*fuit* ill) (*) 265. mihi aequius (equius *BVF.* equus *E*) est *libri: corr. Bothius* illj *ex* ille *V* que *JF* 266. Tute *F* queris *VJF* subdolet *F* (*) 267. Egon *libri: corr. Camerarius*

CLEOSTRATA

Tu: nam quíd friguttis? quíd istuc tam cupidé cupis?

LYSIDAMVS

Vt enim frugi séruo detur pótius quam seruo ímprobo.

CLEOSTRATA

Quíd si ego impetro átque exoro a uílico, causá mea
Vt eam illi permíttat?

LYSIDAMVS

Quid si ego aútem ab armigero
ímpetro,
Vt eam illi permíttat? atque hoc crédo me impetrássere.

CLEOSTRATA

Cónuenit. uin tuís Chalinum huc éuocem uerbís foras?
Tú eum orato, ego aútem orabo uílicum.

[fringuttis *cod.*] . . . . cupis'. *Cf. Festus Pauli p. 90, 14 M.:* fringilla auis dicta quod frigore cantet et uigeat: unde et friguttire. *Nonius p. 7, 10 M.:* frigere est et friguttire et fritinnire sussilire cum sono uel erigi et excitari, quod quaecumque friguntur uel frigent nimio calore uel frigore cum sono susum sussiliunt. Plautus Casina 'nam quid . . . . cupis'*: unde neglegentius ad verba* frigere est . . . cum sono sussilire *p. 308, 11 M. interpolata esse perspexit L. Muellerus* et friguttire . . . Plautus Casina 'nam quid friguttis nam quid istud cupide petis'. *Fulgentius de abstr. serm. p. XIV Lersch.* (*cf. p. 47*)*:* friguttire dicitur subsiliter aggarrire (subsilientem oggarrire *Muellerus Adv. Non. p. 259*): unde et Plautus in Cassina ait 'quidnam friguttis.' *Osbernus p. 228:* frigilla, ae ·i· auis quaedam quae frigore cantat. et friguto, is ·i· frigide se deducere sicut catulus facit quando habet frigus: unde Plautus in Cassia 'quid frigutis? quid istud tam cupide cupis.' *Cf. Ribbeckius in trag. fragm.*[2] *p. LIX sq. et Loewius Prodr. p. 161. Add. Fronto p. 146 N.:* neglegere uero cultum orationis . . . hoc indicat loqui te quam eloqui malle, murmurare potius et friguttire quam clangere.

Tu^{nam} *B: atque* nam *man. aequaeva, ut vid.* (*non B*^{2}) quidnam *Fulgentius.* quid *Varro* fringuttis *Varronis F* (*vix Varro*) quid' *E* nam quid istud tam cupide petis *Nonius altero loco: cf. testim.* (*) 269. quid' *E* siego *B* causa *ex* cã *E*^{2} 270. p mittat (at *ex* it) *B.* permittã *V.* permittam (*ult. litt. e corr. E*^{3}) *EZ* Qid' *V.* quid' *E* siego *B* 271. Vt eam *Guietus.* eam *libri* Atque *B.* S atque *V* me *Bothius, Reizius duce Camerario. om. libri* impetrasscere *E.* impetrascere *F.* impetrasse *J* (*) 272. Conuenit. uin *Geppertus.* Conuenit. uis *FZ.* Conueni tu uis *BJ.* Conueni tu ius (i' *E*) *VE* 273. Tu illum *JF* uilico *BVE*

LYSIDAMVS

Sané uolo.

CLEOSTRATA

Iam híc erit: nunc éxperiemur, nóstrum uter sit blándior.

LYSIDAMVS

Hércules dique ístam perdant, quód nunc liceat dícere.
Égo discrucior míser amore, illa aútem quasi ob indústriam
Mi áduorsatur. súbolet hoc iam uxóri quod ego máchinor:
Própter eam rem mágis armigero dát operam de indústria.

LYSIDAMVS. CHALINVS

LYSIDAMVS

Qui íllum di omnes deaéque perdant.

CHALINVS

Te úxor aiebát tua
Mé uocare.

LYSIDAMVS

Ego ením uocari iússi.

CHALINVS

Eloquere quíd uelis?

LYSIDAMVS

Prímum ego te porréctiore frónte uolo mecúm loqui:
Stúltitiast ei te ésse tristem quoíus potestas plús potest.

Sane *B.* sana *V* 274. experiemur, ur E^2 *ex abbreviatione* blandior, b *ex* p, *E* 275. diique *JF* 276. discrutior *VE* illa autem B^2 *in ras.* (*ex* Autem illa). autem illa *VEFZ.* aut illa *J* quasi *om. F* industria *BVE*^{1}*J*: *corr.* E^3FZ 277. Mihi *libri* aduersatur *J* (*)

Act. II Sc. 4 SERVVS SENEX *BVE.* Stalino Calinus *JF*: Stalino Senes. Chalinus Seruus *Z* 279. ui *c. sp. in. VE* dii *JFZ* omnes (oms *V*) deaeque perdant *BVJ.* ōs perdant deeque *EZ.* deeque omnes perdant *F* C B^2E^3. *spat.* B^1VE^1 alebat *B ante corr. et VE* (*) 280. Ego *BV* iussit B^1VE (t *exp.* B^2). iussi te *Z* eloq̃re quid// (*er.* ẽ) *E* 281. ego *ex* enim *B.* ergo *J* porrectiorẽ *BE.* porrectionẽ *V ante corr.* frontem *B.* frontẽ *V ante ras.* 282. C *praem.* B^2 Stulticia *BVF* est *libri* essẽ *V.* ẽe/// (*er.* t) *E.* esse// (*er.* m) *B* cuius *BVEJ* plus, l *ex* i, *B*

CHALINVS

bona e * * * * * * * * *

LYSIDAMVS

* frugi hominém iam pridem esse árbitror.

CHALINVS

Intéllego.
n, si ita arbitráre, emittis mé manu?

LYSIDAMVS

Quin íd uolo:
nihil est me cúpere factum, nísi tu factis ádiuuas.

CHALINVS

d uelis, modo íd uelim me scíre.

LYSIDAMVS

Ausculta, ego éloquar.
inam ego uxorém promisi uílico nostró dare —

CHALINVS

tua uxor fíliusque prómiserunt míhi.

LYSIDAMVS

Scio:
utrum nunc tu caélibem ted ésse mauis líberum
maritum séruom aetatem dégere et gnatós tuos?
io haec tuást: utram harum uís condicionem áccipe.

283 *sq. Sic* ℰ *cum lacuna ad hoc exemplum explenda:*
CH. Pró bona e⟨ri sui grátia usque séruos frontem expórrigit.
LYS. Égo te⟩ frugi *e. q. s.*
Pro bone frugi B^1VEJFZ (S pro bonę B^2, *post* frugi *1—2 litt. sp.* iam pridem esse (e̊e *E*) *BVEZ.* te esse *JF* Intellego *B.* lligo *EJ* (*) 285. ita *ras. ex* ista *V* Quin *B* 286. S' *E* l, h *ex* l *B.* ĥ E^1. nichil E^2J cupere me *Z* 287. Quid *BVE.* d *JFZ* uel *E* me scire *Z.* miscere *B* (*ex* Iniscere, *ut vid.*) *et JF* S *om. Z* Ausculta *B* eloquar *Muellerus Pros. p. 647 sq.* ıar *BVEFZ.* loquor *J* (*) 288—291. *Tres versus sunt in libris* nam . . . uxor, Filiusque . . . esse, Mauis . . . tuos (*sed* At *B et* Sed, *etiam V interstitium habet*) 289. filius quę (q̃ *E*) *VE* Scio *B* 290. s' *E* utrum, m *ex* nc *B* celibem *BVEJF* ted esse *hius.* te esse *BVEJZ.* esse te *F* (*) 291. seruum *libri* 292. *raem. VEJF* ħ *E* est *libri* utrum *EZ* ŧrum *V* litionem *VE.* conditionum *J.* condicionum *F*

CHALINVS

Líber si sim, meó periclo uíuam: nunc uiuó tuo.
Dé Casina certúmst concedere hómini nato némini.

LYSIDAMVS

Íntro abi atque actútum uxorem huc éuoca ante aedís cito:
Ét sitellam huc técum efferto cúm aqua et sortis.

CHALINVS

Sátis placet.

LYSIDAMVS

Égo pol istam iam áliquouorsum trágulam decídero.
Nám si sic nihil ímpetrare pótero, saltem sórtiar.
Íbi ego te et suffrágatores tuós ulciscar.

CHALINVS

Áttamen
Míhi optinget sors.

LYSIDAMVS

Vt quidem pol péreas cruciatú malo.

CHALINVS

Míhi illa nubet: máchinare quíd lubet quouís modo.

LYSIDAMVS

Ábin hinc ab oculís?

297. aliquouorsum *hinc habet glossar. Plaut.: cf. Ritschelius Opusc. II p. 244.*

293. C B^2Z. *om.* B^1VEJF sisim B periculo FZ 294. est *libri* nato *ex* noto B 295. tutum E^1, ac *s. v.* E^2 edis cito B^2E. ediscito B^1. edes cito JF 296. sitellam B^2 *ex* site iam (*vel* liam). si tellam V. si telam E. situlam JFZ offerto J sortis *ex* scortis E (s *init. in ras.* B). sortes JF C *s. v.* E^1. *om.* VJF (*) 297. S B^2E^1 (*non rubr.*). *om.* B^1F aliquo uorsum BEF tragula B^1: *corr.* B^2 (*) 298. si sit ħ E nichil J potuero B saltim E 299. lbo ego F suffragatores, ra *ex* la *vel* sa *et post* ga *er.* ce *vel* ci (*ut vid.*) B. sufragatores E C B^1 *in* 8 *litt. sp.: om.* VE at tamen E 300. michi J optinget V. obtinget $BEJFZ$ S B^2 *in* 7 *litt. sp.* C. E. *spat.* (*et* Vt) V peras E. paras Z (*) 301. C B^2. *om.* VE Michi J quid B *ex corr. J.* qid̃ V. q̃ E. quod B *ante corr.* FZ

CHALINVS

Inuitus mé uides: uiuám tamen.

LYSIDAMVS

Súmne ego miser homó? satin omnes rés sunt aduorsaé mihi?
Iám metuo, ne Olýmpionem méa úxor exoráuerit,
Né Casinam ducát: si id factumst, écce me nullúm senem:
Sí non impetráuit, specula étiam in sortitúst mihi:
Sí sors autem décolassit, gládium faciam cúlcitam
Eúmque incumbam. séd progreditur óptume eccum Olýmpio.

OLYMPIO. LYSIDAMVS

OLYMPIO

Vna édepol opera in fúrnum calidum cóndito

309 *sq. Festus p. 262, 31 M.:* [Rubidus panis appellat]ur parum coctus (parum pistus *Lambinus.* percoctus *Vrsinus.* perperam coctus *Muellerus. Apud Isidorum Or. XX 2* rubidus panis *dicitur* recoctus), cum [huiusmodi panis rufo colore esse soleat]. Plautus in Casina ['in furnum calidum condit]o atque ibi torreto [me pro pane rubido].' *Idem p. 355, 11:* Torreri (Torrere *Vrsinus*) a torro deductum proprie significat siccare atque arefacere, sed usurpatum iam est pro eo quod sit igne urere. Plautus in (in *del. Muellerus cum Augustino Vrsinoque,* Casina *add. Leidolphus p. 236*) 'una . . . . torreto'.

302. S *B*[2]. *om. V* C *B*[2] *in 5 litt. sp., E*[1] *s. v.: spat. V* Inuitus, i *ex* t *B.* inuiçtus *V* (*) 303. C *E* Sum ne *BF* omnes res *JFZ.* omnes *BV* (om̃s) *E* (õs) aduorse *BJF* 304. Iam ego metuo *JF* olimpionem *BVE* meam uxor *J.* uxor mea *F* ex orauerit *B.* ////////exorauerit (*er.* exor) *E* 305. casiam *B* est *libri* 306. imperauerit *E.* impetrauerit *Z* etiam specula *libri* (spicula *JZ.* in spicula *F*): *trai. Pylades* in sortitust *Acidalius.* in sortitasŧ *V.* insortita sunt *B* (it *del. m. rec.*) *E* (s̃) *JFZ* michi *J* (*) 307. decolassit *F.* decollassit *BJZ.* decolla sit *VE* cladium E^1 (*corr.* E^2) culcitram *FZ* 308. s' progrediętur *E* (e *exp.* E^2) olimpio *V.* olīpio *B.* oilīpio *E*

Act. II Sc. 5 SERVVS OLIMPIO (OLI *E*) SENEX *BVE.* Olympio Suus. Stalino senex *F.* Olympio uilicus. Senex Stalino *Z* 309. O *praem. BVE* na *c. sp. in. VE* edelpol *E.* edet *cod. Festi De versuum in libris discriptione cf. praef.*

Atque íbi torreto mé pro pane rúbido,
Era, qua ístuc opera a me ímpetres quod póstulas.

LYSIDAMVS

Saluós sum: salua spés est, ut uerba aúdio.

OLYMPIO

Quid tú me cara líbertate térritas?
Quin sí tu nolis fíliusque etiám tuos,
Vobís inuitis átque amborum ingrátiis
Vná libella líber possum fíeri.

LYSIDAMVS

Quid istúc est? quicum lítigas, Olýmpio?

OLYMPIO

Cum eádem qua tu sémper.

LYSIDAMVS

Cum uxorén mea?

OLYMPIO

Quam tú mi uxorem? quási uenator tú quidem es:
Dies átque noctes cúm cane aetatem éxigis.

LYSIDAMVS

Quid agít? quid tecum lóquitur?

---

310. tibi *Z* (*corr. Pius*) torreto *ex* terreto *V* me *s. r.* E^2 (*) 311. hera *JFZ* qua istuc *Brixius ad Trin. 578.* quam istam *libri intercedente in B rasura post* quam (*er.* iam) operam *VJFZ* (*) 312. Saluus *libri* 313. cara ☙ *coll. v. 316.* uera *BVE.* hera *JFZ* (*) 314. Quin *Acidalius.* quid *libri* etiam *om. F* tuus *libri* 315. ingratiis *B cum ras. JFZ.* ingratus *V.* ingrat' *E.* ingratis *B ante ras.* 317. S *om. V* Quid' *E* qui cum *BEF* ligatis *V.* legitas *E* olimpio *VE* 318. C *praem. V.* Cal *J* Semper es cum *E* uxorene *Pylades* (*corr. Bothius, Bentleius*). uxore *libri* mea *ex* tua E^2 319. tu *om. J* mihi *libri* quasi uxorem *E* Venator, V *ex al. litt.* (*fort.* B) *corr. B* 320. aetate *VE.* uitam *F* 321. S *om. VF* Qid *V.* Quid' *E* ait *V ex corr. EJFZ.* uit *V ante corr.* loquitur tecum *libri: trai. Pylades*

OLYMPIO

Orat óbsecrat,
Ne Cásinam uxorem dúcam.

LYSIDAMVS

Quid tu póstea?

OLYMPIO

Negáui enim ipsi mé concessurúm Ioui,
Si is mécum oraret.

LYSIDAMVS

Dí te seruassínt mihi.

OLYMPIO

Nunc ín fermento tótast: ita turgét mihi.

LYSIDAMVS

Ego édepol illam médiam diruptám uelim.

OLYMPIO

Credo édepol esse, síquidem tu frugí bonae's.
Verum édepol tua mihi ódiosast amátio:
Inimícast tua uxor míhi, inimicus fílius,
Inimíci familiáres.

325. *Huc (vel ad Mostell. 699) Deuerlingius refert Placidum p. 84, 2:* turget: tumet, irascitur, inflatur. *Quod firmat Buechelerus Mus. Rhen. XXXV p. 404 coniuncta altera glossa valde sane corrupta p. 59, 5:* in fermento est †iter infermentari id est taciter dissimulanter intra serunt [id est ira feruet, iram tacite et dissimulanter intra se seruat *Buechelerus ad sententiam,* uidetur fermentari id est tacite et dissimulanter ira feruet ☠].

Orat *B* (*) 322. me *J* necasinam B^2V. necasiam B^1 ducas *E* Quid *B*. qid *V* 323. ipse B^1: *corr.* B^2 (*) censurum *J* 324. oret *J* ·S· *s. v.* E^2. *om.* VE^1 dite *V*. dii te *EJF* seruassint, int *in ras.* E^2 ///////mihi *B*, m *e corr.* (*incohaverat* militi, *ut vid.*). michi *J* 325. Ol//// B^2 (*fort.* Se *cr.*). S *E. om. VZ* infermento *BE*. in firmento *J* totastitat urget *BVE*. tota est ita turget *JFZ* 326. S *in ras. 4 litt.* B^2. *om. VEFZ* ego edepol *JF: cf. Asin. 140.* edepol ego *BVEZ* disruptam *JF* uelim *ex* olim *E* (*) 327. edepol *om. J* siquẽ tu *J*. siqd tu *F* bone B^1 *e corr. VEF* (boni *B ante corr.* bonę B^2) es *libri* (*) 328. est *libri* 329. est *libri* michi *J*. ṁ tuus *EZ* imimicus (*alt.* m *ex* t *incoh.*) *V*

LYSIDAMVS

Quid id refért tua?
Vnús tibi hic dum própitius sit Iúppiter,
Tu istós minutos deós caue flocci féceris.

OLYMPIO

Nugaé sunt istae mágnae: quasi tu néscias,
Repénte ut emoriántur humaní Ioues.
Tu Iúppiter si tándem sis emórtuos,
Quom ad deós minoris rédierit regnúm tuom:
Quis míhi subueniet térgo aut capiti aut crúribus?

LYSIDAMVS

Opínione mélius res tibi habét tua,
Si hoc ímpetramus, út ego cum Casiná cubem.

OLYMPIO

Non hércle opinor pósse: ita uxor ácriter
Tua ínstat, ne mihi détur.

LYSIDAMVS

At ego síc agam:
Coníciam sortis ín sitellam et sórtiar

---

334. *Priscianus inst. VI 39 p. 229, 16 H.*: Iuppiter . . . . ex quo etiam pluralem numerum Plautus protulit in Casina 'repente . . . . . Ioues'.

---

330. qid *V*. qid *E* refert *om. Z* 331. hic *E ante ras.* 332. munitos *VEJ*. inimicos *F* deos caue *Pylades*. caue deos *BVE* (dõs). caue *JF*. deos *Z* floccifeceris *VJFZ* (*) 333. OL. B^2. C. *E. om. V* Nuge *EF* sunt iste *VE*. istec sunt *F* magne *EF* 334. Humane B^1: *corr.* B^2 iones *J* 335. OLYMP *praem. J* Tu Iuppiter si tandem [illegible]. sed tandem si tu iuppiter (iupiter *B*) *BVJFZ*. s' tu iuppiter E^1, tandem si *s. v.* E^2 sis emortuus B^2JFZ. sise mortuus B^1VE (*) 336. Cum *BVEJ* d'os *E* minores *FZ* tuum *libri* 337. Quis mihi *ex* Q d m E^2 subueniet *FZ*. subueniens *BVE* 338. S B^2. *om. V* Opinione melius *Saraceus*. Opinionem eius *libri* habet *Camerarius*. habeat *libri* res *ante* tua *iteratum del.* E^2 (*) 339. cubem *ex* nubem E^2 341. instat B^2 (c. *ras. ex* instare, *ut vid.*). instar *V*. istar *E* nemihi ///// (*cr.* Al, *ut vid.*) *B* S. At ego *B*. Sat ego *VE*. St. ego *Z* 342. conitiam *BV*. [illegible] *E* sortis *ex* fortis *B*. sortes *JF*

Tibi ét Chalino: ita rém natam esse intéllego:
Necéssumst uorsis gládiis depugnárier.

OLYMPIO

Quid sí sors aliter quám uoles euénerit?

LYSIDAMVS

Benedíce: dis sum frétus, deos sperábimus.

OLYMPIO

Non pól ego istuc uerbum émpsim titiuillício:
Nam omnés mortales deís sunt freti: séd tamen
Vidi égo deis fretos saépe multos décipi.

LYSIDAMVS

St, táce parumper.

344. [*Seruius*] (*Philargyrius*) *in Verg. Georg. III 222:* 'uersa' infesta: Plautus in Casina 'necesse est .... repugnarier' id est infestis: *cf. Rutgersius Var. lect. V 17.* 346. [*Seruius*] *in Verg. Aen. I 543:* ueteres tamen sperare dicebant deorum auxilia spectare. Plautus .... in Casina 'diis .... sperauimus'. 347. *Festus Pauli p. 366, 13 M.:* titiuillitium nullius significationis est ut apud Graecos *βλίτυρι* et *σκυδαψός*. Plautus 'non ego .... titiuillitio.' *Fulgentius de abstr. serm. p. XIV Lersch. (cf. p. 48. 81):* textiuilitium dici uoluerunt fila putrida quae de telis cadunt, ut Plautus in Cassina ait 'non ego ... textiuilitio' id est re uilissima.

343. et E^2 *ex* ut calino *EF* notam *F* esse *Camerarius. om. libri* intelligo *EJ* (*) 344. Necessu est *B.* necessum est *VEJFZ.* necesse est *Philargyrius: idem* uersis *et* repugnarier (*) 345. euenerit quam uoles *EZ* (*) 346. Benedic ędissum *V et* (ed.) *E.* Benedice diis sum *JF* d'os *E* sperauimus *BVEJZ cum* [*Seruio*]: *corr. Dousa Centur. Expl. 3 Gulielmiusque.* susperauimus *F* 347. Non pol ☠ *coll. Truc. 240, al.* Non *libri cum Paulo Fulgentioque* istuc *VJF, Paulus.* istud *BEZ.* hoc *Fulgentius* empsim *Acidalius cum Fruterio Comment. veris. III p. 355.* emisim *VJ.* emissum *BEFZ.* empsi cum *Paulus.* emi *Fulgentius* titiuillitio *Paulus.* textiuilitio *Fulgentius.* tit tibi stalitio *praeced. 4 litt. spat. V.* tit tibi est alicio *J.* ut tstatlitio *praeced. 2 litt. spat. E.* ut tibi est stalino *F et* (*om.* est) *Z.* tibi stalitio *B, in quo haec et* uerbum emissum *in spatio add. B^2 deleto ŏ in extr. v. antec.* (*) 348. $\overline{\text{oms}}$ *V.* $\widetilde{\text{os}}$ *E* diis *F* s' *E* 349. Video *JF* dis fretos *B, Saracenus.* disertos *VEJFZ* sepe *BVEJF* decepi *VE* 350. S. St, tace *Pareus.* S' tace *VE.* S/// tace (*er., ut vid.,* t) *B.* St. sed tace *Z.* St. tace *JF* parumper *Camerarius.* parum /// *B* (*fort.* p *er.*). parum *VEJFZ*

OLYMPIO

Quíd uis?

LYSIDAMVS

Eccum exít foras
Chalínus intus cúm sitella et sórtibus:
Nunc nós conlatis sígnis depugnábimus.

CLEOSTRATA. CHALINVS. LYSIDAMVS. OLYMPIO

CLEOSTRATA

Fáce Chaline cértiorem mé, quid meus me uír uelit.

CHALINVS

Ílle edepol uidére ardentem te éxtra portam mórtuam.

CLEOSTRATA

Crédo ecastor uélle.

CHALINVS

At pol ego hau crédo, sed certó scio.

LYSIDAMVS

Plús artificumst mí quam rebar: hárìolum hunc habeó domi.

OL. *et* S B^2. *om.* VE Quid *et* Eccum B ectum E. exto J (*) 351. calinus $BVEF$ cum *om.* V (*in v. in.*) sistella E 352. Nunc E *in ras.* uos J conlatis// B (*er.* t). ꝯsolatis E. consolatis V. collatis JFZ depugnauimus B^1VE: *corr.* B^2JFZ

Act. II Sc. 6 MVLIER SERVVS EIDEM BVE (*puncta add.* B^2, EIDEM *suppl.* E^2). CLEOSTRATA · CALINVS · SENEX J. Cleostrata. Calinus. Stalino. Olympio F. Mirina coniunx. Senex. Calinus. Olympio Z *Personarum notas in eis quae secuntur* B^2 (*non rubr.*) *add.* 353. M *praem.* B, Mi. Z (*sic usque ad v. 396: corr. Saracenus*) ace *c. sp. in.* VE chalinę VE. caline F certiorem me quid JF. certiorem equide B^1V. certiorem equidē B^2E. me certiorem quid Z me uir F. uir me $BVEJZ$ 354. C *om.* VE ardentem te uidere EF mortuam *Ritschelius Opusc. II p. 383.* metuam $BVEJ$. metam F. uictuam Z (*) 355. M B. *om.* $VEJFZ$ (*corr. Pareus*) Crede $VEJF$ uelle B^1, *Camerarius.* uellē B^2VE. uellet JFZ CH. *Pareus.* Cl. JF. Mi. Z. *om.* BVE: *sed* C *post* at pol ego *habet* B hau B^1E. haut V. haud B^2JFZ s' E^2 *ex* si, *ut vid.* 356. S *om.* EF artificum B (*sed* um *ex* ium) *et* E (*sed* cum *ex* c̄, *ut vid.*, E^2) est *libri* ariolum FZ habeo V. abeo B. ab eo E

Quíd si propius áttulamus sígna eamusque óbuiam?
Séquere. — quid uos ágitis?

CHALINVS

Adsunt quae ímperauisti ómnia.
Vxor, sortes, sítula atque egomet.

LYSIDAMVS

Te úno adest plus quam égo uolo.

CHALINVS

Tíbi quidem edepol íta uidetur: stímulus ego nunc súm tibi:
Fódico corculum: híc sudascit iam éx metu mastígia.

CLEOSTRATA

Táce, Chaline.

OLYMPIO

Cómprime istum.

CHALINVS

Immo ístunc qui didicít dare.

---

357. *Huc spectare Keilius coniecit locum lacunosum Diomedis p. 380, 15:* quamquam et id perfectum quod est attuli ex alio uerbo proficisci reperimus apud ueteres, ex eo quod est attulo [*sic Putschius cum b.* attollo *Keilius cum ABM*]: ut Naeuius in Tabellaria 'dotem ad nos nullam attulas' Plautus pluraliter * conpositum efficit in Rudente 'aullas abstullas' [*cf. ad v. 434*], ut sit instans abstulo*: ubi exemplum* attulo *verbi* pluraliter *a Plauto dicti et quae de verbo* aufero abstuli *dicta erant excidisse videntur: quamquam etiam de* Plautus uero aliter *Keilius cogitat: minus recte.*

357. propius *ex* propicius *B* attulamus ℭ *duce Keilio (cf. testim.).* attolamus *J.* attollamus *ceteri* eamusque *Pylades cum* B^2. famusque B^1E. famq. *V.* fiamusque *JFZ* (*) 358. Seqre *E* C *B in ras. om. VE* ad sunt *B* que *JF* impetrauisti *VE.* imperauisti, r *in ras. ex* tr, *ut vid., B* 359. S *om. VE: itemque postea personas omittunt, nisi contrarium testamur* ad est *E* plusquam *VE* 361. Fodico *Bothius.* Eo dico *libri* cortulum *VE* hic sudascit iam ex metu mastigia ℭ. adsuda sis iam exmetu mastigia B^2 *in spatio.* adsudasis iã ex metũ astigia *V itemque, sed* ad sudasis, *E.* adsudassis iam ex metu mastigia *JZ itemque, sed* assudassis, *F* (*) 362. M *B.* Se. *Z (corr. Saracenus)* chalinę *V.* caline *EF* OL. *Acidalius. om. libri* istum *Pylades.* istunc *libri* CH. *Z, Acidalius.* OL. *BVJF* istuc B^1*: corr.* B^2 qui didicit *m. rec. (Camer. ?) in B, Lipsius Ant. lect. V 1.* quid (qđ *V.* quid̄ *E*) dicit *libri* clare *Z* (*)

LYSIDAMVS

Ádpone hic sitéllam: sortis cédo mihi: animum aduórtite.
Átqui ego censui áps te posse hoc me ímpetrare, uxór mea,
Cásina ut uxor míhi daretur: ét nunc etiam cénseo.

CLEOSTRATA

Tíbi daretur ílla?

LYSIDAMVS

Mihi enim — ah — nón id uolui dícere:
Dúm 'mihi' uolui, 'huic' díxi atque adeo míhi dum cupio — pérperam
Iám dudum hercle fábulor.

CLEOSTRATA

Pol tú quidem, atque etiám facis.

LYSIDAMVS

Huíc — immo hercle míhi — uah tandem rédii uix ueram ín uiam.

CLEOSTRATA

Pér pol saepe péccas.

CHALINVS

Ita fit, úbi quid tanto opere éxpetas.

LYSIDAMVS

Séd te uterque tuó pro iure ego átque hic oramús.

CLEOSTRATA

Quid est?

---

363. Appone *J*. Depone *Z* si tellam *E* aduorte *B* 364. Atqui *Pius*. Atque *libri* apste *BVE*. abs te *JFZ* me *Lambinus*. mecum *libri* mea uxor *J* (*) 365. ·/Vxor ut mea 'casi nam *E* (·/' *E*² *add.*). ut uxor Cassina mihi *Z* 366. S *in 6 litt. sp. B* ha *E* uolui *ex* nolui, *ut vid.*, *B* (*) 367. michi *J* mihi dum *BVJ*. dum mihi *EFZ* 368. Iamdudum *VJZ* M *in ras. paulo ampliore B* (*fort.* hecle *er.*) qui dem *B* 369. *Post* tandem *4 litt. spat.* (*ut notae pers.*) *B* redi *BVE* uix uerã inuiam *B*. uixeram in uiam *VEJ*. uix eram in uia *FZ* (*) 370. sepe *BVJF* CH. ꝑ (*cf. 430*). S *B. om.* (*VE*)*JFZ* tanto *ex* tango *E*² (*) 371. Sta. (Se.) *praem. FZ: cf. ad v. 370* S' *E* ego atque *Camerarius*. atque ego *libri* M. Quid *B*. quid *VJ*. quid' *E* (*)

LYSIDAMVS

Dícam enim, mea múlsa: de istac Cásina huic nostro uílico
Grátiam faciás.

CLEOSTRATA

At pol ego néc facio neque cénseo.

LYSIDAMVS

Tum ígitur ego sortís utrimque iám diribeam.

CLEOSTRATA

Quís uotat?

LYSIDAMVS

Óptumum atque aequíssumum istud ésse iure iúdico.
Póstremo si illúc quod uolumus éueniet, gaudébimus:
Sín secus, patiémur animis aéquis. tene sortém tibi:
Víde quid scriptumst.

OLYMPIO

Vnum.

CHALINVS

Iniquomst, quía isti propius quám mihist.

LYSIDAMVS

Áccipe hanc sis.

CHALINVS

Cédo. mane: unum uénit in mentém modo.
Víde, ne qua illic ínsit alia sórtis sub aqua.

380. *Priscianus inst. VII 39 p. 320, 7 H.*: in 'ors' Latina masculina

372. urō *E* (*) 373. nec *Bentleius.* neque *libri* 374. S *om.* *B*(*VE*)*J* sortes *JF* utrinque *VJF* iam diribeam CL. *duce Pareo.* iam MVL (*pers. in 9 fere litt. sp.*) *B.* Mi. iam *Z.* iam *VEJF* uotat *VEJ*, *Pareus.* uetat *BFZ* (*) 375. S *BZ. om.* (*VE*)*JF* Optimum *BVE* ac *J* ęquissimum *BV.* equissimum *EJ* *Post hunc v. B*² *add.* hō *eademque in marg. infer. add.:*

ñp
Postremo illuc qđ uolumus eueni& gaudebimus

quem versum. om. ceteri: reduxit inserto si *Camerarius* (*) 377. equis *EF* Cha. tene *Z: corr. Pius* 377—382. *Sic discripti sunt in B* Sin .... est, Vnum .... sis, cedo ... insit, Alia .... nulla, Est ... atque, Fortunatum .... malum (*sed* Vide, Vide ne *c. sp.*, Mente *c. sp.*, Quid) 378. quid *V.* qd *B.* quod *EJFZ* scriptū est. OL *B, sed* est *B*². scriptum *VEJFZ* Vnum C Ini quū (*ex* cum) est *B.* Vnum inicus est *VE.* Vnum unicus ē *J.* unde unicus est *FZ* propius . prius *libri* est *BVEJF.* es *Z* (*) 379. S *B, Pylades. om.* (*VE*) *JFZ* C *B, Pylades.* St. *JFZ* inmentem *BV.* mentem *E* 380. Ch. *praem. JFZ: del. Saracenus* nequa *E.* neque *Prisciani RDH,* ne

LYSIDAMVS

Vérbero, 380

Mén te censes ésse?

CLEOSTRATA

Nullast. hábe quietum animúm modo.

LYSIDAMVS

Quód bonum atque fórtunatum sít.

OLYMPIO

Mihi.

CHALINVS

Magnúm malum.

OLYMPIO

Tíbi quidem edepol crédo eueniet: nóui pietatém tuam.
Séd mane dum: num ista aút populna sórs aut abiegnást tua?

CHALINVS

Quíd tu id curas?

---

uel feminina uel omnis . . . . 'haec sors huius sortis', cuius nominatiuum 'haec sortis' protulit Plautus in Casina 'uide ne . . . . sub aqua'. 384 *Priscianus inst. II 51 p. 76, 2 H.:* r etiam et l inueniuntur ante 'nus', ut . . . . populnus. Plautus in Casina 'sed . . . . . tua'.

---

quae *BGL* insit B^2 *cum Prisciano* (*eraso* sit, *ut vid.*). sint *V.* sit (t *rasura ex* t̃) *E.* sit *JFZ* alia sortis *Priscianus, F.* Alias oris *VE itemque B ante corr. et ras., ut vid.* Alia sors *B ex corr. JZ* 381. Mente *BVEF* censes *B in ras. JFZ.* cesses *VE* M *B, Seyffertus Philol. XXIX p. 358. om.* (*VE*)*JFZ* Nulla *add.* B^2 est *libri* quietum *JFZ.* qu^{i}æ tum B^2, *ut vid.* quae (q̃ *E.* quę *V*) tum B^1VE 382. LY. (*cf. 402*) S. OL *B. om.* (*VE*)*JFZ* Quod *Camerarius.* Quid *libri post* atque *er.* fo, *ut vid., B* fortunatum *Guietus.* fortunatum tuum *BVEJZ.* fortunatum Tum tuum *F* OL. mihi. CH. S. mihi CAL. *B.* mihi *VEFZ.* michi *J* Magnum *B* (*) 383. OL. *B.* CLE. *J.* Cal. *FZ* credo *ras. ex* eredo *E* pietatem tuam noui *EZ* (*corr. Pylades*) 384. S' *E* manedum num *Z, Prisciani g* (manetdum num *GK.* manet damnum *L.* monedum num *B.* manedum *R.* monedum *r*). ne dum num *BV.* ne dum inun (inunista) *E.* ne dum n̄c̄ *J.* nundum nunc *F* istaec *Priscianus* (*sic BDHGL.* isthaec *K.* st^{a}ẹt^{istaec} *Rr*) pupulna *Z* abiegnast B^2. abiegnas B^1V. abiegnā *er.* ˜) *E.* abiegna$^{uel\ sit}$ est *J.* abiegna est *Priscianus, Z.* abienna est *F* tuas *V et, er.* s, *E* (*) 385. CAL. *B.* Cle. *JF.* Mi. *Z* id *ex* ad *B*

OLYMPIO

Quía enim metuo, né in aqua summá natet. 385

LYSIDAMVS

Naúgae. caue. conícite sortis núnciam ambo huc.

OLYMPIO. CHALINVS

Éccere.

LYSIDAMVS

Vxor, aequa.

OLYMPIO

Nóli uxori crédere.

LYSIDAMVS

Habe animúm bonum.

OLYMPIO

Crédo hercle, hodie déuotabit sórtis si attigerít.

LYSIDAMVS

Tace.

OLYMPIO

Táceo: deos quaeso —

CHALINVS

Vt quidem tu hodie ét canem et furcám feras.

OLYMPIO

Míhi ut sortito euéniat —

CHALINVS

Vt quidem hércle pedibus péndeas. 390

OL. *B.* Cal. *JFZ* Quia *B* neque *Z* 386. Naugae ℭ. Auge B^1VE. Æuge B^2. Euge *F*. Age *JZ* sortes *BJF* ////nunc////iam *B* (*er.* huc *et* a). nunc iam *VEZ*. *om. JF* ambo *Pius.* amabo *libri* OL. CH. ℭ. *pers. sp. B. om. ceteri* ecce re *BJFZ* (*) 387. LY. ℭ. *om. libri* Vx or *B* equa *EF* OL. *BJ. om.* (*VE*)*FZ* (*add. Saracenus*) S *B, Saracenus. om.* (*VE*)*JFZ* Habe *B* C *in marg. huius v.* B^2, *ut vid.* (*) 388. deuotabit *J*, '*prisca exemplaria*' *Pii.* deuobit *BVE.* deuorabit *FZ* sortissi *V.* sorti si *E.* sortes si *JF* S *in 8 litt. sp. B.* Cal. *JFZ* (*) 389. dos *E* queso *JF* C. Aut quidē B^2 *in ras.* (*fort. ex* aut tu quidē). aut quidem *VE ante ras.* ut quidem *E ex ras. JFZ* tu *om. Z* hodie et ℭ. hodie *libri* (*) 390. OL. *B.* Cal. *FZ. om.* (*VE*)*J* Michi *J* sortito *Spengelius Philol. XXV p. 348.* sortitio *VEFZ.* sorticio (ci *ras. ex* tu, *ut vid.*) *B.* sortio *J* CH. *Gruterus duce Acidalio. om. libri* ut quidē B^2 *in spatio 9 litt., ut tamen prius videatur idem* ut quidē *erasum fuisse.* tu quidem *F*

OLYMPIO

Át tu ut oculos émungare ex cápite per nasúm tuos.

CHALINVS

Quíd times? parátum oportet ésse iam laqueúm tibi.

OLYMPIO

Périisti.

LYSIDAMVS

Animum aduórtite ambo.

OLYMPIO

Táceo.

LYSIDAMVS

Nunc tu, Cleóstrata,
Ne á me memores mâlitiose de hác re factum aut súspices,
Tíbi permitto: túte sorti.

OLYMPIO

Pérdis me.

CHALINVS

Fació lucrum.

CLEOSTRATA

Béne facis.

CHALINVS

Deos quaéso, ut tua sors éx sitella effúgerit.

OLYMPIO

Aín tu? quia tute és fugitiuos, ómnis te imitarí cupis?

391. OL. *JFZ.* C *B* ut *s. v. E* occulos *B* enũgare *E* nasum, m *ex* s *B* 392. CH. *Bothius. om. libri* oꝛptet *E* *ante* iam *erasum* laqueum *B* laq̃um *E* 393. OL. Peristi S. *B* *itemque, sed* Periisti, *J.* St. Periisti *FZ.* Peristi *VE* aduertite *V* ambo *'vetus lectio' Pii.* amabo *libri* OL. taceo S. *B, Saracenus.* taceo *VEJFZ* *A* Cleostrata ne ame *versum incipiunt libri* (*) 394. maliciose *BJ* facum E^1: *corr.* E^2. fac. tu *c. sp. V* suspices *Pylades.* suspi cere *B* (pi cere *in ras.*). suspicere *FZ,* suscipe *J.* suscipere *B ante ras., ut vid., VE* 395. tu te *E* · OL. P̈dis me C. B^2 *add., ex parte in ras.* (*et* O *quidem in ras.* p̱ *litt.*). perdis me *E et c. sp. V.* Cal. perdis me. Ol. *JFZ* (*corr. Pylades*) facio lucrum S. lucrum (luchrum *E*) facit *libri* (*) 396. C. Deos queso B^2 *add. in ras.* dos *E* queso *JF* sors *c. sp. 1—2 litt. E.* fors *B* sistella *E* 397. tu te es *BVEFZ.* tutes *J* fugitiuos *libri, sed* o *ex* u *incohata B* omnis *JF.* omnes *BZ.* oms *VE* unitari *VE*

CHALINVS

Vtinam tua quidém sic, Herculei út prognatis praédicant
Quóndam, in sortiéndo sorde fácta sors delícuerit.

OLYMPIO

Tú ut liquescas ípse, actutum uírgis calefactábere.

LYSIDAMVS

Hóc age sis, Olýmpio.

OLYMPIO

Si hic lítteratus mé sinat.

LYSIDAMVS

Quód bonum atque fórtunatum sít.

OLYMPIO

Mihi.

LYSIDAMVS

Ita uero, ét mihi.

CHALINVS

Nón.

OLYMPIO

Immo hercle.

399. *Nonius p. 334, 27 M.:* liquidum rursum significat molle et fluxum. Plautus in Milite . . . . idem in Casina 'quandam . . . deliquerit': *cf. Caesar l. s. s. p. 42. Vix recte huc rettulit Deuerlingius Placidi glossam p. 35, 7:* delicuisse in liquorem et defectum conuersum esse.

398 *sq.* Ch. *JFZ. om. B(VE)* quidem E^2 *ex* tat sic Herculei ut prognatis praedicant Quondam S. sicut (sic *ex* ut, *ut vid., B*) herculei (herculeis E^2JFZ) predicant (p̃dicant *E*) ‖ Quondam prognatis (pro gnatis *BE*) *libri.* quandam prognatis *Nonius* in sortiendo *Nonius.* ista in sortiendo *libri* sordeliquerit *V.* sorde liq̃rit *E* (s *s. v.* E^2). sors deliquerit *BVJF' cum Nonio.* sors delicuerit *Z: ubi* sorde facta sors delicuerit S (*) 400. OL. *Vssingius.* C *B.* St. *JFZ* Tu///, *er.* te, *B* liquescas E^3 *ex* liq̃/// eas ac tutum *E* magis *F* calefactabere B^2J. calefacta uere B^1V. calefacta bere *E.* calefacto aere *FZ, 'sincera ex.' Pii* 401 S *B. om. JFZ* olimpio *BVE* #si *V* Si *B* 402. S *BJ. om. FZ* sit. OL. mihi. S. Ita S. mihi ẽ OL. Ita *B.* mihi est # Ita *VE.* mihi est. Ch. Ita *JFZ* (*) 403. CH. Non. OL. immo hercle. CH. *Acidalius.* C. non immo hercle M. *B.* non immo hercle *VE.* Ol. non immo hercle. Ch. *JF et, om.* Ch., *Z Ceterum haec verba antecedenti versui adnectunt libri, proximum a* Tu illi *incipientes*

CHALINVS

Immó mihi hercle.

CLEOSTRATA

Hic uíncet, tu uiués miser.

LYSIDAMVS

Pércide os tu illi ódio: age, ecquid fít?

CLEOSTRATA

Caue obiexís manum.

OLYMPIO

Cómpressan palma áu porrecta fério?

LYSIDAMVS

Age, ut uis.

OLYMPIO

Ém tibi.

CLEOSTRATA

Quíd tibi istunc táctiost?

OLYMPIO

Quia Iúppiter iussít meus.

CLEOSTRATA

Féri malam, ut ille.

CHALINVS

Em rúrsum.

OLYMPIO

Perii: púgnis caedor, Iúppiter.

Cleo. *F.* Mi. *Z.* S *B. om. J* iuncet tu iuues *V* (*) 404. St. *JFZ.* ♯ *B* Percide os *Turnebus Adv. VII 7.* Precide os *JFZ.* Precideos *B.* Prȩcideos *V.* P̃ci deos *E* odio *Seyffertus 'Berl. phil. Wochenschr.' a. 1888 p. 239.* hodie *libri* *post* age *er.* &, *ut vid., B* ec quid *BV.* ecquid *E, sed* ec E^3 *e corr.* fit B^2. sit B^1VEJFZ M. *B (in sp. 7—8 litt., et ut ante* M *videatur* N *erasa). om. JFZ* caue *Bothius.* ne *libri* (Ne *B)* obiexis *Lambinus cum Camerario et Meursio.* oblexis *BVE.* oblesis *JFZ* (*) 405. Cõpresis an *V.* Cõp̃san E^1 (ss E^2). Complexan *F.* Compressã *Z (corr. Pius)* palmã *V* OL. *JFZ. om. B* em *Brixius Emend. Capt. p. 18.* hem $E^2JFZ.$ rem BVE^1 406. Quid' *E* est *libri* Quia iuppiter *ex* Qua iupiter *B* ♯ quia *VE* 407. Fieri *J* CH. em rursum *(cf. Capt. 631)* S. rursum $BVE^2JF.$ fursum $E^1.$ rursus *Z* ♯perii *VE* cedor *BVEJF* iuppiter *ex* iupiter *B* (*)

LYSIDAMVS

Quíd tibi tactio húnc fuit?

CHALINVS

Quia iússit haec Iunó mea.

LYSIDAMVS

Pátiundumst, siquidém me uiuo mea úxor imperium éxhibet.

CLEOSTRATA

Tam huíc loqui licére oportet quam ísti.

OLYMPIO

Cur omén mihi
Vítuperat?

LYSIDAMVS

Maló, Chaline, tíbi cauendum cénseo.

CHALINVS

Témperi, postquam óppugnatumst ós.

LYSIDAMVS

Age, uxor, núnciam
Sórti: uos aduórtite animum.

OLYMPIO

Praé metu, ubi sim, néscio.

LYSIDAMVS

Périi: cor lienósum, opinor, hábeo: iam dudúm salit.
Dé labore péctus tundit.

---

